

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN I.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. I.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1821.




WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

FRIDERICO AVGVSTO

REGI

PIO IVSTO PATRI PATRIAE

LITERARVM FAVTORI

SCIENTISSIMO

LITERATORVM PATRONO

MVNIFICENTISSIMO

HANC

CLAVDII GALENI

EDITIONEM

PIA GRATAQVE MENTE

D. D. D.

EDITOR.

PRAEFATIO.

Haud paucos fore arbitror, qui, cum hunc primum *Galeni* operum tomum conſpexerint, me audaciae et temeritatis adeo accuſent. Etenim ſcriptoris, tanta operum ubertate, quantam in *Galeno* deprehendimus, conſpicui, editionem nos, qui id aetatis ſumus, moliri, hominis eſſe judicabunt ſuis viribus nimium fidentis et ſpem longioris, quam fata ſinunt, vitae alentis. Quam quidem reprehenſionem etſi haud omnino vanam eſſe ipſe ſentio, tamen haec vitae meae jam provectioris, et magnitudinis operis ſuſcepti cogitatio adeo me a conſilio edendorum *Galeni* ſcriptorum avocare non potuit, ut me ad illud ſtudioſe perſequendum acrius inſtigaret. Nam certiſſime mihi perſuaſum eſt, non defuturum eſſe, qui, me humanis rebus erepto, laborem hunc, a me inchoatum, non ſolum profliget, ſed etiam, fortuna magis favente, feliciter abſolvat.

Caesarem igitur imitatus, qui cum ad Rubiconem dubius, an flumen trajiceret, necne, aliquamdiu stetisset, subito exclamans: Jacta alea esto! exercitum Rubiconem transire jussit, bono animo hujus editionis curandae laborem aggressus sum.

Qui me propius norunt, eos me a levitatis crimine liberaturos esse spero, quod suscepti operis difficultatem haud accurate ponderaverim, onusque mihi ipse imposuerim, cui ferendo humeri sint impares. Nam si quis alius, equidem probe intelligo, quid ab editore *Galeni* novo exspectari, nec exspectari solum, sed postulari adeo possit. Cum enim temporum injuria *Galenus* valde mutilatus fuerit, editorem novum ante omnia bibliothecarum publicarum thesauros perscrutari oportebat, ut exemplo potiretur pleniore, quod aut lacunas expleret, quibus deturpata conspiciuntur *Galeni* opera, aut ea illius scripta, quae nunc non nisi in latinum sermonem translata legi possunt, graece contineret. Praeterea contexta *Galeni*, quae in editionibus ejus obveniunt, scribarum et ignorantia, et nimia sedulitate valde depravata et corrupta deprehenduntur,

ad quae vitia removenda magno apparatu opus eſt et codicum manuſcriptorum, et editionum ſingulorum librorum, quarum, inprimis ſeculo decimo ſexto, tantus prodiit numerus, ut plus quam unius hominis vita, quamvis diuturna, requiratur ad omnes illas editiones cum textibus *Galeni* Baſileenſibus aut Charterianis conferendas. Neque minor difficultas oboritur ab editionum plurimarum raritate, quae ſaepius tanta eſt, ut iis etiam opulentiſſimae Germaniae careant bibliothecae. Hoc enim ita eſſe ab iis edoctus ſum, qui non expletam deſiderii mei exſpectationem reſpondendo ſaltem conſolari ſtuduerunt; quod humanitatis officium alii ſuſque deque habuerunt.

Quas quidem difficultates cum penitus ſuperare mihi datum non eſſet, feci quod potui. Contuli ſcilicet cum editione Baſileenſi codices manuſcriptos, quos inſpicere atque cum editis conferre mihi licuit, nec in hoc ſolo acquievi, ſed conſului quoque editiones ſingulorum *Galeni* librorum, quae ad manus erant, ex quibus nonnullae rarius obviae, et aut ad codices manuſcriptos expreſſae, aut a viris graecae linguae et me-

dicae artis aeque peritis curatae deprehenduntur. Praeter hunc textui *Galeni* emendando inſervientem apparatum contigit mihi, ut duplicis exempli operum Galeni, ab Andreae de Torreſanis ab Aſula filiis et quondam Aldi Manutii heredibus typis excuſi, copiam nanciſcerer, quorum alteri, quod in bibliotheca Guelferbytana publica ſervatur, *Joſephus Scaliger* multa adſcripſit, quae partim codicum, ab ipſo cum Aldina editione collatorum, varias lectiones, partim conjecturas continent, quibus corrupta a librariis loca integritati ſuae reſtituere conatus eſt. Alterum Aldinae *Galeni* editionis exemplum exſtat in bibliotheca regia Dresdenſi, de quo Eruditiſſimus atque Amiciſſimus *Ebertus*, qui bibliothecae huic a literis eſt, in opere laboris immenſi et vere Herculei et vaſtiſſimae cognitionis literariae[a]) expoſuit. Continet et haec editio multa, quibus apparatus *Galeni* criticus augeri commode poſſit. Praeter haec duo tertium ejusdem editionis exemplum reperitur in acade-

a) *Allgemeines bibliograph. Lexicon.* Liefer. IV. p. 643. No. 8054. ubi notatur, omnibus tomis, excepto tertio, manu ignoti Viri eruditi, ſeculo XVI. ineunte viventis, emendationes ſive varias lectiones eſſe additas.

mica bibliotheca Jenenſi, quod ſuis in *Galenum* conjecturis *Janus Cornarius*, magnum quondam Germaniae decus, auxit ornavitque. Harum ſpecimen nuper *Chriſt. Godofr. Grunerus* peculiari libello edidit [b]). Continet autem illud eas tantum, quae primi voluminis primis centum et quatuor foliis adſcriptae leguntur, de quarum pretio quid ſit ſtatuendum, harum rerum intelligentes, me non monente, ex ipſius auctoris nomine facile judicabunt. Longe plures autem editis a *Grunero* emendationes et conjecturas illo Cornariano *Galeni* exemplo contineri, laetus perſpexi, ex quo inſigni Viri Excellentiſſimi, *Güldenapfelii*, Jenenſis bibliothecae academicae bibliothecarii, benivolentia atque favore hac editione, quod gratiſſimus agnoſco, utor. Haec de *Galeno* bene merendi ſubſidia aucta ſunt editione graeca Baſileenſi, cujus margini manus erudita varias adjecit et emendationes et conjecturas, inter quas multae occurrunt omni attentione animi dignae.

Neque vero in his ſolum continui et quaſi concluſi ſtudium meum omnia dili-

---

b) Ian. Cornarii *conjecturae et emendationes Galenicae. Nunc primum edidit* D. Ch. G. Gruner. Ien. 1789. 8.

genter colligendi, quae ad emaculanda Galeni contexta aliquid conferre poſſunt. Sed anxie conquiſivi undique, quae in obſervationum criticarum libris, et in animadverſionibus virorum eruditorum, quibus varios ſcriptores graecos illuſtrare ſunt conati, diſperſa reperiuntur. Quae quidem omnia apte diſpoſita et accurate dijudicata ſuo tempore prodibunt, ubi *Galenus* ipſe totus typis fuerit exſcriptus.

Animus ab initio erat, textum Galeni repetere, qualem *Charterius* dederat, e codicibus manuſcriptis Pariſinis correctum et verſioni latinae emendatiori junctum. Cum enim *Charterius* libros *Galeni* cum e codicibus pleniores [c]), tum numeroſiores [d]) edidiſſet, quam in ulla operum *Galeni*, quae ſuam antecederent, editione comparuerant,

---

c) Pleniores prodiere in Charteriana editione libri Galeni hi: definitiones medicae, ſeptimus de uſu partium liber, de partu ſeptimeſtri libellus, et qui ſunt alii, infra in hiſtoria operum *Galeni* literaria, ubi de hac editione pluribus ab *Ackermanno* expoſitum eſt, commemorati.

d) Primus in operum *Galeni* collectionem recepit *Charterius* librum de oſſibus, qui latine tantum tanquam ἐπίμετρον graecae Baſileenſis editionis tomo quinto adjectus erat; commentarii in *Hippocr.* de humoribus latinam tantum verſionem; libros de faſciis, de comate ſecundum *Hippocr.* de praenotione etc.

et ita etiam lectorum commodis prospexisset, ut Juntinarum inprimis editionum exemplum secutus, *Galeni* textum in capita distingueret, illius editio merere videbatur, ad quam ego meam curarem exprimendam. Sed vidi, provinciam editoris operum Galeni a Charterio haud ita fuisse semper administratam, ut ille ab omni reprehensione liber videri haberique posset. Multa enim reliquit, quae cum linguae graecae rationi manifesto repugnarent, etiam codicibus manuscriptis invitis, corrigenda erant. Versio praeterea latina saepe minus respondet verbis graecis, quamvis eam diligenter emendatam praedicet. Quamobrem Vir Excellentissimus, *Godofr. Henr. Schaeferus*, de cujus amicitia, a multis inde annis culta, mihi gratulor, quique taedii plenum laborem typothetarum errores emendandi, meis precibus commotus, in se recepit, in ea fuit sententia, lectoribus melius fore consultum, si contexta Galeni graeca jam nunc a mendis liberarentur, quibus a librariis, graecae orationis rationem haud satis intelligentibus, saepe deturpata reperiuntur, aut si orationis difficultas, mutata interpunctione,

removeretur. Promiſit ſimul pro inſigni erga me benivolentia, ſi talia inter legendum deprehenderet, me conſentiente ea ſe eſſe emendaturum; quae Viri graece doctiſſimi promiſſio non potuit non mihi accidere gratiſſima. Si igitur Galenus nunc multo emendatior prodit, quam in prioribus editionibus, hoc Lectores inprimis *Schaefero*, Viro Eruditiſſimo, referent acceptum.

Praeter hoc ſtudium contexta *Galeni* graeca emendatiora Lectoribus offerendi in eo quoque laboravi, ut ejus opera, quae non niſi e latina verſione hactenus cognita erant, graece e codicibus manuſcriptis ederem. Id mihi feliciter ceſſit in *Galeni* commentario in *Hippocratis* de humoribus libellum, quem in regia bibliotheca Pariſienſi latere noram. *Bosquillonium* quoque, qui editione ſua Aphoriſmorum Hippocratis optime de hoc medicinae rationalis parente meritus eſt, acceperam, codicem illum jam deſcripſiſſe, ipſum cum alio contuliſſe, qui in bibliotheca Coisliniana quondam ſervabatur, et ad futuram editionem, multis emendationibus et conjecturis ornandam, praeparaſſe. Cujus quidem editionis

ſpem cum praematura *Bosquillonii* mors nobis eripuiſſet, metuendum erat, ne viri hujus eruditi labor omnino periret. Sed hoc cavit viduae ejus liberalitas, quae omnem apparatum literarium mariti quondam ſui facultati medicae Pariſinae dono obtulerat. Rogavi igitur amicum integerrimum, Virum Generoſum atque Eruditiſſimum operum Hippocraticorum interpretem, Equitem *de Mercy*, facultatis medicae Pariſienſis doctorem, et medicinae graecae profeſſorem, ut illum codicem meis ſumtibus deſcribendum curaret. Annuit is precibus meis humaniſſimis, et eo usque benivolentiae et de medicis graecis bene merendi ſtudii proceſſit, ut codicis deſcribendi ſumtuum partem ipſe ſolveret. De quo inſigni, quo me adfecit, beneficio ut publice Ipſi gratias agam, libenter et ex animi ſententia facio. Neque vero minus obſtrictum me ſentio *Fr. Jacobſio*, eruditiſſimo Anthologiae graecae editori, qui e codice Monacenſi inſignem lacunam ſupplevit, quae in fine libelli, *Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται*, in editionibus cum Aldina, tum Baſileenſi conſpicitur. Quamquam autem non eram neſcius,

Charterium e ſuis codicibus manuſcriptis hanc Galeno jam adhibuiſſe medelam, tamen videre cupiebam, an forte plura Pariſinis contineret Bavaricus codex. Precibus igitur meis benevole hoc dedit Illuſtris *Jacobſius*, ut elegantiſſime deſcriptum mecum communicaret pleniorem libelli iſtius finem.

Nihil praeterea magis in votis habeo, quam ut ea, quam hoc ipſo volumine inchoavi, Galeni operum editio peritis harum rerum arbitris haud omnino displiceat, atque plauſu virorum eruditorum honorifico excepta, feliciter ad finem deducatur. Honeſtiſſimus librarius, Carolus Cnoblochius, nullis ſumtibus pepercit, ut *Galenus* ſatis comte atque ornate in publicum prodire poſſet. Faxit Deus, ut feliciſſime ipſi cedat ſuſceptum opus!

Scribebam Lipſiae ipſis Calendis Novembribus A. R. S. cIↄIↄcccxx.

HISTORIA LITERARIA

CLAVDII GALENI,

CONSCRIPTA AB JO. CHR. GLI. ACKERMANNO, EX JO. ALB. FABRICII BIBL. GRAEC. EX ED. GLI. CPH. HARLES, VOL. V. P. 377 — 500. DESVMTA ET HINC INDE AVCTA ET EMENDATA.

I. *Vita Galeni.* II. *Galeni in medicinalem ſcientiam merita generatim.* III. *Medicinae ſtatus iis temporibus, quibus Galenus univerſam ejus ſcientiam mutabat.* IV. *Quid in ſingulis medicinalis ſcientiae diſciplinis invenerit Galenus rectiusque dixerit.* V. *Syſtema Galeni medicum.* VI. *Libri a Galeno conſcripti. Eorum ratio.* VII. *Claſſes, ordo librorum Galeni.* VIII. *Inſtitutum in ordine librorum Galeni a me ſervatum.* IX. *Singulorum librorum Galeni, et quidem genuinorum, recenſio.* 1. De ſectis ad eos, qui introducuntur. 2. De optima ſecta ad Thraſybulum. 3. De optima doctrina. 4. De ſophiſmatis ſeu captionibus penes dictionem. 5. Quod optimus medicus ſit quoque philoſophus. 6. Suaſoria ad artes oratio. 7. De conſtitutione artis medicae ad Patrophilum. 8. De elementis ex Hippocrate libri II. 9. De temperamentis libri III. 10. De atra bile. 11. De inaequali intemperie. 12. De optima corporis noſtri conſtitutione. 13. De bono habitu. 14. De facultatibus naturalibus libri III. 15. De ſubſtantia facultatum naturalium. 16. De anatomicis adminiſtrationibus libri IX. 17. De oſſibus ad tirones. 18. De venarum arteriarumque diſſectione. 19. De nervorum diſſectione. 20. De muſculorum diſſectione. 21. De uteri diſſectione. 22. An in arteriis natura ſanguis contineatur. 23. De motu muſculorum libri II. 24. Vocalium inſtrumentorum diſſectio 25. De cauſſis reſpirationis. 26. De Hippocratis et Platonis decretis libri IX. 27. Fragmentum in Timaeum Platonis, vel ex IV. commentariis, quos inſcripſit: De iis, quae medice dicta ſunt in Platonis Timaeo. 28. De ſemine libri II. 29. De uſu

partium corporis humani libri XVII. 30. De inſtrumento odoratus. 31. De locis adfectis libri VI. 32. De differentiis febrium libri II. 33. De morborum temporibus. 34. De reſpirationis uſu. 35. De uſu pulſuum. 36. De pulſibus libellus ad tirones. 37. De pulſuum differentiis libri IV. 38. De dignoſcendis pulſibus libri IV. 39. De cauſſis pulſuum libri IV. 40. De praeſagitione ex pulſibus libri IV. 41. Synopſis librorum ſuorum XVI. de pulſibus. 42. De diebus decretoriis libri III. 43. De criſibus libri III. 44. De difficultate reſpirationis libri III. 45. De cauſſis procatarcticis. 46. De plenitudine. 47. De tumoribus praeter naturam. 48. De tremore, palpitatione, convulſione et rigore. 49. De ſimplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus libri XI. 50. Ars medica. 51. De differentiis morborum. 52. De morborum cauſſis. 53. De differentia ſymptomatum libri III. 54. De compoſitione medicamentorum ſecundum locos libri X. 55. De compoſitione medicamentorum ſecundum genera libri VII. 56. Methodus medendi libri XIV. 57. Ad Glauconem de medendi methodo libri II. 58. De venaeſectione adverſus Eraſiſtratum. 59. De venaeſectione adverſus Eraſiſtrateos, Romae degentes. 60. De curandi ratione per venaeſectionem. 61. De maraſmo. 62. Pro puero epileptico conſilium. 63. Ad Thraſybulum liber, utrum medicinae ſit, vel gymnaſtices hygieine. 64. De attenuante victus ratione. 65. De tuenda ſanitate libri VI. 66. De alimentorum facultatibus libri III. 67. De probis praviſque alimentorum ſuccis. 68. Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur. 69. Linguarum, ſeu dictionum exoletarum Hippocratis explicatio. 70. De ſeptimeſtri partu. 71. De libris propriis. 72. De ordine librorum ſuorum ad Eugenianum. 73. De ptiſana. 74. De parvae pilae exercitio. 75. De hirudinibus, revulſione, cucurbitula, inciſione et ſcarificatione. 76. Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi. 77. De dignotione ex inſomniis. 78. De propriorum animi cujusque adfectuum dignotione et curatione. 79. De cujuslibet animi peccatorum dignotione atque medela. 80. De praenotione ad Epigenem. 81. De antidotis libri II. 82. De foetuum formatione.

X. *Libri ſuſpectae originis.* 83. Introductio ſ. medicus. 84. De ſubfiguratione empirica. 85. De voce et anhelitu. 86. De reſpirationis uſu. 87. An animal ſit, quod in utero eſt. 88. An omnes partes animalis, quod procreatur, fiant ſimul. 89. De conſuetudinibus. 90. De

motu thoracis et pulmonis. 91. De totius morbi temporibus. 92. De typis. 93. Adverſus eos, qui de typis ſcripſerunt. 94. De comate ſecundum Hippocratem. 95. De victus ratione in morbis acutis ex Hippocratis ſententia. 96 De purgantium medicamentorum facultate. 97. De remediis paratu facilibus libri III. 98. De theriaca ad Piſonem. 99. De theriaca ad Pamphilianum. 100. De faſciis.

XI. *Libri manifeſte ſpurii.* 101. De hiſtoria philoſophica. 102. Definitiones medicae. 103. De partibus artis medicae. 104. De anatomia vivorum. 105. De compage membrorum ſive de natura humana. 106. De natura et ordine cujuslibet corporis. 107 Quod qualitates incorporeae ſint. 108. De motibus manifeſtis et obſcuris. 109. De facultatibus corpus noſtrum diſpenſantibus. 110. De diſſolutione continua, ſ. de alimentorum facultatibus. 111. Praeceptum de humani corporis conſtitutione, de diaeta quatuor anni tempeſtatum et duodecim menſium. 112. De humoribus. 113. De praenotione. 114. Omnino vera expertaque praeſagitio. 115. De venaeſectione. 116. Prognoſtica de decubitu ex mathematica ſcientia. 117. De urinis. 118. De urinis compendium. 119. De urinis ex *Hippocrate*, *Galeno* et aliis quibusdam. 120. Quaeſita in *Hippocratem* de urinis. 121. De pulſibus ad Antoninum. 122. Compendium pulſuum. 123. De affectuum renibus inſidentium dignotione et curatione. 124. De colico dolore. 125. Introductorius liber, varias morborum curas complectens. 126. De cura icteri. 127. De melancholia ex *Galeno*, *Rufo* et *Marcello Sicamii Aëtii* libellus. 128. De oculis. 129. De pica, vitioſo appetitu. 130. De gynaeceis. 131. De cura lapidis. 132. Liber ſecretorum ad Monteum. 133. De medicinis expertis. 134. De incantatione, adjuratione et ſuſpenſione. 135. Fragmentum libri de dunamidiis. 136. Liber ſecundus de dunamidiis. 137. De ponderibus et menſuris. 138. De ſuccedaneis. 139. De ſimplicibus medicamentis. 140. De plantis. 141. De virtutibus centaureae. 142. De clyſteribus. 143. De catharticis. 144. De peſte.

XII. *Fragmenta.* 1. De aquis. 2. De vinis. 3. De vinis. 4. De pane. 5. De aquarum natura et de balneis. 6. Sermo adverſus empiricos medicos. 7. De morſu, qui in aegritudine percipitur. 8. De venereis. 9. Ex libris de demonſtratione. 10. Ex commentariis *Simplicii*. 11. Ex *Averroe*. 12. Galeni notae in Hippocratem e *Stobaeo*. 13. Fragmenta ex *Nemeſio*. 14. Ex *Themiſtio*. 15. Ex

Michaele Ephesio. 16. Ex *Moyse Maimonide.* 17. Ex *Rhase.* 18. Quos, quibus purgantibus medicamentis et quando purgare oporteat. 19. Fragmentum de Homerica medicatione.

XIII. *Commentarii Galeni in Hippocratis libros.* 1. In Librum Hippocratis de natura humana commentarii II. 2. In Hippocratem de salubri diaetae ratione privatorum. 3. In Hippocratem de aëre, aquis et locis commentarii III. 4. In Hippocr. de alimento commentarii IV. 5. In Hippocr. de humoribus commentarii III. 6. In Hippocratis prognosticon commentarii III. 7. In Hippocr. praedictionum libr. I. commentarii III. 8. In Hippocr. de morb. popular. libr. I. commentarii III. 9. In Hippocr. de morb. popul. libr. II. comment. 10. In Hippocr. de morb. popul. libr. III. commentarii III. 11. In Hippocr. de morb. pop. libr. VI. comment. VI. 12. In Hippocr. aphorism. libros VII. comment. VII. 13. Galeni adversus Lycum liber. 14. Galeni contra ea, quae a Juliano in aph. Hippocr. dicta sunt. 15. In Hippocr. de diaeta acutor. libr. comment. IV. 16. In Hippocr. de officina medici librum comm. III. 17. In Hippocr. libr. de fracturis comm. III. 18. In Hippocr, libr. de articulis comm. IV.

XIV. *Libri, qui sub Galeni nomine in bibliothecis latent, nondum typis exeusi.*

XV. *Libri Galeni medicinales, qui interierunt.*

XVI. *Libri Galeni, ad alias disciplinas pertinentes, deperditi.*

XVII. *Codices MSS. operum Galeni omnium, aut librorum plurium graeci et latini.*

XVIII. *Editiones operum Galeni omnium graecae, graeco-latinae, latinae.*

XIX. *Collectiones librorum Galeni, at non omnium, graecae, graeco-latinae, latinae.*

XX. *Galenus in epitomen redactus. Specula Galeni, Theatrum, Indices.*

XXI. *Index auctorum, qui Galeno edendo, interpretando, illustrando operam dederunt. Commentarii in plures Galeni libros.*

XXII. *Libri, in quibus Galenus defenditur, confutatur, in quibus loca quaedam Galeni explicantur.*

XXIII. *Editiones operum Galeni graecae, graeco-latinae, et latinae, quae lucem non viderunt.*

I.

VITA GALENI[a]).

Claudius Galenus, medicorum omnium poſt Hippocratem princeps, ſyſtematisque in medici-

a) In vita Galeni recte ſcribenda qui verſari volunt, ipſius ejus auctoris libris, ceu genuinis maxime fontibus, uti debent. Multa enim de ſe narravit expoſuitque in permultis libris, a ſe conſcriptis, maxime in arte medica, in cujus cap. 39. libros, quos ante hunc librum conſcripſit, recenſet; in libris IX. anatomicarum adminiſtrationum; in libris XVII. de uſu partium; in libro quod animi mores corporis temperaturam ſequantur; in libr. de cognoſcendis curandisque animi morbis, quos perturbationes Latini adpellant; in libr. de cujusque animi peccatorum notitia atque medela; in libris VI. de locis adfectis, in quibus ad vitam Galeni, quam egit medicus practicus, facientia permulta enarrantur; de praecognitione ad Epigenem, qui ſcriptus eſt a Galeno ideo, ut medicinalis vitae ſuae poſteris rationem redderet; in libr. II. de antidotis et in libr. de theriaca ad Piſonem, nec non in libris de medicamentorum compoſitionibus. In conſilio etiam, puero epileptico dato, quaedam ad ejus vitam occurrunt. Librum etiam ſcripſerat Galenus *περὶ τῆς διαβολῆς, ἐν ῷ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου*, quem memorat in libr. de libr. propriis cap. 13. qui vero interiit. In libro etiam: *μέχρι πόσου τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς καὶ δόξης φροντιστέον ἐστὶ*, de quo loquitur de libr. propr. cap. 13., quaedam ſaltim fuerant contenta ad vitam Galeni; verum et is liber interiit. Multa etiam, quae ad vitam Galeni pertinent, leguntur in ejus libris *περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων* et *περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων πρὸς Εὐγενιανὸν*, qui uterque liber legitur in editione operum Hippocratis et Galeni Charteriana tom. I. pag. 35. et 49. Galenum etiam memorarunt inter Graecos Stephanus de urbibus, Jo. Tzetzes chil. XII. hiſtor. 397. et Suidas.

nali ſcientia conditor, quod noſtris temporibus medici ex parte adhuc amplectuntur, atque

---

Scripſerunt etiam vitam Galeni, aut potius de ejus vita aliqua memoriae tradiderunt Symphorianus Champerius, in libr. de medicinae claris ſcriptoribus, qui cum aliis lucem vidit in 4. ſine loc. et anno, nec non in vita Galeni, quae prolixius elaborata ab eodem auctore legitur in operum Galeni editione quarta Papienſi, cura Ruſtici Placentini, 1516. fol 2—4. Jac. Milichius in orat. de vita Galeni in Phil. Melanchthon. praeſat. et orat. tom. II. p. 395. Antonius Fumanellus, in operibus multis et variis, cum ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos plurimum conducentibus. Tigur. 1557. fol. Abr. Wernerus, in orat. de vita Galeni, Viteb. 1570. Jo. Mart. Eustachius (Gambatenſanus, in regno Neapolitano) de vita Galeni. Neapol. apud Horatium Salvianum, 1577. 4. E. de Villa, in libro: Las vidas de doze principes de la medicina. Burgos. 1647. 8. cap. 7. p. 148. Praefixa etiam eſt vita Galèni, cum aliis, lectu digniſſimis, ad hiſtoriam librorum Galeni pertinentibus, auctore Conr. Gesnero editioni operum Galeni Frobenianae tertiae. Baſil. 1562. fol. Sed hi omnes parum accurate in hoc argumento ſunt verſati, ut recte Mentelius teſtatur, in epiſtola ad Labbeum, mox citanda, dicens: aliam vitam, alios ſcriptores eum auctorem poſtulaſſe, quem aetati ejus tantum non ſuppar Euſebius in libr. V. hiſtor. cap. ult. teſtatur, etiam a nonnullis adoratum fuiſſe et Alexander Trallianus θειότατον appellat. Elogium Galeni chronologicum Philippus Labbeus, velut ſpecimen bibliothecae ſuae univerſalis, miſit ſtrenae loco ad Jacobum Mentelium, et praefixa Mentelii epiſtola edidit Pariſ. 1660. ex typographia Claudii Cramoiſy, in 8. Alium praeterea libellum eodem anno 1660. Labbeus miſit ad Guidonem Patinum et Pariſiis, apud Guil. Benard. excudi fecit in 8. hoc titulo: Vita Claudii Galeni Pergameni, medicorum principis, ex propriis operibus collecta. Hoc paginarum 83 opuſculum conſtat meris Galeni locis, ex editione Iuntarum latine deſcriptis atque per intervalla quatuor ab ortu Galeni ad annum aetatis 21. 29. 40. et obitum usque diſtinctis, adſcripto ſubinde in margine anno Chriſti et aetatis Galeni. Ea loca omnia Jo. Alb. Fabricius adnotaverat in elogio Galeni chronologico Lab-

optimi imperatoris judicio γνήσιος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, a posteris tanti habitus, quanti alio-

---

bei, quod praefixerat in Bibliotheca Graeca capiti de scriptis Claudii Galeni. Videtur etiam tertium opusculum promisisse Labbeus, chronologiam operum Galeni, saltem eorum, quae exstare noscuntur, quae scilicet primo loco, quae deinde in decursu aetatis, quae tandem in senectute conscripta fuerint. Sed illa numquam vidit lucem, neque editores operum Galeni de libris ejus auctoris ad hunc ordinem digerendis cogitarunt. Vitam Claudii Galeni Pergameni, medicorum omnium ab Hippocrate principis, ex ipso et probatis auctoribus collectam digestamque scripsit Renatus Charterius, eamque in operum Hippocratis et Galeni tom. 1. a pag. 53. usque ad pag. 98. excudi fecit. Verum profusissimo sermone in hac vita longe pulcherrima dicta sunt, minime ad Galeni vitam referenda: neque ordo, quo argumentum suum pertractavit, cuiquam placere potest. Elogium Galeni conscripsit Julius Alexandrinus, quod lucem vidit Venetiis, apud Juntass. 1548. 8. Vitam et laudes Jo. H. Acker in opuscul. eloquent. Jen. 1717. 8. fasc. 3. Vitam etiam Galeni, at succinctam, scripsere scriptores de medicinae historia quidam, v. g. Jo. Bernier, in libr. Essays de medicine, où il est traité de l'histoire de la medecine et des medecins, Paris. 1689. 4. part. 1. cap. 4. pag. 105. Dan. Clericus, in libr. Histoire de la medecine part. III. libr. III. pag. 660 sq. edit. Hagae Comit. 1729. 4. in quo universo libro de Galeni vita, scriptis atque iis, quae is ad medicinam amplificandam contulit, doctissime atque copiosissime tractatur. *Gottlieb Stölle, in der Anleitung zur Historie der medicinischen Gelahrtheit, Jena,* 1731. 4. cap. 1. §. 91. pag. 85. *Kurt Sprengel,* in libr. *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde.* tom. II. Halae Saxon. 1793. sect. V. 5. §. 53. sq. pag. 89 sq. Vitam Galeni ego quoque scripsi in Institut. historiae medicinae, Norimb. 1792. 8. cap. XXI. pag. 197 sq. et cap. XXII. exponendo systemati Galeni medicinali operam dedi, quo labore ante me jam functus fuerat Joh. Conr. Barchusen in diss. de medicinae origine et progressu, Traject. ad Rhen. 1723. 4. dissertat. XVI. pag. 246 sq. Caeterum conferendi adhuc sunt

rum medicorum nullus b), Niconis, philosophi, architecti, viri eruditissimi ac moribus sedatissimi, ex matre admodum iracunda acerbaque in suos c)

---

de Galeno ejusque doctrina et scriptis Vossius de philosophia cap. XII. §. 19. pag. 99. Jonsius libr. III. cap. XI. §. 3. pag. 62. Pope Blount in censur. celebrior. auctor. pag. 163 sq. Jac. Brucker in histor. critic. philosoph. tom. II. period. II. part. I. libr. I. cap. II. sect. III. §. 13. pag. 183. sq. et in adpendic. p. 359. (inprimisque *Chr. Kramp Kritik der praktischen Arzneykunde mit Rücksicht auf die Geschichte derselben*, L. 1795. 8. qui cap. 12. p. 454 — 675. Galeni exponit laudes. Beck.) Ad rem literariam et scripta Galeni facit G. Abr. Merklini Lindenius renovatus, libr. 1. p. 183. sq. Maxime autem utiles sunt Halleri labores et ad vitam doctrinamque Galeni intelligendam, et ad librorum, qui ab eo auctore conscripti sunt, historiam, editionum notitiam, cet. De botanicis et pharmaceuticis Galeni scriptis disseruit is clarissimus in medicinali re literaria auctor in bibliothec. botanic. libr. I. cap. 51. tom. I. pag. 111. sq. de scriptis anatomicis, ac de iis, quae in anatome a Galeno inventa sunt, in bibliothec. anatomic. libr. I. §. 59. tom. I. pag. 82. de externa medicina, quam fecit, et de libris, ad eam pertinentibus, in bibliothec. chirurgica libr. I. §. 39. tom. I. pag. 85. Denique copiosissime egit de Galeno Hallerus, omni paene rei literariae, ad eum pertinentis, materia exhausta, in bibliotheca medicinae practicae libr. 1. §. 80. tom. I. pag. 228. usque ad pag. 273.

b) In vita Galeni scribenda sequutus ego sum maxime ipsum Galenum, qui permulta de se ipso in libris suis proposuit, et Labbeum, cujus elogium chronologicum Galeni Jo. Alb. Fabricius in priore bibliothecae graecae editione capiti de Galeni scriptis praemiserat. Integrum Labbei librum excudi non jussi, utilia vero ex eo, meis additis, excerpsi.

c) Galen. de dignoscendis animi morbis, capite 8. tom. VI. edit. Chart. pag. 531. *ἔχων μητέρα ὀργιλωτάτην, ὡς δάκνειν μὲν ἐνίοτε τὰς θεραπαίνας, ἀεὶ δὲ κεκραγέναι τε καὶ μάχεσθαι τῷ πατρὶ μᾶλλον, ἢ Ξανθίππη Σωκράτει.*

filius, natus eſt Pergami d) in Aſia, nobili quondam Attalorum regia, anno poſt Chriſtum natum CXXXI. Hadriani imperatoris XIV. vel XV. A patre, non geometra tantum, atque architecto, ut tradit Suidas, ſed mathematicis omnibus ceterisque litteris excultiſſimo, (vid. Galen. de probis pravisque alimentor. ſuccis cap. 1. pag. 419. tom. VI.) e) et quibusdam aliis eximiae notae praeceptoribus in pueritia f) artes liberales adprime edoctus, atque ad omnem elegantiam humanitatemque informatus, abſoluto XIV. ſeu, quod eodem redit, aetatis anno XV. ineunte anno poſt Chriſtum CXLV. Antonini Pii, poſt Hadrianum imperantis, anno VII. philoſophicis ſtudiis ſub Caio, Platonico, et quodam Philopatoris, Stoici, diſcipulo, aliisque operam navare coepit: tum

---

d) Hinc etiam in codd. ſcriptis editisque ſemper vocatur Pergamenus. Pergamum patriam ſuam diſerte vocat in libr. X. de ſimplic. medicamentor. facult. cap. 2. nr. 9. de caſeo, tom. III. pag. 282. ed. cit.

e) Patrem effert laudibus maximis in permultis locis librorum ſuorum, v. g. in libr. de dignoſcendis animi morbis cap. 8. tom. VI. pag. 531.

f) Egregie ſe a patre inſtitutum eſſe refert, paedagogo maxime idoneo, libr. II. de different. pulſ. cap. 5. pag. 46. tom. VIII. neque impenſis cujuscunque generis patrem in eo inſtituendo pepercifſe docet in libr. VIII. de method. medendi cap. 3. pag. 188. tom. X. Statim ab adoleſcentia ſe philoſophiae amore fuiſſe captum dicit, uſumque praeceptoribus optimis libr. IX. de methodo medendi, cap. 4. pag. 205. tom. X. conf. libr. Galeni de ordine librorum ſuorum ad Eugenianum pag. 52. tom. I. de libris propriis cap. 2. pag. 38. et cap. 11. pag. 45. tom. I. ubi de ſtudio philoſophiae a ſe agitato permulta refert.

anno vitae XVII. christianae aerae CXLVII. a patre, per somnium admonito, deductus ad medicos g) Satyrum, Quinti discipulum, Stratonicum, Sabini Hippocratici discipulum, et Aeschrionem empiricum aliosque nactus est in patria sua praeceptores.

Post obitum parentis Smyrnam se Galenus contulit, anno aetatis suae XXI. Christi CLI. Pelopis, celeberrimi medici e Quinti discipulis, et Albini, Platonici philosophi, audiendi causa h), tum Corinthum, ad Numisianum, non inferiorem Pelope, Quinti ejusdem auditorem. Sic aliis provinciis pluribus peragratis i), Alexandriam tandem,

---

g) Galen. de praenot. ad Posthum. cap. 2. p. 832. tom. VIII. libr. IX. de method. medendi, cap. 4. pag. 205. tom. X. Praeceptores, quibus et in philosophia, et in medicina usus est, copiose enarrat in libr. I. de anatomic. administrat. cap. 1. p. 26. tom. IV. conf. libr. de ordine libror. suor. ad Eugenian. pag. 52. tom. I. de medicament. facult. libr. XI. cap. 1. 24. pag. 310. tom. XIII. de atra bile cap. 4. pag. 170. tom. III. libr. I. de alimentor. facult. cap. 1. pag. 308. tom. VI.

h) Galen. de probis pravisque alimentor. succ. cap. 1. pag. 418. tom. VI. de libris propriis cap. 2. pag. 38. tom. I. Pelopem secundum post Satyrum ipsi obtigisse praeceptorem et Smyrnae quidem, postea Numisianum Corinthi, ipse refert libr. I. de anatom. administrat. cap. 1. pag. 26. tom. IV. conf. de ordine libror. suor. ad Eugenian. pag. 51. tom. I. de atra bile cap. 3. pag. 168. tom. III.

i) Conf. de itineribus, a Galeno institutis, priusquam Alexandriam adiret, et ea urbe relicta in patriam rediret, libr. III. de composit. medicament. per genera, cap. 2. p. 713. 719. tom. XIII. libr. VI. de composit. medicam. sec. loc. cap. 2. pag. 490. tom. XIII. libr. V. de sanitate tuenda cap. 1. p. 138. tom. VI. comment. III.

Aegypti nobiliſſimum emporium ac metropolim, venit, in qua prae ceteris urbibus medicinae florebat ſtudium. Unde anno aetatis XXVIII. Chriſti CLVIII. digreſſus, in patriam remeavit, ibique Pontificum [k]) annuorum juſſu curationem gladiatorum ſuscepit per quinque aut ſex annos. Quibus elapſis Romam cogitavit [l]), anno aetatis XXXIV. inſtante, aut jam inchoato, Chriſti CLXIV. imperatorum Marci Aurelii Antonini philoſophi et Lucii Veri, fratris ejus, anno IV. [m]) Anno ſequenti jugulum ei ab humero motum eſt, a quo

---

in Hippocr. de diaeta acutor. text. 8. pag. 85. tom. XI. libr IX. de ſimplic. medicam. ſacult. cap. 1. nr. 2. pag. 247. tom. XIII.

k) Galen. comment. III. in Hipp. de fracturis text. 21. pag. 243. tom. XII. Curam gladiatorum Pergamenorum ſibi a pontifice commiſſam quonam cum ſucceſſu geſſerit, ipſe refert in libr. III. de compoſit. medicament. ſecundum genera, cap. 2. pag. 718. ſq. tom. XIII.

l) Galen. de libr. propriis cap. 1 et 2. Liber de praenotione ad Poſthumum ideo ſcriptus eſt, ut oſtenderet, qua fortuna in formandis praeſagiis Romae prae aliis medicis fuerit uſus. Proſtat is liber in edit. Pariſ. tom. VIII. pag. 829. lib. I. de anatomic. adminiſtrat. cap. 1. pag. 26. tom. IV. cf. Galen. adverſus eos, qui de typis ſcripſerunt, cap. 1. pag. 157 158. tom. VII. de venaeſectione adverſus Eraſiſtrateos, Romaé degentes, cap. 1. pag. 406. tom. X. comment. I. in Hipp. libr. de artic. text. 22. pag. 303. tom. XII.

m) Lucii meminit cap. 2. libri de praenotione ad Poſthumum, cum primum ſuum in urbem Romanam adventum deſcribit; Antonini vero initio libri primi de anatomicis adminiſtrationibus, neque enim interpretes recte iſta reddiderunt: *ἄρχειν ἡγμένου κ. τ. λ.*

decubuit per dies quadraginta, ut ipſe narrat [n]). Multis poſtea feliciſſimo ſucceſſu ſanitati redditis, magnum ſibi nomen apud omnes plebeios et optimates fecit, ut etiam a plerisque, ob admirandam in praedictionibus atque curationibus ſagacitatem et felicitatem [o]), modo παραδοξολόγος, modo propter ſtupendam remediorum, opportune adhibitorum, vim atque efficaciam παραδοξοποιὸς diceretur. Graſſante poſt aliquod tempus atrociſſima illa peſte, quam Capitolinus in Lucii vita aliique ſcriptores Romanarum hiſtoriarum deſcribunt [p]), urbe ſe ſubduxit in Campaniam, ac Brundufio in patriam vela fecit, anno aetatis non tam exeunte, quam completo XXXVII. chriſtianae aerae CLXVIII. Verum diu in patria ſubſiſtere atque optato perfrui otio ei non licuit: namque ſub exitum ejusdem anni, aut ſequentis CLXIX. principium ab imperatoribus, Marco Antonino ac Lucio Vero, a Parthica expeditione paulo ante reverſo, qui tum Aquilejae morabantur, delectus

---

n) Hiſtoriam ejus morbi, quem perpeſſus eſt, copioſe deſcribit in comment. I. in Hipp. libr. de articulis text. 62. pag. 322. tom. XII.

o) Conf. librum de locis adfectis integrum, in quo permulta exponit de fortuna, qua uſus eſt et in praeſagiendo et in curandis morbis. Vid. inprimis de loc. adſect, libr. V. cap. 7. tom. VII. pag. 497. Multa quoque refert de laude ſua apud omnes, et de invidia medicorum et philoſophorum, in quam incurrit, in libr. de praenot. ad Epigenem tom. VIII. pag. 829. et in libro de libris propriis.

p) In cap. 1 et 2. de libris propriis. De praenot. ad Epigenem tom. VIII. pag. 829. et in permultis aliis locis.

militum habendi caufa, omniumque comparandorum, quae ad bellum germanicum neceffaria futura effent, in Italiam revocatus eft. Romam itaque fecundum venit q), atque Aquilejam profectus eft: unde paullo poft, ob faevientem acrius luem fugientibus imperatoribus, ipfoque Lucio Vero prope Altinum, dum curru cum fratre veheretur, ictu fanguinis exftincto, hiberno, ut videtur, tempore, fub finem fcilicet anni CLXX. ipfe quoque Galenus vix cum quibusdam aliis evafit Romamque incolumis reverfus eft, quae tertia ejus in urbem profectio numerari poteft. Marco Aurelio in Germaniam r) adverfus Quados, Marcomannos ac Sarmatas cum exercitu abeunte, ipfe in Italia haefit, multosque tum, procul negotiis fere omnibus, et usque ad obitum ejusdem Aurelii, totoque filii ejus, Commodi, tempore, quo imperante conflagravit Pacis templum, et Galeni opera plurima incendio perierunt, vel

---

q) De libr. propriis cap. 2. in quo capite Galenus etiam enarrat, quos libros eo tempore fcripferit. De praenot. ad Epigenem cap. 9. Meminit etiam fui ex Cypro et Syria pedeftris itineris Romam verfus per Thraciam et Macedoniam in libro IX. de fimplic. medicament. facultatibus cap 1. nr. 2. pag. 246. tom. XIII Et inter ambulandum fe dormiviffe memorat in libr. II. de motu mufculorum cap. 4.

r) Saepe refert Galenus in libris fuis, fe Caefaris juffu, ut imperatoris valetudinem curaret in hoc bello, evocatum effe a Marco Aurelio: fed Galenus, belli labores periculaque aliis cedere cupiens, fomnio admonitum fe effe divinitus aiebat, ut Romae maneret. Vid. de libr. propr. cap. 2. de compofit. medicament. fecundum genera lib. II. cap. 13. et in permultis aliis locis.

Romae [s]), vel in patria, (quando enim in eam remigraverit, non amplius reverſurus in Italiam, omnino neſcimus) multos inquam libros cujusque generis conſcripſit vulgavitque, atque in iis librum de praecognitionibus ſuis πρὸς Ἐπιγένην [t]), anno vitae LII., elapſis a disputatione adverſus Stoicos et Peripateticos de voce et reſpiratione XV. annis. Sub Helvio quoque Pertinace, qui anno Chriſti CXCII. die Decembris XXXI. ſublato e vivis Commodo principe a frequenti ſenatu nuncupatus eſt imperator, et paullo poſt a militibus interfectus, floruiſſe Galenum, ex eo diſcimus, quod capit. XIII. de propriis libris meminit libri unius ad ſectarum profeſſores de concionibus, publice habitis ſub Pertinace. (Sic enim vertendum puto πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων, non, ut alii quidam: Adverſus ſectarios de publice dictis coram Pertinace.) Neque ſane ulterius progreſſus videtur, quisquis in Suidae lexico Galeni elogium

s) In hac periodo Romae et docuit medicinam, et plurimos longe librorum ſuorum compoſuit, et medicinam aegrotantibus cum ſummo Romanorum plauſu fecit. Ad hanc periodum vitae Galeni conf. de praenot. ad Epigenem cap 9. et 11. et plurima alia loca tam in hoc libro, quam in ſex libris de locis adfectis, de alimentor. facultatibus lib. II cap. 40. de compoſ medicamentor. per genera lib. I cap. 1. lib. III. cap. 3. de ſimplic. medicamentor. facult. lib. IX. cap. 3. De antidotis lib. I. cap. 1. 2. 4. 13. et libr. II. cap. 17. Method. medendi libr. III. cap. 2. et lib. V. cap. 15.

t) Ad Poſthumum in editis permultis inſcribitur is libellus, ſed rectius vertas ad Epigenem, quod propria nomina Graecorum latina facere non licet.

texuit, dum ſcribit: *γεγονέναι ἐπὶ Μάρκου καὶ Κομμόδου καὶ Περτίνακος τῶν Καισάρων ἐν Ῥώμῃ.* (Niſi forte ultimum illud *ἐν Ῥώμῃ* non ad imperatores romanos referas, ſed ad Galenum, qui, cum ſub his imperatoribus Romae vixiſſet, poſt Pertinacis necem in patriam ſeſe receperit, ibique reliquum vitae in otio litterario procul ab aula ſtrepituque litterario transegerit, quae videtur fuiſſe mens interpretum Wolfii atque Porti.)

Hactenus quae de Galeno diximus usque ad aetatis annum LXIII. ex ejusdem *πολλάκις ἐπαυτολογοῦντος* variis ſcriptis deprómta ſunt, nec in dubium a quoquam ulla ratióne revocari poſſe videntur. Quod ſupereſt, an ſub Didio Juliano, Clodio Albino, Peſcennio Nigro, ac praecipue ſub Severo, ejusque filio, Antonino Baſſiano, pariter floruerit, et quamdiu vitam Romae, aut Pergami traduxerit, quove anno aetatis atque aerae Chriſtianae exſpiraverit, quia eruditis viris nondum ſatis exploratum ſcimus, ex ejusdem libris, vel veterum ſcriptorum monumentis disquirendum eſt.

Gerardus Joannes Voſſius in poſtumo de philoſophia opere cum medicorum ſeriem legit, Claudium Galenum ſub Marco Antonino philoſopho, item filio, Commodo, quin et Helvio Pertinace, Didio Juliano, Clodio Albino, ac denique Severo floruiſſe teſtatur. Sed nihil probat, et ab aliis iſta mutuatus eſt. In opere etiam de hiſtoricis graecis atque alibi non ſemel idem auctor Galenum ad Antonini Pii aetatem refert. Joannes Martinus Euſtachius, qui in libro, de vita Galeni ſcripto,

hiſtoriam ejus viri, foedatam antehac multis fabulis erroribusque, ſummo cum ſtudio illuſtravit, multa tamen etiam, quae ad rem minus pertinent, intexuit, contendit, Galenum ſub Severo et Antonino Baſſiano Caracalla vixiſſe, his ductus argumentis, quod ipſe Galenus libro I. de antidotis cap. XIII. teſtetur, ſe theriacam imperatori Severo, ipſius imperatoris juſſu, confeciſſe, eodem modo, quo Antonino Auguſto eamdem medicinam paraverat, ac quod auctor libri de theriaca ad Piſonem, qui vulgo Galeno adſcribitur, cap. 2. tom. XIII. pag. 932. referat, theriacam a Marci imperatoris temporibus aeſtimari coepiſſe, opinionemque de ejus utilitate majorem fidem accepiſſe, ejus medicamenti vero uſum ſub maximis imperatoribus, nunc viventibus, communem evaſiſſe (ἐπὶ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων ἡ χρῆσις εἰς τὸ κοινὸν ἔφθασε). Utrumque vero argumentum Euſtachii quibusdam infirmius viſum eſt, ac primum quidem, quod ex familiari multorum auctorum conſuetudine Severus imperator pro Lucio Vero ſubrogatus ſit, et ipſemet Euſtachius fateatur, pro Vero mendoſe cap. I. libri adverſus eos, qui de typis ſcripſerunt, haberi Severum. Alterum vero, quod in libro de theriaca per maximos illos imperatores, quorum mentio eſt facta, non Severus pater, ejusque filius Baſſianus, dictus de militari tunica Caracalla, ſed Marcus Aurelius et Lucius Verus, Divi, ut loquebantur, fratres intelligendi ſint, ut neceſſe non videatur, fidem libri de theriaca ad Piſonem, quem Julius Alexandrinus,

Petrus Andreas Matthiolus, aliique viri pereruditi abjudicare Galeno moliuntur, ſollicitare.

Isque liber, Galeno adſcriptus, de theriaca ad Piſonem, etſi pro tali non exiſtimandus eſt, quem Galenus ſcripſerit, quod multa in eo occurrunt, a Galeni ingenio prorſus aliena, tamen neminem fore arbitror, qui, poſtquam attento animo libros de antidotis perlegerit, non illico in partes Euſtachii transeat fateaturque, Galenum non tantum ſub Pertinace, ſed etiam ſub Severo imperatore vixiſſe. Proponam, quoniam Euſtachius quaedam, ad quaeſtionem pertinentia, praetermiſit, in nonnullis peccavit, atque obſcure admodum et intricate omnia pertractavit, ipſa Galeni verba eaque obſervationibus in eis illuſtrabo, ut nemo in poſterum ea de re ambigere poſſit. Libri enim duo de antidotis ab omnibus usque ad hunc diem tamquam genuini ſincerique Galeni partus habentur, nec ullus eos, quod ſciam, inter nothos rejecit.

Quae capitibus primo et quarto libri primi de antidotis habentur, praemittenda ſunt, ut cetera, quae ex capite XIII. adferentur, firmius conſiſtant. Primo vero capite libri primi de antidotis pag. 866. tom. XIII. de Aurelio Antonino imperatore, ipſius tempore vivente, expreſſe refert, (ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος αὐτοκράτωρ Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος,) qui quotidie antidotum ſumſerit. Deinde addit: Fuit autem hoc, quo tempore, ſuſcepto adverſus Germanos bello, et ille (imperator Aurelius Antoninus) in regionibus circa Iſtrum degeret, et ego me illum eo poſſe ſubſe-

qui excuſaveram. Quia vero imperator theriacam, a Demetrio archiatro ſibi confectam, habebat commendatiſſimam, poſt mortem Demetrii ad Euphratem Catholicum ſcripſit, ut is certiorem faceret eum, quis Demetrio adſtitiſſet in componenda antidoto caeſarea. Cumque intellexiſſet, me ſemper Demetrio in componenda theriaca adſtitiſſe, a me antidotum ſibi parari juſſit. Capite vero quarto ejusdem libri primi de antidotis, pag. 872. refert, theriacam eo tempore, quo Antoninus imperabat, a multis divitibus, in privatos eorum uſus, fuiſſe praeparatam: divites enim principum morem aut imitari, aut ſaltim imitari videri velle. Poſt obitum vero Antonini a paucis theriacam aut mithridatium in privatos uſus parari. Capite vero ejusdem libri de antidotis primi XIII. pag. 884. refert, ſe theriacam in privatos uſus Marci Antonini compoſuiſſe, Commodum vero, Antoninum ſubſequentem, nec theriacae, nec ſimplicium medicamentorum, ad eam parandam idoneorum, inprimis cinnamomi, quod prae ceteris vetuſtate vim ac efficaciam ſuam amitteret, ullam curam habuiſſe, *ὥστε τοῦ νῦν ὄντος ἡμῶν αὐτοκράτορος Σεβήρου, κελεύσαντος αὐτῷ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν ἐσκεύαζον Ἀντωνίνῳ, συνθεῖναι τὴν ἀντίδοτον, ἠναγκάσθην κ. τ. λ.* Coactum ſcilicet ſe fuiſſe refert vilius cinnamomum, quodque vetuſtate ſua virtutis aliquantulum perdidiſſet, eligere, his verbis: *τῷ μὲν οὖν νῦν ἡμῶν αὐτοκράτορι Σεβήρῳ τὴν ἀντίδοτον ἐσκεύασα τῶν Ἀδριανείων ἐκλέξας κινναμώμων, κ. τ. λ.*

(cinnamomi, a temporibus Adriani inde in vafis ligneis ftudiofe affervati). Refert etiam aliquot cinnamomi fpecies, a fe ftudiofe collectas, conflagraffe cum fcrinio, in quo optima ac pretiofa quaeque repofuiffet, eo tempore, quo templum Pacis Romae incendio flagraret.

Ex his aliisque, quae in libro Galeni de libris propriis, et in libro de ordine librorum fuorum ad Eugenianum occurrunt, et quae in germanis Galeni operibus occurrunt plurima, ad illius vitam aetatemque indagandam plane neceffaria, difcimus, Antoninum Pium, quem a Marco Aurelio ea nota diftinguit, quod eum poft Adrianum imperatorem fuiffe expreffe dicit, non illum fuiffe, qui fingulis diebus theriacam fumeret; fed Marcum Aurelium Antoninum, philofophum, de quo tam faepe et tam multa referre confuevit: et Demetrium, archiatrum, fub belli germanici initiis obiiffe, eique tum in imperatoria antidoto paranda fuffectum fuiffe Galenum: atque Commodo, Marci Aurelii Antonini, philofophi, filio, fub quo aedes Pacis conflagravit, aliisque usque ad Severum imperantibus neglectam fuiffe theriacae confectionem, quam Severus, tum imperator (*τοῦ νῦν ὄντος ἡμῶν αὐτοκράτορος Σεβήρου*: filium, obferves velim, hic taceri: ideoque fcriptos illos de antidotis libros videri ante annum CXCIX.) iterum a Galeno, jam fene, voluit confici, necdum elapfis XXX. annis ab expeditione germanica: proinde Severum hunc, de quo hic agitur, penitus alterum diverfumque effe a Lucio Vero, qui anno exeunte CLXIX. aut ineunte CLXX.

apoplexia periit, licet is quoque aliquando Severus vocatus reperiatur.

De theriaca ad Pisonem, unde alterum probationis argumentum ducere voluit Eustachius, tria obiter observare liceat. Ac primum quidem: auctorem libelli illius vixisse sub Severo, et quidem inter annum aerae Christianae CXCIX. quo Severus majorem natu filium Bassianum in imperii consortium elegit, atque annum CCXI. quo idem Severus, qui cum filio imperabat, Eboraci in Britannia mortuus est, die IV. Februarii: ideoque non mediocriter hallucinatos, qui cum Hieronymo Mercuriali Lucium Verum hic accipiendum esse somniarunt. Verum praestat ipsum ejus libri auctorem loquentem audire. Alios refert is auctor, singulis diebus, incolumitate corporis ductos, theriacam adsumere: id fecisse Marcum Antoninum, qui paullo ante Romanum imperium summa integritate administravit, eumque theriaca abunde, et velut alimenti instar esse usum. Existimationem vero virtutis ejus medicamenti ab hujus imperatoris temporibus magnam apud homines evasisse, iis scilicet, salute imperatoris et conservata et restituta hujus medicamenti ope, eadem ab eo sperantibus. Sub isto vero principe theriacae componendae opus solum ad eos pertinuisse, qui in eo versati essent: verum sub imperatoribus nunc regnantibus (*ἐπὶ δὲ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων*) usum ejus vulgatum fuisse, ipsis imperatoribus permittentibus, ut quisque aegrotans ea medicina ex ipsorum penu uteretur, eamque benigne omnibus, qui ea egere

viderentur, dispensantibus, uti et Antipatro, cui scriptura epistolarum graecarum commissa erat, (de quo vide vitas Sophistarum, a Philostrato conscriptas) viro ob morum gravitatem et rhetorices peritiam longe aestimatissimo, cum in renalem morbum incidisset [u]). Ex quibus hoc texitur argumentum: auctor libri de theriaca ad Pisonem Demetrium archiatrum et Marcum Antoninum imperatorem novit, eum scilicet, (ne ad Pium confugias,) qui singulis diebus theriacam adsumebat; quod uni duntaxat Marco Aurelio Antonino, philosopho, convenire ex libr. I. de antidotis ostendimus. Ac deinde vixit sub duobus imperatoribus, qui Antipatrum sophistam graecis Augustalibus epistolis praefecerunt, *τὸν τὰς ἑλληνικὰς ἐπιστολὰς αὐτῶν πράττειν πεπιστευμένον*, et theriacae usum publicum liberalitate sua, atque in omnes, qui egebant, communicatione frequenti induxerunt. Iis autem notis atque insignibus alii designari nequeunt imperatores praeter Severum, ejusque filium Caracallam; quod mihi probandum erat.

Alterum est, Galenum non videri ejus libri auctorem, sed alium quemdam medicum, qui Galeno superstes fuerit, et sub imperatoribus Severo et Caracalla theriacam composuerit in usum imperatorum: aut certe ab aliquo nugatore, exercendi stili gratia, ex iis, quae apud Galenum in libris de antidotis legerat, plerisque, etiam

---

u) De theriac. ad Pison. cap. 2. pag. 932. tom. XIII. cf. initium cap. 3. pag. 933.

ſagacibus viris, fucum factum fuiſſe. Non quidem ignoro, Aëtium Amidenum, Paulum Aeginetam, et poſt eos Arabes omnes, Glycamque, quem mox memorabimus, hunc librum, tamquam genuinum Galeni, citaviſſe. Attamen, quo tempore ſcripſerit Galenus eum librum, non video. Si a Galeno ſcriptus eſt, eum is auctor ſcripſit Severo atque Caracalla imperantibus, annum vitae minimum ſeptuageſimum agens. Sed ſtilus juvenem redolet, a ſenili gravitate plane alienus. Multa praeterea ipſi libro inſunt, a Galeni indole abhorrentia: citationes parcae, quum in aliis libris ubique et ſe laudet, et alios tum laudet, tum culpet. Neque adeo librorum de antidotis meminit, imo potius iis contradicit, quae aliis in libris dixerat. Hinc etiam Hieronymi Mercurialis de hoc libro judicium, quod in Juntinis operum Galeni editionibus plerisque legitur, quoque eum Galeno vindicare ſtudet, eum ab hoc auctore, juvene adhuc, eſſe ſcriptum contendens, veritati minus reſpondere exiſtimandum eſt. Non ſane juvenis vocandus eſt, qui Marcum Antoninum imperatorem noverit, annum aetatis XXXIV. aut XXXIX. jam ſupergreſſus, atque deinde ſub Severo ejusque filio theriacam in uſum imperatorum compoſuerit.

Poſtquam perſpeximus, Galenum vitam usque ad Severi tempora protraxiſſe, de morte Galeni, cujus tempus hactenus nondum ſatis exploratum eſt, quaedam proferenda ſunt. In his tamen non eſt mihi animus refellendi inſulſitatem eorum, qui medicorum iſti coryphaeo vitam ad-

tribuunt, fine ulla valetudine adverfa ad annum aetatis CXL. protractam. Ex quo vulgare forfitan illud adagium enatum est, ut Galenica valetudo diceretur pro ea, quae ultra quam folenne eft, profpera fit atque inoffenfa. Neque eos confutabo, qui eum volunt fermonem cum Maria Magdalena familiariter contuliffe. Michael fane Glycas, qui anno Chrifti circiter MCL. fcribebat annales fuos ab orbe condito ad annum Chrifti MCXVIII. parte tertia pag. 231. edit. graeco-latinae, quae Parifiis prodiit, refert, famam effe apud multos, quod medicus ille, Galenus, in Magdalenam inciderit et audiverit ex ea, Chriftum quendam a nativitate caecum fanaffe: cui Galenus refponderit, neceffe fuiffe, ut Chriftus terrae metalla bene cognita habuerit, alioquin vifum caeco reftituere non potuiffe. Verum ejusmodi rumorem fabularum in ordinem referemus. Nam fieri prorfus nequit, ut ipforum de fententia Galenus cum Magdalena fit collocutus, qui Marci imperatoris in eis meminerit, quae ad Pifonem perfcripfit, itemque Commodi mentionem fecerit in primo de moribus libro. Nam inter aetatem D. N. I. C. et imperium Commodi propemodum anni CL. intercedunt. Imo ferme CC. aut etiam plures, fi ad Severi, adeoque et Caracallae, poft patris obitum, imperium cum quibusdam revocare volueris. Anonymus auctor libri de vita et moribus philofophorum, annon is fuit Gualtherus Burlaeus, Anglus, Joannis Dunfii cum Guilelmo Ochamo fedulus auditor, deinde impugnator acerrimus, et nominalis philofophiae bonus adfer-

tor: qui prius Oxonii, poſt Pariſiis ad annum MCCCXXXVII. theologiae doctor? ut poſt Lelandum aliosque Baleus et Pitſeus, opere ſuo de illuſtribus Britanniae majoris ſcriptoribus, referunt: quibus noſtra aetate ſubſcripſit Joannes Gerardus Voſſius, libro de hiſtoricis latinis; is, inquam, auctor, opuſculo illo laudato, (unde, ſed hallucinando, Guido de Cauliaco celebrium ſuorum de chirurgia ſcriptorum ſtatim initio notat, Galenum anno aetatis LXXX. diem extremum cluſiſſe:) quod plane ſine ulla exceptione, inſignis, ſi quis umquam fuit, nulliusque pudoris plagiarius, Antonius a Sala, Mombellenſis Jurisconſultus, Caſali in Italia, apud Bernardum Groſſum, impreſſorem ducalem, anno MDCCCIII. in 4. ut vocant, tamquam ingenii ſui vigiliarumque partem publicavit dicavitque Vincentio Guerrerio, Montisbelli comiti. Porro, anonymus, ſeu Burlaeus ille, poſtquam de ſecundo philoſopho, (in quo definit plagiarii noſtri codex,) Apollonio Chalcidenſi, Baſilide Scythopolitano, ac Tauro Berytio egit, Galienum (ſic enim ſcribit, ex vulgi, ni fallor, quocum verſatus fuerat, Gallorum loquendi conſuetudine, quod non Galen, ſed Galien pronunciare ſolet,) celebrem toto orbe medicum, apud Pergamum Aſiae natum, Hippocratis ſtudioſiſſimum interpretem, vixiſſe docet annos LXXXVII, cum librorum multorum, praeſertim medicinalium, conſcriptioni inſudaſſet. Hic autem annorum numerus, non quidem, ut vult Guido Cauliacus, octogeſimus tantum, praeſcribitur in codice MS. locupletiſſimae bibliothecae Alexandri

Petavii, exarato in membranis, anno Chriſti MCCCCLII. ut in fine adſcriptum eſt; ex quo vel ſolo, etiamſi cetera deeſſent plagii indicia, manifeſte patent. Eumdem quoque numerum LXXXVII. annorum praeſert vetus ejusdem libri editio, in primis fere typographiae incunabulis, Lutetiae, et id in monte D. Hilarii, in aedibus Rudulfi Laliſeau ſuſcepta, Euſtachio incognita. Unde patet, Guidonem non ſomniaſſe, quod ſcripſit: et librum de vita et moribus philoſophorum, (fac, ut plebeius ſit atque vulgaris,) ante Euſtachium alicubi adparuiſſe. Mortuus ergo fuerit Galenus, ex hujus racematoris philologi ſententia, ſi ſubductas ſupra a nobis de ejus anno natali rationes amplecti velimus, anno ſalutis reſtauratae CCXVII. quo Antoninus Caracalla, Severi imperat. filius ac ſucceſſor, die IV. Aprilis, inter Edeſſam et Charras, a Martiale centurione interfectus eſt. Quod ſi verum ſit, non aberravit Joannes Tzetzes [v]), qui in chiliadibus ſuis prodidit, Galenum adhuc ſub Caracalla vixiſſe. Verum mihi longe probabilius viſum eſt ſemper, quod anonymus alter, a Suida in dictionarium ſuum relatus, adfirmat, Galenum annos demum LXX. vixiſſe, ἐβίω ἔτη ό. proinde obiiſſe poſtremo ſaeculi tertii poſt Chriſtum natum anno, a morte Lucii Veri uno ſupra triceſimum. Parcior enim foret, multoque, quam par ſit, adſtrictior, quisquis breviorem in gyrum Galeni annos revocare vellet, eumque anno Chriſti CXCIII. quo Per-

---

v) Tzetzes chiliad. XII. hiſtor. 397.

tinax occifus eft: fatendum enim eft, eum per fex aut feptem annos fub Severo, a quo in aulam revocatus dicitur, floruiffe.

Fabularum ceterum Galeni hiftoria pleniffima eft. Ei enim viro, quem fequebantur medici, poft ejus aetatem viventes, inprimis Arabes et Arabiftae, quemque Dei inftar fufpiciebant Chriftiniorum fectae, in quam vehementer in operibus fuis invectus eft w), favere videretur, in quem errorem, praeter alios multos, incidit Renatus Charterius x), qui Galenum in Judaeam profectum effe adferit, ut Chrifti miracula exactius cognofceret perfpiceretque. Alii Galenum in Hifpania natum effe adfirmarunt, Serenique nomen in Galeni nomen mutatum y), quod utrumque falfum eft. Multa alia, plane efficta, Arabes de eo re-

---

w) Acerrimus eft Galenus contra Chriftianos et Judaeos eisque fuccenfet, quod legibus nulla earum demonftratione facta obtemperant. Sic libr. II. de different. pulfuum cap. 4. pag. 43. tom. VIII dicit: *Κάλλιον δ' ἂν ἦν πολλῷ προσθεῖναί τινα εἰ καὶ μὴ βεβαίαν ἀπόδειξιν, παραμυθίαν γ' οὖν ἱκανὴν τῷ λόγῳ περὶ τῶν ὀκτὼ ποιοτήτων, ἵνα μή τις εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ὡς εἰς Μωϋσοῦ καὶ Χριστοῦ διατριβὴν ἀφιγμένος νόμων ἀναποδείκτων ἀκούῃ, καὶ ταῦτα ἐν οἷς ἥκιστα χρή.* Libro vero de different. pulfuum II. cap. 3. pag. 68. tom. VIII. haec dicit: *Θᾶττον ἄν τις τὰς ἀπὸ Μωϋσοῦ καὶ Χριςοῦ μεταδιδάξειεν, ἢ τοὺς ταῖς αἱρέσεσι προςτετηκότας ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους.*

x) Ren. Charterius in vita Galeni cap. 43. pag. 97. in Oper. Hippocr. et Galeni tom. I. Retulit haec ex Mundino et Schedelio nimis credulus Charterius.

y) Vid. Nicolaus Antonius in bibliothec. veteris Hifpaniae libr. I. cap. 20. ubi de Claudio, Galeni praenomine.

tulere, praesertim Gregorius Abul-Phurajus in hist. dynast. pag. 77. conf. Assemanni bibl. oriental. Clementin. Vatican. tom. II. pag. 315. Neque mirum est, Arabes de eo viro, a quo universa eorum medicina processerat, permulta esse fabulatos, mira et inaudita alias. Galeni effigies ex vetustissimo codice Dioscoridis, qui exstat in bibliotheca Vindobonensi, post Lambecium, II. pag. 551. Nesselium, ac Bellorium dat Jac. Gronovius, tom. III. antiq. graecar. lit. k. k. k. k. Alia effigies, quam repetiit Charterius, est in iconibus Sambuci nr. 19. Galeni effigiem hoc elogio ornavit Magnus medicus (vid. Antholog. Graec. lib. IV. pag. 485. Cl. Osterhausen in histor. sectae medicor. pneumaticor. sect. I. §. 4.)

Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνὲ,
Δείκνυτο μὲν θνητοὺς, ἔτρεφε δ᾽ ἀθανάτους.
Χήρευσαν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
Σῇ παιηονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

Id vero in vita Galeni non omittendum est, eum plura itinera, eaque paene omnia rei medicinalis exactius cognoscendae caussa, instituisse. Asiae partem magnam peragravit. In Cyprum navigavit, videndorum, quae in ea insula sunt, metallorum caussa: in Coelesyriam, Palaestinae partem, profectus est, bituminis, et aliorum inspiciendorum caussa: in Lemnum insulam enavigavit, ut cognosceret, num sanguis hircinus terrae isti admisceretur, quae, impresso ei sacro Dianae signo, Lemniae terrae nomine divendebatur. Quum enim iterum ex Asia Romam peteret, pedestre iter fecit per Thraciam, Macedoniam et a

Troade Alexandria in Lemnum adnavigavit, nactus illic navem, quae ad Theſſalonicam curſum dirigebat. Adpulit quidem ad inſulam, verum finem ſibi propoſitum non conſequutus eſt, nauclerus enim ad eam partem inſulae, quae vocatur Hephaeſtias et in qua ejus terrae copia eſt, non adpulit, ſed ad contrariam: hinc quum Roma in Aſiam rediret, eum demum finem conſequutus eſt. Nam poſtquam ex Italia in Macedoniam trajecerat, eamque paene totam pedeſtri itinere pertransierat, Philipposque pervenerat, quae urbs eſt finitima Thraciae, ad mare deſcendit, quod proximum aberat CXX. ſtadiis: primumque Thaſon petiit, atque illinc Lemnum, ex qua inſula Alexandriam Troada trajecit, eoque itinere ea loca adiit, ipſeque perſcrutatus eſt, ex quibus Lemnia terra petebatur [z]). Gagatis etiam lapidis in ſolo, quo reperitur, videndi et explorandi cauſſa totius Lyciae littora parva navicula circumnavigavit, Gagatis fluvii, in cujus littoribus is lapis reperiri dicebatur, videndi cauſſa: lapides vero, Gagatem referentes, cruſtaceos, nigros et qui in ignem conjecti exilem flammam ederent, complures ex Coeleſyria aſportavit, natos in colle, mortuum mare circumdante, ubi et bitumen reperit [a]). Peragraſſe eum Aſiae regiones quamplurimas, locus

z) Galen. libr. IX. de ſimplic. medicam. facult. cap. 1. nr. 2. pag. 247. tom. XIII.

a) Gal. libr. IX. de ſimplic. medicam. facult. cap. 2. nr. 10. pag. 257. tom. XIII. Ut opobalſamum ſtillare videret, Palaeſtinam adiit. conf. de antidotis lib. I. cap. 4.

imprimis docet in commentariis in Hippocratis de diaeta in acutis b), ubi dicit: *ἐγὼ γοῦν καὶ κατὰ τὴν Κιλικίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Παλαιστίνην, καὶ Σκῦρον, καὶ Κρήτην εὗρον οἴνους τοιούτους. ἀλλ' ὅμως οἷον εἴρηκα, καὶ κατὰ πάντα τὰ χωρία τεθέαμαι, καὶ τό γε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ κατ' Αἴγυπτον.* Italiae etiam partes plures peragravit. In Campania se fuisse testatur in opere de sanitate tuenda c).

II. Ut autem accuratius intelligatur, quaenam Galenus, quem ipsi posteriores inter Graecos medici vehementer coluerunt, quemque Arabes et Arabistae omnes presso pede sequuti sunt, cujus etiam post restauratas litteras inter medicos fuit ea et admiratio, et veneratio, ut systematis, quod in medicinali scientia condidit, partem non exiguam medicina nostrorum etiam temporum receperit, permultasque medicinales doctrinas eodem modo adhuc proponat, quo ab ipso, primo earum auctore, proponebantur, quem *θαυμάσιον καὶ πολυμαθέστατον ἄνδρα* d) antiquitas dixit, alii *θειότατον* adpellare eumque adeo adorare non erubuerunt: ut, inquam, intelligatur, quid Galenus ad medicinam amplificandam contulerit, primum dispiciendum est, quae-

---

b) Gal. Comment. III. in Hippocr. de victu acutor. text. 8. pag. 85. tom. XI.

c) Gal. de sanitate tuenda libr. VI. cap. 11. pag. 180. tom. VI.

d) Simplic. IV. physic. conf. Alexander Trallianus.

nam medicinae facies ratioque fuerit iis temporibus, quibus Galenus scriptis permultis libris ei scientiae aliam formam dabat, deinde quaenam systematis medicinalis, quod tradidit perfectius limatiusque antiquioribus omnibus, ab eo conditi, ratio fuerit.

III. Medicina, quam Hippocrates Cous a sapientiae studio primus absciderat e), et practica, et imprimis theoretica, a philosophorum placitis intemerata post Hippocratem non diu mansit. Hinc nati sunt medici dogmatici, qui rationem omnium in medicina dare volebant, ex elementorum qualitate ad corpus humanum et in sano et in aegro statu adplicata: nati sunt medici methodici, qui, Epicuri systemate philosophico in medicinam illato, auctore Asclepiade, Themisone atque Thessalo, communia in morbis intuentes eorum duo summa genera esse statuerunt, alterum adstrictum, alterum fluens, tertiumque ex utroque compositum, ac morborum omnium, uti et sanitatis rationem in difficili facilive molicularum per poros transitu fluxuque posuerunt. Nata erat centum circiter ante Galenum annis, Nerone aut Vespasiano Romanis imperantibus, auctoribus Athenaeo, Theodoro, Agathino, Archigene, Herodoto, Magno et Leonide, secta medicorum pneumaticorum, quae in prospera et adversa valetudine omnia a spiritu Stoicorum philosophorum, cuncta penetrante, deducebat, et

e) Celsus in praef. ad libr. I. de re med. pag. 3. edit. Krauf.

contemplativam medicinam ſingulari modo, per definitiones atque diviſiones ſubtiliſſimas tractabat. Erant praeterea in Graecia, Italia, aliisque terris, Romanorum, quod tunc latiſſime patebat, imperio ſubditis, aliae medicorum ſcholae, hunc vel illum antiquiorem auctorem maxime ſequentium. Sic Romae atque Alexandriae Galeni temporibus exſtabant ſcholae medicorum Herophileorum, Eraſiſtrateorum. Diſceptatio vero iſta medicorum dogmaticorum, eorumque de abditis morborum, quas ſtatuebant, cauſſis, diverſae ſententiae effecere, ut mox in curandis morbis non de morborum originibus, ſed de medicinis, ad eos curandos idoneis, medici fierent ſolliciti. Hinc, multiplicata etiam poſt Alexandri Magni tempora medicamentorum ad morbos curandos copia, auctore Philino Coo, qui primus medicinam a rationali diſciplina abſcidit, occaſione ab Herophilo, praeceptore ſuo, accepta, empiricorum medicina nata eſt, ſectae nobiliſſimae, quae Heraclide praeſertim Tarentino auctore effecerit, ne omnis medicina in vanas aut ſaltim parum utiles contemplationes abiret, utque in morbis minus ad abditas eorum cauſſas, quae ſemper ambiguae atque incertae ſunt, magis ad cauſſas eorum manifeſtas et ſenſuum ope percipiendas et ad medicinas iis depellendis efficaces reſpiceretur.

Galeni temporibus ſectarum ſtudium inter medicos tantum erat, ut inter medicos non eſſent niſi ſectae ſuae, aut dogmaticorum, aut methodicorum, aut pneumaticorum, aut empi-

ricorum addicti, aut Erafiſtratum, Herophilum, aut quemcunque alium auctorem ſequentes. Neque eorum, qui, Agathino auctore, condita ſecta epiſynthetica ſive eclectica, optima quaeque quarumcunque ſectarum placita in ſyſtematis cohaerentis formam redigere volebant, fortuna magna fuit.

Omnes vero hae ſectae medicorum a priſcis ſuis inſtitutis vehementer deſciverant, ut, veri neglecto amore, actique ſectarum ipſarum ſtudio, extrema quaeque tueamur. Dogmatici, qui poſt eorum ſectam, ducibus medicis Hippocrateis, exortam, manifeſtas morborum cauſſas in eorum curatione inſtituenda non neglexerant, miſſis his, abditis tantum inhaerebant, prouti eas ratiocinium ſuppeditabat: hinc pleni eorum libri fiebant definitionum, diſtinctionum, explicationum, ſubtilitatum: idem ſubtilitatis et in definiendo et diſtinguendo ſtudium, quo pneumatici medici, Stoicorum philoſophia ducti, inclaruerunt, effecit, ut ne Galenus quidem, etſi ſenex ac magno ingenio praeditus, ac in lectione librorum ejus ſectae diligenter verſatus, libros omnes ab Archigene ſcriptos poſſet intelligere f). Methodicorum ſecta, Theſſalo Tralliano auctore, alios medicos omnes vituperans et ſola ſibi ſapere viſa, communitatibus ſuis ſeſe continebat, medicinaliſque ſcientiae ſuppellectilem tam curtam efficiebat, ut idem, quem dixi, Theſſalus, ſe quemque ſex menſium ſpatio medicum effecturum, profiteri haud dubitaret. Em-

f) Galen. de loc. adfect. libr. II. cap. 9.

pirici etiam a prisco suo instituto, eoque nobilissimo, deflexerant: rati enim, medicamenta morborum caussa existere, his, non vero morbis, studebant.

Multa tamen etiam incrementa medicinam cepisse temporibus, quibus Galenus animum ad eam applicuit, non negandum est. Anatome, Aristotele atque Herophilo auctoribus primum nata, regum Ptolemaeorum studio vehementer adjuta, Alexandriae maxime floruit, mox auctoribus Marino, Rufo Ephesio, Quinto, Lyco, Satyro, Numisiano subtilius culta est. Pathologiam, ratiociniis medicorum dogmaticorum maxime auctam, dilatarunt novi permulti morbi, ex Africa in Italiam relati: medicinalem vero materiam et mercatura, quae Romanis cum aliis gentibus his temporibus copiosa erat, et empiricorum studium, quod maximum erat in medicamentorum natura exquirenda. Contulit etiam ad venenorum et antidotorum post Nicandri et Mithridatis tempora naturam exquirendam ingenium Romanorum, ad veneficia caedesque veneno factas proclive. Medicorum his temporibus studia diversa erant inter caussarum latentium indagationem et medicamentorum compositiones excogitandas, parcumque erat, quod medicina, homini utilis futura, inde acciperet emolumentum. Rixis et contentionibus partim inter sectas, partim inter medicos, uni sectae addictos, inprimis dogmaticos, caussa multiplex ansam dabat, verum haec non ad medicinam utiliorem certioremque reddendam, sed potius ad distin-

ctionum, divisionum, hypothesium copiam augendam et ad rigorem quendam contulerunt, quem singulae sectae servabant, quique vix permittebat, ut, quae utilia aliae, collecta ad unam redirent g).

IV. Galenus, Hippocratem se sequi in omnibus, quae ad medicinam pertineant, adfirmans, hinc nulli sectae addictus videri volens, etsi dogmatici medici speciem in omnibus libris prae se ferebat, enisus id maxime est, ut singulas medicinae disciplinas exactius digereret, absurda, a sectarum studio profecta, rejiceret, vera quae ipsi viderentur et probata in systematis formam redigeret, dictisque his a prioribus medicis sua cogitata, sua inventa adderet. Quod non solum in singulis medicinae disciplinis effecit, sed etiam ex singulis systemate medicinae composito, omnium, quae aetas ante eum tulerat, temporaque post eum latura, perfectissimo, plenissimo, cohaerentissimo.

Anatomen, scriptis libris novem plenioribus, postquam priores interciderant, de anatomicis administrationibus, librisque aliis permultis de ossibus, musculis, venis, arteriis, nervis, utero, vocalibus instrumentis, cet., quos infra curatius enarrabo, studio maximo excoluit, usumque, quem partes singulae corporis humani habeant, primus exacte docuit, scriptis XVII. de usu partium libris, ad optimos, quos Gale-

---

g) Vid. meas institutiones historiae medicinae cap. XX. §. 275.

nus reliquit, referendis, in quibus et primus omnium phyſiologiae corporis humani ſyſtema condidit, creatorisque ſummi admirandum demonſtravit artificium, quo hominis partes ſingulas concinnavit. Etſi quidem Veſalio, aliisque anatomicis et priorum, et noſtrorum temporum, recte monentibus, homines non incidit [h]), verum potius, quod ex innumeris ejus locis patet, de animalibus tantum loquitur, ſimiis praeſertim, quas inciderit, quarumque partes humanis proxime accedant, ac humani corporis internas partes non vidit, niſi oſſium compagem, quam in humano ſceleto medici demonſtrabant, qui Alexandriae medicinam docebant, aut viſcera, quae ſubinde in gladiatoribus aut barbaris militibus vulneratis nuda deprehenderentur, in animalibus tamen, potiſſimum in ſimiis, ſectiones et copioſiſſimas et non raro artificioſiſſimas inſtituit. Suas inciſiones, Romae factas, paſſim citat, et teſtes Eudemum Peripateticum, Alexandrum Damaſcenum, conſulem Boethum, alios permultos. In brutorum diſſectionibus non modice verſatus fuit, et potiſſimum difficillima in vivis animalibus experimenta ſuscepit, quae ne noſtro quidem aevo facilia forent, ut nervorum ſubtiles ſectiones, qui muſculos intercoſtales adeunt [i]). Multa etiam invenit rectiusque dixit, praeſertim in nervorum enumeratione, ac in de-

---

h) Haller in biblioth. anatomic. libr. I. §. 59. tom. I. pag. 83.

i) Haller ibid. pag. 83.

ſcriptione curſus, quem ſervant, ubi quoque ne ſubtiliſſimos quidem nervos ab eo praetermiſſos eſſe deprehendas: verum tamen paſſim, ubi plurima luce eſſet opus, prolixo ſermone atque aliqua nebula ſe involvit, et veterum monumenta cum ſuis ita miſcuit, ut et quae ipſius ſint, quae aliorum, quae hominis ſint monumenta, quae beſtiae, non diſtinguas. Eadem etiam in aliis libris aliter tradit, quod inde pendet, quoniam, quae ſenex ſcribebat, politiora erant, atque ex iteratiore obſervatione ac experimento petita, neque tamen, propriae laudis vehementer ſtudioſus, quae juvenis ſcripſerat, his volebat confutare.

Nullam aliam medicinae partem, medicis ſuo aevo notam, intactam reliquit. Botanices etſi minus ſtudioſus, aliquanto pauciores plantas, quam Dioscorides, recenſuit, plura tamen et animalia habet, et mineras numeroſiores. In reliqua materia medica, inque mineris miſy et terra Lemnia recte cognoſcendis proprium laborem poſuit, rariora quaeque, ad medicinalem materiam pertinentia, collegit, et ingenti mercede conduxit, a quibus medicamentorum rectam praeparationem acciperet.

Pharmaciae fuit peritiſſimus, et ipſe medicamenta ſollicita cura ſua manu praeparavit, ſaepe etiam ruri et per inopiam receptorum medicamentorum nova et ſimpliciora compoſuit. Porro medicamentorum componendorum artem, ut videtur, exquiſite didicit. Chemiam, nondum inventam, utique ignoravit, ſenſit tamen, ſibi deeſſe.

Felici morborum curatione diagnofique exacta ac praefagio futurorum eventuum maximam Romae gloriam confecutus eft, talemque, ut prae omnibus aliis medicis graecis, Romae fuo tempore degentibus, maximi haberetur [k]). Sequutus eft, quem et dogmatici et empirici ne-

---

k) Conf. inprimis Galeni librum de praenotione ad Epigenem, in quo mira permulta de eventu praenotionum, a fe factarum, enarrat. Exftat is liber in tom. VIII. edit. Parif. p. 829. Vid. etiam Galen. de crifib. libr. I. cap. 20. p. 406. tom. VIII. de different. febr. libr. I. cap. 7. p. 114. tom. VII. In praefagiis formandis ne per totam fuam vitam unquam offendiffe, per ipfos Deos teftatur in comment. III. in Hippocr. libr. I. de morb. vulgarib. text. 17. pag. 97. tom. IX. Multos exiftimaffe, fe numine quodam afflatum futura in morbis praedicere, refert in commentar. III. in prognoft. Hippocr. text. 37. pag. 685. tom. VIII. conf. de different. febr. libr. II. cap. 7. pag. 133. tom. VII. de fimplic. medicament. facultat. libr. X. cap. 2. nr. 6. p. 279. tom. XIII. de loc. adfect. libr. V. cap. 7. 8. pag. 495 fq. tom. VII. quibus capitibus permulta de felicitate, qua in praefagiis ufus fit, refert. Vid. etiam de fanitate tuenda libr. I cap. 8. pag. 54. tom. VI. De fama, quam in morborum curationibus confecutus eft, vid. de loc. adfect. libr. IV. cap. 2. pag. 454. tom. VII. ubi refert, ex Iberia etiam, Celtica, Afia, Thracia, aliisque regionibus per epiftolas aegrotantes oculorum fuffufione ab eo medicamenta petiiffe. Qua ratione vero in medicinalis fcientiae ftudio ufus fit, perfpicitur ex methodi medendi libr. VII. cap. 4. p. 157. tom. X. de compofit. medicamentor. per genera libr. III. cap. 2. pag. 717 fq. tom. XIII. de fuccorum bonitate et vitio cap. 5. pag. 428. tom. VI. Sanata a gravi morbo conjuge Boethi confulis is quadringentos aureos ad eum mifit, auxitque medicorum invidiam, quod is laudibus eum extolleret. Quin etiam ipfe Boethus, quemadmodum et Severus, opera a fe gefta haud detrectabat indicare Marco Aurelio Antonino, Romae urbis imperatori. vid. Galen. de praenot. ad Epigenem cap. 8. p. 484. tom. VIII.

glexerant in ea medicinalis artificii parte, Hippocratem in morborum adnotatione, neque tamen in morborum hiſtoriis, quas ſcripſit, adeo ſolers fuit curansque etiam minutiſſimorum, quam Hippocrates; deceptus ſine dubio abditarum cauſſarum, quas adfectabat, ſtudio, animoque ejus per id inter ſedulam obſervationem atque de altiore origine et indole morbi ratiocinia diviſo. Multas ſanationum hiſtorias a ſe peractarum ipſe enarravit, probantes, eum maxima felicitate in artis exercitio eſſe uſum. Marcum Antoninum, ex eſu caſei febricitantem, unguento nardino, vino et pipere ſanavit. Commodum, deriſa a matre medicorum methodicorum diatrito, narium haemorrhagiam paſſurum praevidit et ſanavit. Boethi, conſulis, uxorem, fluxu muliebri laborantem, nihil proficientibus celeberrimis medicis, purgando reſtituit. Eudemum, philoſophum, quartana multiplici media hieme liberavit, praedixitque accurate, quo tempore quaeque conjunctarum febrium eum eſſet relictura. Pulſum ſubtiliter tetigit et per plurimas diviſiones diſtinxit, eoque etiam et aliis ſignis medicis adeo perite ſe uſum fuiſſe ſibi teſtis eſt, ut potiſſimum ex agnoſcendis morbis eorumque eventibus praedicendis inclaruerit. Ita nobilis feminae amorem detexit, quae Pyladem, ſaltatorem, deperibat, et ſervum, ob criminis detecti metum melancholicum, et Boethi conſulis filiam, clam vetitos cibos vorantem, culpae redarguit, unde ei febris nocturna accedebat. Pulſum etiam intermittentem nonnullis naturalem eſſe ſenſit. In

se ipso, quum floccos carperet, phrenitidem imminere sensit et de periculo medicos monuit, jecur sibi adfectum esse continuo agnovit, quum alii medici vitium in pulmone quaererent[l]).

In chirurgia etiam fuit versatus, tamen post gladiatorum curam, quam Pergami gesserat, postquam Romae sedem sibi fixerat, curationes, quae manu fiunt, ut plurimum chirurgis reliquit. Mitem curationem amavit, hinc masculam chirurgiam neglexisse videtur. Operationes tamen, quas vocant, chirurgicas instituit, sternum perforavit, ad materiam, sub eo collectam, educendam, ac de curationibus vulnerum, ulcerumque, nec non de ossium fractorum curatione atque de deligatione vinculisque plura eaque utilissima tradidit. Ipse multos morbos chirurgici generis tulit. Illicionibus ulcus femoris in seipso sanavit, cum jam videretur incidendi esse necessitas. Acromium sibi elapsum et agnovit, et male curantem aliptam correxit, et se ipse restituit. Quum peste laboraret, scarificato crure se servavit. Jugulum sibi incurvatum sensit, et ad humerum adductum, cum maximo frigoris sensu, et convulsionis motu in cervicis musculis[m]).

V. Maxime autem inclaruit condito a se systemate scientiae medicinalis novo, plenissimo, quod medici omnium gentium per mille et quod

---

l) Haller bibliothec. medic. practic. libr. I. §. 81. tom. I. pag. 229 sq.

m) Haller bibliothec. chirurg. libr. I. §. 39. tom. I. pag. 85 sq.

excurrit annos unice ſequuti ſunt. Finis autem in eo ſyſtemate condendo ei praecipuus is erat, ut ad obſervationis ſtudium, quo Hippocrates maxime inclaruerat, medicos reduceret, ut eos doceret, plurimi intereſſe in morborum curationibus medico, ut eos recte cognoſceret, ſimul vero medicinam rationalem efficeret, ſive eam, quae ſingulorum eventuum, et in ſano et in aegro corpore, rationem rectam et ſubtilem etiam redderet. Hinc etſi dogmaticorum partes ſequebatur, maxime in ratione de omnibus rebus medicinalibus reddenda, tamen Hippocraticus medicus dici maxime amabat, Hippocratem a ſe primum inter omnes medicos recte eſſe, intellectum atque explicatum gloriabatur. Ejus vero libros medicinales permultos maximo ſtudio commentariis illuſtravit, quorum pars longe maxima ad nos pervenit. Hinc etſi a partibus dogmaticorum erat, non tamen dogmaticus, verum potius Hippocraticus medicus et eclecticus dici maluit.

Elementa et univerſae naturae, et ſingulis corporibus eſſe ſtatuit cum dogmaticis antiquis, Empedoclem ſequentibus, ignem, aquam, aërem, terram: igni vero eſſe qualitatem calidam, aëri frigidam, aquae humidam, terrae ſiccam. Eas vero qualitates puras in corpore non exiſtere, ſed pro mixtura elementorum in partibus compoſitionem qualitatum naſci, quae temperamentum, *τὴν κρᾶσιν*, conſtituat. Hinc evenire, ut in particula alia alia ſit calidior, frigidior, humidior, ſiccior, aut ut binae qualitates componantur, calidum et ſiccum, calidum et humidum, frigi-

dum et ſiccum, frigidum et humidum. Inde compoſitiones naſci tot, quot per quatuor has qualitates poſſibiles ſint, totidemque temperamenta.

Eſſe vero in animali corpore etiam quatuor humores, ſanguinem, pituitam, bilem flavam et atram. Sanguinem materiam generationis et nutritionis humano corpori ſuppeditare: reliquos tres humores naturales quidem eſſe corpori humano, attamen excrementitios. His humoribus certas ſuas qualitates eſſe, pro elementi, ex quo maxime compoſiti ſint, abundantia, ſanguini calidam et humidam, pituitae frigidam et humidam, bili flavae calidam et ſiccam, bili atrae frigidam et ſiccam. Movens in corpore animali principium ſpiritus eſſe ſtatuit, eorumque materiam in aëre contineri. Spiritus in naturales, animales et vitales diviſit. Naturales ex ſanguine elevari ac in hepate maxime contineri docuit; vitales in corde, ex quo vitae caloriſque principium per corpus diffundatur, animales in cerebro, ex quo motus et ſenſus principia procedant. Hinc triplex quoque genus actionum in corpore humano ſtatuit, naturalium, vitalium, animalium.

In ſanitatis ſtatu elementorum et qualitatum, quibus gaudeant, mediam temperaturam adeſſe, *εὐκϱασίαν* vocavit, et debitam convenientiam, *συμμετϱίαν* ipſi dictam. Ut itaque ſanitate proſpera fruamur, opus eſſe, ut partes ſimilares debita calidi, frigidi, humidi, ſicci temperie ſint dotatae: compoſita vero ex his ſi-

milaribus partibus organa debitum ſitum, magnitudinem, figuram, numerum habeant. Hominem, his gaudentem, optimo habitu, εὐεξίαν dixit, eſſe praeditum, quem in ſimplicem et athleticum, in quo carnis juſto major copia adſit, diviſit.

Corpus ſemper adfici dixit, in quocunque ſtatu exiſtat: hinc adfectus (πάθος) et in ſano et in aegro corporis ſtatu exiſtere docuit. Morbum dixit adfectum contra naturam, in quo functio ſeu actio laedatur. In morbis vero ſemper ad haec reſpiciendum eſſe: 1) ad functionem vitiatam; 2) ad id, quod hunc adfectum peperit; 3) ad cauſſas, quae ipſum adfectum praecedant; 4) ad ſymptomata, quae adfectum neceſſario ſequantur. Morborum genera ſumma duo poſuit, alia in ſimilaribus partibus, alia in inſtrumentalibus. Similarium partium morbi ratio Galeno in ipſarum intemperie (δυςκρασία) erat, eaque intemperies ipſi erat duplex, aut cum materia, aut ſine illa. Sine materia ſimilarium partium morbi erant, ſi pars calidi, frigidi, ſicci, humidi exceſſu defectuve laboraret. Cum materia morbi harum partium erant, ſi humor quidam ejusdem cum intemperie naturae ſimul in parte adfecta congeſtus eſſet. Talis intemperies et ſimplex eſſe poterat, et compoſita. Simplex erat, ſi una alterave ex his quatuor qualitatibus aut excederet, aut deficeret: compoſita, ſi duae junctae ſimul eſſent, calidum et ſiccum, calidum et humidum, frigidum et ſiccum, frigidum et humidum. Morbos organicarum ſive inſtrumentalium

partium ſtatuebat 1) ratione figurae, 2) ratione numeri particularum, 3) ratione quantitatis, 4) poſiturae.

Morbi cauſſas in internas et externas diviſit. Externas occaſionalium ſive procatarcticarum nomine primus inſignivit, eosque in ſex rebus non naturalibus, quae quoque nomen ſuum ab eo acceperunt, ſitas potiſſimum eſſe exiſtimavit. Has in actionem concitare internas cauſſas docuit, quarum duplex genus ſtatuit, antecedentis morbum, ſeu προηγουμένης, et cum morbo conjunctae. Internas has cauſſas duplicem naturam habere, aut in inaequali elementorum mixtura ab eaque pendente inaequali temperie, vel etiam in exceſſu vel defectu elementorum et qualitatum, quas habere debent: aut in quatuor iſtis humoribus, quos ſupra diximus, quos triplici vitio poſſe laborare dicebat, abundantia, defectu, cacochymia. Abundantiam et defectum ad ſanguinem maxime retulit, cacochymiam ad tres reliquos humores. Eam ſic explicavit, ut ſingulis humoribus, ex ſuis elementis compoſitis, pro horum ratione qualitatem ſuam, non vero ſimplicem, ſed compoſitam, tribueret. Bilem calidam et ſiccam, atram bilem frigidam et ſiccam, pituitam frigidam et humidam, ſanguinem calidum et humidum eſſe. Cacochymiam naſci, ubi harum qualitatum in humoribus quaedam vel excedat, vel deficiat. Symptomata diviſit in tres claſſes: 1) in ſymptomata actionis laeſae; 2) in ſymptomata qualitatis vitiatae; 3) in ſymptomata excretionis vel retentionis.

In curatione morborum Galeno regula erat,

naturam convenientium ope conſervandam, contrariis vero medicinis morbos curandos eſſe. In omni morbo exſpectandum eſſe cenſebat, ut morbus abigeretur, vires vero conſervarentur. Illud per contraria, hoc per convenientia eſſe peragendum. Omnibus, quae curanda morbi indicarent, ſatisfacere diaeteticen, pharmaceuticen, chirurgicen. In diaeta Hippocratem, in quibusdam etiam Aſclepiadem ſequutus eſt. In medicamentis vero adhibendis hoc ratiocinio uſus eſt: naturalia corpora omnia ex quatuor ſuis elementis compoſita eſſe, hinc etiam quatuor qualitates, quibus diſtinguantur elementa, habere debere, calorem, ſiccitatem, frigus, humiditatem. Quum vero ſingula corpora naturalia modo diverſo fiunt compoſita, neceſſe eſſe, ut in altero haec, in altero alia qualitas emineat. Sanum itaque hominis ſtatum ſervari optime per alimenta, quae efficiant, ne id nimis incaleſcat, frigeſcat, ſiccetur, humectetur. Quumque inaequalitas quaedam in temperie ſanorum etiam locum habeat, quibus calida haec eſt, frigefacientia, quibus frigida, calefacientia, quibus humida, ſiccantia, rel. convenire, perque eam diaetam temperamentorum vitia optime corrigi. Eamdem rationem medicamentorum in morbis eſſe, frigida calidis, humida ſiccis, contrariis contraria curari. Omnium hinc medicamentorum primam qualitatem ad calidum, ſiccum, humidum, redire. Quumque ſimilarium partium et inſtrumentorum morbi per easdem qualitates, aut ſimplices, aut compoſitas, excedentes fiant, adparere, calidam

intemperiem per frigus, humidam per ficcitate inductam curari, et contra: compofitas vero adfectiones per medicamenta, quibus contrariae compofitaeque fint qualitates. Inde quia morborum genera conftituerat intemperiei fimplicis et compofitae, conftituit quoque medicamenta qualitatis fimplicis, calidae, frigidae, humidae, ficcae, et compofitae, humidae v. g. et calidae, humidae et ficcae, cet.

Virtutem vero medicamentorum per gradus divifit. Gradus fcilicet in intemperie quacunque ftatuens, gradus etiam in virtute medicamentorum primus ftabilivit a primo usque ad quartum eumque ultimum, ut medicus, ubi intemperiem ejusque gradum cognoverat, medicamenta ad eum valentia eorumque gradus eo commodius invenire poffet. Talesque gradus etiam in compofitae virtutis medicamentis effe tradidit. Haec medicamenta, qualitates mutantia, alterantia dixit. Purgantia, quorum fingula certum humorem educere putavit, alteram medicamentorum claffem conftituebant [n]).

Etfi quidem id, quod expofui, Galeni fyftema bono ordine, fimplicitate, gravitate ac perfpicuitate in quibusdam ejus partibus non carebat, multaque in eo ita propofita funt, ut noftrorum temporum medicina non habeat meliora probatioraque, iis fubftituenda; tamen, Boerhaavio jam monente, id fyftema medicinae plus

---

n) Excerpfi haec de Galeni medicinali fyftemate ex inftit. mear. hiftoriae medicinae cap. 22. §. 288 — 309.

damni quam utilitatis adtulit. Id enim habet vitii, ut, ejus virtutis, quae vitam corporis noſtri regit et actiones ejus impellit, nulla ratione habita, in eo paene omnia ex humorum δυσκρασίᾳ explicentur, atque ex eadem inaequali elementorum, quae animale corpus conſtituunt, intemperie. Medici graeci auctorem ejus ſyſtematis quidem ſequuti ſunt, minus tamen in exponendo univerſo hoc ſyſtemate inſudarunt, locos tantum ex Galeni libris aut deſcripſerunt, aut quae Galenus fuſe dixerat, in epitomen redegerunt. Excerpſerunt etiam alios, aliarum ſectarum medicos, ut ideo non ſtatuendum ſit, medicos graecos latinosque, mox poſt Galenum viventes, ejus ſyſtema penitus eſſe amplexos. Amplexi vero ſunt Arabes atque Arabiſtae, quumque per hos inprimis medicos medicina Arabum in occidentem transiret, factum eſt, ut Galeni medicina, qualis penes Arabes fuerat, in occidentem transiret, floreretque ſola, una cum Hippocratis medicina poſt renaſcentes litteras in Europa aliquantulum reſtaurata, usque ad chemicorum ſectam, auctore Theophraſto Paracelſo exortam.

VI. Librorum copioſiſſimorum, in quibus nullam medicinae partem intactam reliquit, Galenus auctor eſt. Adſuetus erat jam a pueritia, omnia, quae vel audiverat, vel legerat, vel cogitando fuerat adſequutus, in commentarios referre, quem morem etiam ad ſenectutem usque tenuit. Non tamen ſcripſiſſe ſe libros dicit, niſi rogatum ab amicis vel familiaribus, praeci-

pue longum iter ſuscipientibus, qui commentarios eorum habere cupiebant, quae ab eo acceperant, aut qui memoria retinere volebant, quae ipſe eos in ſecando, aut in curationibus morborum docuerat o). Maxime autem ad ſcribendos libros ea de cauſſa animum adpulit, quod multas ſchedas amicis aut diſcipulis dederat ſine inſcriptione, non ad editionem, ſed ut eorum, quae apud eum audierant, commentarios haberent. Talibus libellis permultis quum poſtea Galeni nomen inſcriberetur, in iisque multa eſſent discrepantia a Galeni doctrina, pars ipſorum ad Galenum delata eſt, ut eos corrigeret. Sed hi manci erant, neque ad editionem, ſed ad ingenium et uſum eorum ſcripti, qui eos deſideraverant, neque titulo inſtructi, quem tamen alii iis adſcripſerant, eos *ὑποτυπώσεις, ὑπογραφὰς, εἰσαγωγὰς, συνόψεις*, aut *ὑφηγήσεις* adpellantes. Eaque res movit Galenum, ut ipſe libros ſcriberet, doctrinae ſuae curatius atque plenius exponendae cauſſa p).

Talesque libros et ſcripſit prius, quam Pergamo Romam primum adiret, paucos tamen, et Romae, maxime poſtquam, relicta Roma, peſtis, quae in ea urbe et in univerſa Italia graſſabatur, cauſſa, et in patriam profectus, in Italiam a Marco Antonino et Lucio Vero eſſet re-

---

o) Galen. Commentar. II. in III. Hippocr. libr. de morb. popularibus pag. 230. tom. IX. conf. method. medendi libr. VII. cap. 1. p. 154. tom. X.

p) Galen. de libris propriis in praefat. p. 36. tom. I.

vocatus, ipſeque, Marco Aurelio Germanis bellum inferente, Romae remanſiſſet, quod otium omne libris ſcribendis impendit [q]). Poſtea docendo medicinam, aegrotantium curam in ſe ſuscipiendo, et libros de medicinali ſcientia et philoſophia ſcribendo tempus Romae conſumſit, magnaque pars librorum, a ſe conſcriptorum, jam in lucem prodierat, pars vero etiam in ſcriniis latebat, quum templum Pacis Romae incendio conflagraret, quod cum alias etiam aedes abſumeret, ſimul pretioſa quaeque ac rariora, quae Galenus collegerat, et librorum ab eo conſcriptorum non paucos abſumſit [r]). Hinc etſi magna copia librorum Galeni eſt, qui ad nos pervenerunt, major tamen fere periit, inprimis philoſophici argumenti, et medici etiam, quorum quosdam, quos infra memorabo, etiam reſtituit.

VII. Hos libros editores operum Galeni non eo ordine ediderunt, quo eos Galenus conſcripſit, aut conſcripſiſſe eum ſaltim credibile eſt: ſed potius eos in claſſes quasdam redegerunt, collectosque hoc modo et in ſyſtematicum, quem vocant, ordinem redactos ediderunt. Quod inſtitutum quum vehementer reprehendendum ſit ea maxime de cauſſa, quod, eo obſervato, libri a Galeno et juvene et ſene conſcripti in unam

---

q) Locus, qui id maxime probat, eſt in libro de praenotione ad Epigenem, cap. 9. pag. 845. tom. VIII. conf. Galen. de libr. propr. cap. 1. pag. 37. tom. I.

r) Galen. de antidotis lib. I. cap. 13. pag. 884. tom. XIII.

classem redacti leguntur, iique non raro prius, in quibus, in decursu aetatis scriptis, meliora atque probatiora tradidit iis, quae juvenis tradiderat, chronologicus, quem vocare ita liceat, operum Galeni ordo commodo lectorum magis inserviet, cujus ope, ut reliqua ejus commoda silentio praetermittam, lectores demum veram atque genuinam Galeni doctrinam intelligent, quam non juvenis statim literis prodidit, verum potius ab eo tempore, quo Marco Aurelio Marcomannis, Quadis ac Sarmatis bellum inferente ipse, dei nutum praeferens, contra voluntatem imperatoris, Romae remansit eoque tempore litteris et scribendis libris maxime operam dedit. Et in his etiam operibus, quae provectior jam aetate scripsit, aliter dicta reperies quaedam, quae junior, alia, quae senior scripsit. Labbeus etiam, praeter elogium Galeni chronologicum et vitam Claudii Galeni ex propriis operibus collectam, tertium opusculum promisisse visus est, chronologiam operum Galeni, saltim eorum, quae exstare noscuntur, quae scilicet primo loco, quae deinde, decursu aetatis, quae tandem in senectute conscripta fuerint. Sed illa numquam vidit lucem[s].

VIII. Hinc eodem instituto servato, quod

s) Jacobus Sylvius, Ambianus, Parisinus professor, jam anno 1539. in 8. edidit librum de ordine et ordinis ratione in legendis Hippocratis et Galeni libris. Galeni libros maxime secundum argumenta libri Galeni de arte medica digessit. Recusus est is liber in Opp. Sylvii editore Ren. Moreau.

Philippus Labbeus ſibi propoſuerat, at non fuerat exſequutus, ſingulos libros Galeni eo ordine recenſebo, quo conſcripti eſſe videntur, adjecto ordine, ad ſyſtematis medicinalis cancellos adacto, eoque, quem Jo. Alb. Fabricius in priore bibliothecae graecae editione ſervaverat, quo in ſingulis libris Galeni enarrandis litterarum numerum ſequebatur. Reſpiciam ſimul ad ea, quae Galenus in cap. 37. artis medicinae tom. II. pag. 230. et in de libris propriis libello ſcribit de ordine, quem ipſe in legendis libris ſuis obſervandum eſſe volebat. Genuinos primum dicam, deinde ſuſpectos ſpuriosque. Libros editos, quos ipſe oculis meis uſurpavi, notabo ſigno aſterisci.

IX.

Genuinis Galeni libris accenſendi ſunt:

1. *Περὶ αἱρέσεων, τοῖς εἰσαγομένοις. De ſectis, ad eos, qui introducuntur.* Exſtat in edit. princ. Ald. to. I. p. 6. in graeca Baſ. 1538. to. I. p. 10. in R. Chart. ed. opp. Hipp. et Gal. to. II. p. 286. in ſept. ed. lat. oper. Ven. ap. Junt. in iſag. ſect. 15.

Continetur in eo ſectarum dogmaticae, empiricae et methodicae enarratio, ac principiorum, quibus empirica ac methodica nititur, confutatio, eorum vero, quae dogmaticorum ſecta tuetur, laudatio. Eum librum ſcripſiſſe Galenum in uſum recens in medicina initiatorum, ipſe refert in hujus libri c. 9. ad fin. p. 298. to. II. ed. Chart. Ex ore ejus hauſerant, quae in hoc libro publicata ſunt, et literis mandaverant auditores. Galenus, poſtquam Romam ſecundum venerat, *διορθώσεως ἕνεκεν* inſcriptionem libro, qui forte ipſi adferebatur, eam adpoſuit, quam nunc habet. Nullum aliud Galeni opus in eo citatur: genuinum vero eſſe, probat teſtimonium, quod ipſe de hoc libro Galenus exhibet in praef. libri de libris propriis et c. 1. ejusd. libri p. 36. to. I.

CODD. MSTI hujus libri exſtant in bibl. D. *Marci Ven.* cod. 282. (catal. p. 136.) in *Medic.* Bandin. III. p. 52. plut. 74. et in *Vindob.* Lamb. I. p. 181.

EDITIONES. Graece is liber non prodiit. Graece et lat. in *Opuſc. var.* a Theod. Goulstono editis. Lond. 1640. 4.

VERSIONES. *Latina* mſta latet in bibl. reg. Paris. no. 1865. facta a Lud. Bellisario, med. Mutinenſi (v. Edit. lat. opp. Gal. Baſ. ap. Frob. 1549. f. ſub iſagog. libr. p. 57.) Vertit etiam Augustin. Riccius, Horat. Limanus, Nic. Rheginus ſ. de Regio de Calabria (v. Opp. Galen. lat. Papiae 1515. f. to. I. f. 6.).

E verſione LAUR. VALLAE prodiit Pariſ. ap. Henr. Steph. ſen. 1518. 4. cum Alex. Aphrod. de febrib. et Hipp. libro de nat. hum. e verſione Adr. Brentii. Ex verſione denique Jo. GUINTHERII, Andernac., prodiit c. aliis Galeni Baſ. 1529. 4. Eam, Prateoli et ſuo ſtudio emendatiorem factam, recepit Charter.

Arabica facta ab ISAACO HONANINI fil. exſtat in bibl. reg. Pariſ. no. 1043.

Hebraica, ex arabica expreſſa a R. CHANIN BEN ISAAC, latet in bibl. Vind. Lamb. ed. Kollar. to. I. p. 290.

COMMENTARII. In hunc librum ſcholia ſunt *Palladii*, quorum codex eſt in biblioth. Med. Band. III. p. 99.

Commentarius arabicus HALY BEN REDWAN eſt in bibl. Eſcor. Caſiri no. 847.

Commentarius Jo. Alexandrini fuſiſſimus in hunc librum exſtat in ed. opp. Gal. lat. Pap. 1515. f. quem doctiſſimum dicit Charter. to. II. p. 404. ſed eſt medici Arabiſtae.

2. *Πρὸς Θρασύβουλον περὶ ἀρίστης αἱρέσεως. De optima ſecta ad Thraſybulum liber.* Exſt. in ed. Ald. to. I. f. 9. in ed. Baſ. to. I. p. 16. in ed. Chart. to. II. p. 299. in ſept. Junt. ed. lat. in iſagog. f. 19.

Eſt itidem liber ab auditoribus Galeni calamo exceptus, et a Galeno hac inſcriptione donatus. Pertinet ad prima Galeni opera, cum nec ullum alium librum ſuum, nec adeo librum de ſectis ad eos, qui introducuntur, in eo citet, cui alteras curas adhibuerat belli germanici temporibus. Neque de praeſagiis ſuis et curationibus quaedam refert, etſi occaſionem habuiſſet c. 18. p. 315. to. II., quam, propriae laudis ſtudioſiſſimus et vanus in ſe ipſo gloriando, alias non omittit. Hinc ſcriptus eſt utique a Galeno, in praxi minus adhuc exercitato. Confutavit maxime hoc libro empiricam et methodicam ſectam, et quidem

iisdem argumentis, nisi omnibus, saltem permultis, quibus usus fuit in libro praecedente, quod ex exemplo c. 12. p. 308. de canis rabidi morsu, contra empiricos prolato, inprimis patet. Hinc quod hujus libri Galenus neque in libro de libris propriis, neque in libro de ordine librorum suorum ad Eugenian. *) meminit, neque in alio libro ullo, a se scripto, hunc librum profectum quidem esse a Galeno, sed non πρὸς ἔκδοσιν scriptum esse puto. Pro genuino Galeni eum habet Chart. to. II. p. 404.

CODEX mst. hujus libri est in *b. Medic.* Band. III. p. 49.

EDITIONES. *Graece* singulatim haud prodiit hic liber, neque latine. *Graece et lat.* cura THEOD. GOULSTONI editus Lond. 1640. 4.

VERSIONES. *Latina* interpr. *Junio Paulo Crasso* et quidem saepius recognita. Quartum recognita a Ricco exst. in sept. ed. Junt. Vertit etiam NIC. RHEGINUS, quae versio est in ed. opp. Gal. Pap. et DOMINICUS CASTELLUS, nec non JO. GUINTHERIUS, Andern., quam versionem, paululum, ut quidem dicit, emendatam, Ren. Chart. recepit.

3. *Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. De optima doctrina liber.* Exst. in ed. Ald. to. I. f. 4. in ed. graec. Bas. to. I. p. 6. in ed. Chart. to. II. p. 16. in sept. Junt. lat. ed. in isag. f. 30.

Scriptus est in Phavorinum **), philosophum, qui τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν dixerat, a Galeno juvene, ut videtur, non πρὸς ἔκδοσιν. Ipse enim eum libellum non memorat neque

---

*) At vid. statim initium p. 49. to. II. edit. Chart. K.

**) Damnant hanc hujus nominis scribendi rationem, praeeunte Jonsio, OLEAR. ad Philostr. de vitis soph. I. c. 8. p. 489. et REITZ. ad Luc. Demon. II. p. 380. not. 62. Nomen enim Favorini a favore derivandum esse docuerunt. K.

in libro de libris propr. neque in libr. de ord. libr. ſuor. *) Citantur in eo libri περὶ ἐπιδείξεως.

CODICES. [Nullum equidem in catalogis codd. inveni. K.]

EDITIONES. *Graec. et lat.* in *Opuſc. Gal. var. a* THEOD. GOULSTONO *recenſitis, mendisque quam plurimis repurg. et in lingu. lat. clarius puriusque quam antehac traduct.* etc. Lond. 1640. 4. p. 31—39. [E mſtis codd. Adelphi, Londin. vet. interprete et impreſſis invicem collatis graecum textum aliquanto purgatiorem exhibitum eſſe, contendit GOULST. Sed ſcatet innumeris typothetarum mendis. K.] De opt. docendi genere libell. Novae med. graec. edit. ſpecim. exhib. CA. GLO. KÜHN Lipſ. 1818. 8.

VERSIONES. *Latina* NIC. DE RHEGIO, quae eſt in ed. Oper. Gal. Papienſi (1515. f. Vol. I. p. 5.) ERASMI ROTEROD., quae eſt in Opp. Eraſmi to. I. p. 1058. et in editt. Gal. Juntinis. In ſeptima ed. in iſagog. Acceſſit haec Eraſmi interpretatio Sext. Emp. oper. Paris. 1621. f. Prodiit etiam c. Sexti Emp. Pyrrh. hypotyp. lib. III. — Galeni de opt. doc. genere liber, in quo adverſus veteres Academicos Pyrrhoniosque disputat, D. Eraſmo interpr. in edit. Steph. [Paris.

*) Quod quomodo Ackermanno excidere potuerit, haud video. Enumerat enim Galenus hunc libellum diſertis verbis inter eos, quos poſt ampliſſimum *de demonſtratione* opus, libris XV. conſtans, fuſius elaboratos edidit, c. XII. to. IV. ed. Baſ. p. 367. lin. 43. ed. Chart. to. I. p. 47. qui locus in Baſ. aliter, quam in Chart. ed. legitur. Videtur Chart. duos libros, ad Favorinum ſcriptos, in unum contraxiſſe. Verba enim ed. Baſ. περὶ ἀρίστης διδασκαλίας π. Φ: ὑπὲρ Ἐπικτήτου π. Φ. ἓν, leguntur in Chart. ed. ita, ut π. Φ. poſt διδασκαλίας omittantur, et locus vertatur: *de optima doctrina pro Epicteto adverſus Favor. liber unus.* Videtur autem mihi primo Φαβουρίνου nomen per ω ſcribendum eſſe, et dein poſt priora πρ. Φαβ. interpunctio major ponenda. Cum enim Favorinus ſcripſerit librum ad Epictetum, hunc peculiari commentario refutandum ſibi ſumſiſſe videtur Galenus. K.

1562. 8. Seorſim extat: Cl. Galeni contra Academicos et Pyrrhonios, interprete Eraſmo Roter. Antw. 1569. 4. PRATEOLI, doct. med. Par., verſionem edidit Ren. Charter. [quam exprimendam curavi. K.] JANI CORNARII extat in ed. Galen. opp. lat. Conr. Gesneri in iſag. p. 115. [TH. GOULSTON denique libr. laud. graeco textui verſionem latinam adjunxit novam eamque probabilem. K.]

4. *Περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων. De ſophismatis ſ. captionibus penes dictionem.* Extat in ed. Ald. to. IV. f. 17. in ed. Baſ. gr. to. IV. p. 32. in ed. Ren. Chart. to. II. p. 73. in VII. Juntar. latina in iſagog. f. 7.

Non citat Galenus hunc librum inter proprios; ejus tamen eſſe videtur, juvenilis autem foetus. Neque alius in eo liber citatur. Scriptus eſt maxime in Ariſtotelem.

VERSIO *lat.* HORAT. LIMANI extat in Juntinis et in CONR. GESN. edit. Emendatiorem edidit Ren. Charter.

5. *Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. Quod optimus medicus ſit quoque philoſophus.* Extat in ed. Ald. to. I. f. 5. in graec. Baſ. to. I. p. 8. in ed. Chart. to. II. p. 356. in VII. Junt. ed. in iſag. f. 6. Scriptus eſt is liber *πρὸς ἔκδοσιν*, quod Galen. notat l. de propr. libr. c. 6. p. 44. to. I. Alius Galeni liber in eo non citatur. Laudatur in eo medicina Hippocratis; hinc eum Galenus ad eos refert, quos ad explicandum Hippocratem ſcripſerit.

CODEX graecus eſt in bibl. reg. *Par.* no. 2169. in *Medic.* Band. III. p. 49. 50.

EDITIONES. *Graece* ex off. FR. MORELLI 1577. 4. et cum libro: Exhortat. ad diſc. bon. art. ſtud. Jo. POSSELII. Roſtoch. 1591. 4. *Graeco-lat.* c. verſione ERASMI Roterod. Par. 1544. 4. c. aliis Galeni libellis cura THD. GOULSTONI (v. no. 3.), et CURT. SPRENGELII: Ph. Fr. Meckelio, *cum faſces acad. obti-*

neret, gratulabundus CL. GAL. *tract. de optimo medico philoſopho gr. et lat. recudi curav. K. S.* Hal. 1788. 4. Cum Hippocratis lib. de aëre, aquis etc. et lege, interpretationi gallicae junctis, Galeni librum hunc graece edid. CORAY, additis notis graecis, Paris. 1816. 8.

VERSIONES *latinae* ſunt LUD. BELISARII, quae eſt in edd. Junt., ERASMI Roter. quae exſtat in Ej. Opp. to. I. p. 1062. ſq. Emendatiorem interpretationem RICCUS effecit. SIXTI ARCERII c. not. ejusd., in quibus textus graec. partim emendatur, partim illuſtratur, c. or. adhort. Galeni ad artes. Franeck. 1616. 4. [CHARTER. to. II. p. 405. ſuam interpretationem reliquis haud deteriorem pronuntiat. K.]

6. *Γαλήνου Περγαμηνοῦ Παραφράστου τοῦ Μηνοδότου προτρεπτικὸς λόγος ἐπὶ τὰς τέχνας. Gal. Pergam. Paraphraſtae Menodoti ſuaſoria ad artes oratio.* Vid. ed. Ald. to. I. p. 1. ed. Baſ. gr. to. I. p. 1. ed. Chart. to. II. p. 3. in VII. Junt. ed. lat. in iſag. f. 2.

Menodotus, empiricae ſectae auctor, ad artes adipiſcendas exhortationem rudi mole exſtruxerat, eamque Galenus oratoria paraphraſi adumbratam expreſſit. In athletas maxime invehitur eosque, qui in gymnaſio totam vitam degunt, artium caetera rudes. Medicinam eſſe artium optimam. JO. BAPT. MONTANUS eum librum non ad Galenum, Niconis filium, ſed ad alium Galenum, Menodoti filium, refert. Sed erravit Montanus: Galenus vero, teſte l. de libr. propr. c. 9., ſcripſit de Menodoti ad Severum libris libros XI. additque, libris aliis allatis, in commentarium Menodoti ad Severum orat. ſuaſor. ad medicinam [non *ad artes.* Poterat igitur omnino diverſa eſſe oratio ſuaſor. ad artes a Menodoti commentario, h. l. laudato. Id quod etiam adſeruit CP. HOFMANN. in REINESII ep. ad Cp. Hofmann. et Rupert. p. 90. K.]

CODICEM ſingularem haud legi ullibi exſtare.

EDITIONES. *Graece*, editore JO. POSSELIO (v. no. 5.). Quae tamen editio nil proprii continet, ad

Baſil. graecam expreſſa. *Galeni admonitio ad literas addiſcendas. Primum graece ſeparatim edid. editt. princip. inter ſe contulit, locos quam plur. emend. explicav. illuſtr. Jan. Cornarii correct. adjec. indic. locupl. addid.* Jo. Ge. Gu. Koehler. Lipſ. 1778. 8. De qua edit. vid. omnino Wyttenbach. in *Bibl. crit. Amſtel.* Vol. II. Pa. 2. p. 98. ſſ. ubi et variae conjecturae in hunc libellum proponuntur. — *Graece et lat.* Gal. paraphraſis in Menodoti exhortat. ad artes. Cum Fred. Jamotii annotation. Lutet. 1581. 4. Cum aliis Galeni in ed. Goulſtoniana [vid. no. 3.]. *Gal. adh. ad art. Cum ſua annotatione et verſ. Eraſmi edid.* Abr. Willet. L. B. 1812. 8. *Callimachi hymni et epigrammata. — His adjuncta eſt Galeni ſuaſoria ad artes.* Gr. lat. *Notas* (Callimacho) *addid. atque omn. emendate imprimenda curavit editor.* Lond. 1741. 8. 1751. 8. *Gal. ſuaſor. ad art. gr. et lat. c. ſelectior. Aeſopi Phrygis fabulis* etc. *In uſum Scot. juvent.* Edinb. 1747. 12. 1767. 12.

VERSIONES. *Latina* Lud. Bellisarii legitur in editt. Gal. Juntinis; Erasmi Roter. ſeorſim prodiit Baſil. 1526. 8. Eam Jamotius adnotationib. explicavit (vid. paullo ante). Sixti Arcerii [vid. no. 5.] et Ren. Charterii. Is enim priores verſiones ita emendavit, ut nova ejus interpretatio videri poſſit. — *Italica:* Orazione di Galeno, nella quale ſi eſſortano i giovani alla cognitione delle buone arti. Tradotta p. Lodov. Dolce. Venez. 1548. 12. Eadem verſio extat quoque in Frid. Sanſarino orazione diverſe 1561. et 1569.

7. *Πρὸς Πατρόφιλον περὶ συστάσεως ἰατρικῆς. De conſtitutione artis medicae ad Patrophilum liber.* Extat in ed. Aldin. to. I. f. 18. in ed. graec. Baſ. to. I. p. 34. in ed. Chart. to. II. p. 170. in VII. Juntar. lat. ed. in iſag. f. 35.

Galenus adhuc alium librum ſcripſerat, ad eundem finem pertinentem, qui vero interiiſſe videtur. vid. c. 1. ejus libri p. 171. to. II. Erat id opus duobus libris comprehenſum, tituloque *περὶ τεχνῶν συστάσεως*

in lucem emiſſum, notante ipſo Galeno in arte med. c. 37. p. 230. to. II. Continentur in eo elementa ſyſtematis elaboratiora jam, quod Galenus condidit. Videtur Galenus hunc librum conſcripſiſſe eo tempore, quo jam conſilium operis *de uſu partium* ſcribendi ceperat: c. 2. enim p. 172. 173. dicit de fine, quo ſingulae corporis partes a Deo factae ſint, ac de propoſito id argumentum ulterius proſequendi, quod perfecit in immortali opere de uſu partium. Liber ceterum ſcriptus eſt in tironum uſum, ut epitomen univerſae medicinae haberent, et theoreticae, et practicae, forſan etiam non ad editionem, quod ſaltim credibile eſt ex eo, quod Galenus ejus nullam mentionem fecit, neque in libro de libr. propr. neque in altero de ordine libr. ſuor. Confecit eum librum fere eo tempore, quo peſtilentia Romae et in Italia ſaeviente ipſe ſe in Campaniam ſubduxerat, deinde in patriam fuerat profectus. Citat in eo c. 9. p. 181. libros *π. κράσεων* et *π. ἀποδείξεως*, c. 10. p. 182. *θεραπευτικὴ μέθοδος* et *ὑγιεινῶν λόγοι*, c. 12. p. 154. *π. ζωογονίας* et *π. τῶν φυσικῶν δυνάμεων*, c. 13. p. 185. *π. φαρμάκων*, qui eſt, quem c. 18. p. 194. citat *π. τῶν ἁπλῶν φαρμάκ. δυνάμεως*, c. 17. p. 192. *π. κρίσεων*, p. 193. *π. σφυγμῶν* et *π. κρισίμων*, c. 18. p. 194. *π. τῆς λεπτυνούσης διαιτης*.

CODEX mſt. eſt in bibl. *Med.* Band. III. p. 49.

EDITIONES. *Gr. et lat.* ex interpret. Jani Antoniaci (i. e. Guinterii). Paris. 1531.

VERSIONES *lat.* Barthol. Sylvani, Jani Antoniaci, quo interprete ſeorſim prodiit Paris. 1528. 8. c. aliis, Nic. de Rhegio in editt. Galeni latin. antiquioribus, Victor. Trincavelli, qui et recognovit ſuam verſionem. Ea legitur in edd. Junt. operum Gal. in VII. inter iſagog. f. 35. Charter. priores verſiones emendavit ſuamque textui effecit magis reſpondentem.

COMMENTARII. Extat in eum Chr. Heylii *artificialis medicatio ſ. paraphraſis.* Mogunt. 1534. 4.

Cum tabb. et comment. THD. ZWINGERI. Baſ. 1561. f. 1568. f. cum aliis. FRC. VALLERIOLAE *artis medicae fundamenta in Galeni libr. de conſtit. art. med.* (Genev.) 1577. 8. [An idem liber ſit FRC. VALL. *comment. in libr. Gal. de conſt. art. med.* qui ſ. l. (in meo exemplo Aug. Taurin. adſcripta eſt) prodiit ap. Abel. Rivary 1577. 8. neſcio. K.]

8. *Περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων βιβλία β'. De elementis ſec. Hippocratem libr. II.* Extant in ed. Ald. to. I. f. 1. in gr. Baſ. to. I. p. 46. in ed. Chart. to. III. p. 1. in VII. Junt. cl. 1. f. 2.

Galenus ſe hujus libri, quem et ſaepe citat, auctorem eſſe fatetur cum *de libr. propr.* c. 2. p. 38. to. I. tum in *arte med.* c. 37. p. 230. to. II. vultque, ut inter ſuos ab iis, qui mentem ſuam penitius adſequi velint, primus omnium legatur. In primo libro exponuntur, quae medici ac philoſophi de elementis ſenſerunt: is maxime contra Athenaeum, et ſimul ideo ſcriptus eſt, ut demonſtretur, quatenus poſſint qualitates elementorum in humano corpore ipſorum elementorum loco eſſe. In altero libro quatuor humores tuetur, qui ſint animalium, ſanguine praeditorum, propria elementa.

CODICES *graeci* reperiuntur in bibl. reg. Pariſ. no. 1097. in Taurin. in bibl. Cai. Gònvil. et in bibl. mont. S. Mich. in Mertonenſi no. 685. in Ven. S. Marc. no. 275. (cat. p. 134.) *Latini* in bibl. Vind. Caeſ. et in bibl. mon. Gaybac. fol. no. 285.

EDITIONES *graecae.* GAL. *de elem. ſec. Hipp. libr. II. Ejusd. de opt. corp. noſtri conſtitut. Ejusd. de bono habitu. graec.* Pariſ. ap. Sorbon. 1530. 8. Graece quoque c. aliis prodiiſſe Par. 1546. f. refert HALL. *bibl. an.* I. p. 86.

VERSIONES: *arabica* dicitur exſtare in bibl. *Eſcur.* no. 869. 878. et in reg. *Pariſ.* facta ab Honain Ben Iſchar, titulo: *Ketab al Mezage;* ex arab. *hebraice* verſus a R. Chanin Ben Iſaac reperitur in bibl. Caeſ.

Vind. (Lamb. ed. Koll. lib. I. p. 290.) *Latinae* ſunt Jo. GUINTHER. Andern. quae prodiit una c. libris, corp. temperatur. animi mores ſequi; de vitiis animi et eor. remediis; de ſectis; introductor.; de plenitud.; de opt. corp. ſtatu; de bono habitu; de atra bile; de tumorib. praet. natur. Baſ. ap. Frob. 1529. 4. Eadem verſio prodiit c. libr. de nat. facult. Lugd. 1548. 12. Eadem verſio ſolius libri de elementis. Par. 1541. . . VICTOR. TRINCAVELLI, quae prodiit Lugd. 1550. 12. ſeorſim, et in VII. Juntar. editione quoque extat. NIC. LEONICENI, quae in antiquis editt. opp. Gal. Papienſi, et Jani Cornarii reperitur. — *Anglice* verſus a JOA. JONES, adhaeret ejusdem diſcourſe of the natural beginning of all growing and livings things, Lond. 1574. 4.

COMMENTARII mſt. NICOLAI DE ANGLIA ſunt in bibl. Vindob. Caeſ. — JAC. SYLVII in Hippocr. elementa comment. Par. 1542. f. 1561. 8. Ven. 1543. 8. Baſ. 1556. 16. et in Opp. ſtud. REN. MOREAU. Genev. 1630. f. 1635. f. Jo. MONTANI in Galeni libros de element., de nat. hum., de atra bile, de temperam. perioche methodica, edente Jo. Cratone, Hanov. 1595. . . Denique et GUINTHERIUM Andern. horum libror. periochen ſcripſiſſe refert CONR. GESNER. in enumerat. libr. Galeni, tertiae editioni Froben. praemiſſa.

9. *Περὶ κράσεων βιβλία γ'. De temperamentis libri tres.* Exſtant in ed. Aldin. to. I. f. 9. in graec. Baſ. to. I. p. 59. in Charter. to. III. p. 32. in VII. Junt. lat. claſſ. I. f. 10. Verterunt multi etiam *de complexionibus.*

Meminit Galenus hujus libri de libr. propr. c. . et in art. med. c. 37. to. II. nec non in permultis aliis libris, v. c. de opt. corp. noſtri conſtitut., de ſanit. tuenda, de ſimpl. medic. facult. etc. Primo libro de temperamentis agitur eorumque formis ac de homine temperatiſſimo. In altero ſigna cujusque temperamenti expo-

nuntur, ubi memorabilis historia Eudemi philosophi legitur, cui bilis per unum ductum in intestinum descendebat. Tertio libro de temperamentis medicamentorum agitur, quae vel interne sumuntur, vel corpori applicantur. Eaque diversi argumenti pertractatio plures movit, qui in his libris de temperamentis elaborarunt, ut duos tantum priores in lucem emitterent.

CODICES *graeci* sunt in bibl. reg. *Paris.* no. 2267. in bibl. *Coislin.* Montfauc. II. p. 447. in *Ven.* D. Marc. no. 275. (cat. p. 134.)

EDITIONES *graeco-latinae.* GALENI *de temperam. libri III. Ej. de inaequali temperie libellus. C. his Hippocratis juramentum. Adjecimus eorund. libellorum* lat. quoque vers. et in praedictos Galeni libellos introductionem. Basil. 1538. 8. (Edit. SEB. SINGKHELER, prof. Basil.) Primum prodiit ea editio Cantabr. 1521. 4. dein Paris. 1523. f.

VERSIONES: *Arabica* exstat in bibl. reg. *Paris.* no. 1097. cum Gregor. Abul-Pharagii commentario. Interpretatio Honaini c. titulo Ast hackfat reperitur in bibl. *Escurial.* no. 874. et liber II. et III. in ead. bibl. no. 845. et 876. c. not. anonymi. *Hebraica*, ex arabica facta a R. Chanin Ben Isaac, est in bibl. Caes. *Vindob.* Lamb. ed. Kollar. I. p. 290. *Latina.* Venet. 1498. 8. Lugd. 1588. 8. THOM. LINACRI et in ed. Basil. adducta, et in editt. Opp. Gal. latinis. Msta versio latina exstat in bibl. reg. Paris. no. 7005. in *Merton.* Oxon. no. 685. in *Medicea*, in bibl. eccl. cathedr. *Wigorn.* no. 745.

COMMENTARII. Mstus in hunc librum Jo. ROCHON exstat in bibl. reg. Paris. no. 725. Expositio super complexiones Galeni est in bibl. coll. Cai. Gonvil. no. 960. — HIER. THRIVERI novi et integri comment. in omn. Galeni libros de temperam. Lugd. 1547. 12. — Acroamaton in libr. Hippocr. de nat. hom. lib. I. EUSTATHIO QUERCETANO auctore. Ej. auctor. in Gal. de temperam. libr. III. scholia. Bas.

1549. 8. — GASP. LOPEZ CANARIO in Gal. libr. de temperam. novi et integri comment. Complut. 1565. f. — FRC. VALLESII comm. in Galeni libr. ars med., de inaequali temperie, de temperam., V. priores de simpl. medic. facult., libr. II. de differ. febr., libr. VI. de locis affect. Venet. 1591. 8. Colon. 1594. f. — JO. PT. AYROLDI. Frcf. 1645. f. — LEONH. FUCHSII comment. prodiit c. comm. in libr. II. de differ. febr. Par. 1554. f. — FEL. ACORAMBONI et JAC. SEGARTAE commentarii. Valent. 1596. f. 1598. f. — Exstat etiam epitome horum librorum, a JOAN. MORISOTO condita, JO. BAPT. MONTANI periocha et SYLVII isagoge.

10. *Περὶ μελαίνης χολῆς. De atra bile liber.* Est in ed. Ald. Vol. III. f. 85. in graec. Bas. Vol. III. p. 357. in ed. Chart. to. III. p. 165. in VII. Juntar. class. I. f. 34.

Duplex humoris ejus origo indolesque demonstratur in libro, quem Galenus non memorat inter proprios c. 37. art. medicae, citat vero in libro: An sanguis natura in arteriis contineatur c. 8. p. 163. to. III. et in comm. II. in Hipp. libr. de humor. text. 28. ac saepius. Scripsit hunc librum post libros de elementis sec. Hippocr. quos citat c. 5.

CODICES *graeci* sunt in bibl. reg. *Paris.* no. 2269. 2271. alii quatuor in bibl. D. Marc. *Ven.* (v. cat. p. 134. no. 276. p. 135. no. 279. de atra bile ex libris Galeni, Rufi, Posidonii et Aetii, et p. 136. no. 282. p. 137. no. 284.)

EDITIONES. *Graece.* Paris. 1530. 8. Bas. (?) 1546. f. refert HALL. *bibl. an.* to. I. p. 86.

VERSIONES *latinae.* Interprete JO. GUINTHERIO, Andern. c. aliis libr. Bas. 1529. 4. [v. 8.] Prodiit etiam c. aliis Paris. 1534. f. — Vertit quoque JUL. MARTIANUS et BARTH. SYLVANIVS.

COMMENTARII. Paraphrasis in hunc librum exstat PROSP. ALCUCANI. Lugd. 1538. 8. JO. BAPT.

Montani in Galeni libros de elementis, de nat. hum. de atra bile, de temperam. periocha methodica, ed. Jo. Cratone. Hanov. 1595. . . Casp. Hofmanni comm. in hunc libr. prodiere Frcf. 1630. f.

11. *Περὶ ἀνωμάλου δυσκρασίας. De inaequali intemperie.* Eſt in ed. Ald. Vol. I. f. 125. in graec. Baſ. vol. I. p. 249. in ed. Chart. to. VII. p. 170. in VII. Junt. edit. cl. III. f. 43.

Meminit hujus libri Galen. inter ſuos de libr. propr. et art. med. c. 37. Citat in eo libros de admin. anat.

CODICES exſtant in bibl. D. Marc. *Ven.* no. 282. (cat. p. 136.), in *Medic.* Bandini III. p. 52.

EDITIONES. *Graeco-latina* prodiit Baſ. 1538. 8. [v. no. 9. plenum ejusdem titulum.]

VERSIONES. *Arabica* mſta, interprete Honain, exſtat in bibl. Eſcur. no. 844. *Latina* mſta eſt in bibl. reg. *Pariſ.* no. 6765. in bibl. coll. *Mertonens.* no. 685. in bibl. *Auguſt.* c. libr. de pulſib. (cat. p. 301.). — Galen. de inaequali distemperantia c. Galeni et Graec. quorumd. libris, Geo. Valla interprete. Ven. 1498. f. (vid. Foſſii cat. codd. impr. bibl. Magliab. to. I. p. 720. et II. p. 232. ſſ.) — Galeni opera Nic. Leoniceno interpr. ſc. de differ. morbor. lib. III. de inaequali intemperatura lib. I. de arte cur. ad Glauc. lib. II. de criſib. lib. III. Par. ex off. H. Steph. 1514. 4. — Thom. Linacro vertente c. libr. de temper. Cantabr. 1521. 4. Par. 1523. f. — Galeni de opt. corp. noſtri conſtitut.; de pleniore habitu; de inaequ. intemp.; quomodo ſimulantes morb. ſint deprehendendi; 5. de ptiſana. It. et Jo. Lalamantii de ptiſana ſui temp. libell. Emendata p. eund. Lalamantium verſ. lat. (Heduae 1578.) 8. Genev. 1579. 8.

COMMENTARII. Prosp. Calanii comm. in hunc libr. prodiere c. al. Lugd. 1538. 8. — Gal. de inaequ. intemp. Th. Linacro interpr. c. comm. familiar. Jo. Agricolae. Acc. concordantiae ſimpl. medic.

in auct. praecip. etc. Baf. 1539. 8. — ANT. BUSENNII in Gal. libr. de inaequ. intemp. Antw. 1561. 8. — FR. VALLESII comm. in Gal. libros, fc. art. med.; de inaequ. intemp. lib.; de temper. III. de fimpl. med. fac. libr. V. prior.; de differ. febr. II.; de loc. affect. lib. VI: nec non ejusd. de urinis compend. tract.; de pulf. libell.; de febrib.; meth. med. lib. III. op. Jo. PT. AYROLDI Marcellini. Colon. 1594. f. Frcf. 1645. f. Prodierant Compluti 1567. 8. — Exftat etiam Jo. Morifoti epitome in hunc librum.

12. *Περὶ ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν. De optima corporis noftri conftitutione.* Exftat in ed. Ald. vol. I. f. 115. in graec. Baf. vol. I. p. 247. in ed. Chart. to. VI. p. 1. in VII. Junt. claff. 1. f. 37.

Meminit ejus libri Gal. in art. med. c. 37. Citat vero in hoc libello de temper. de elem. fec. Hippocr. de ufu part. libros.

CODICES. Reperitur unus in bibl. D. Marc. *Ven.* no. 282. (cat. p. 136.)

EDITIONES. *Graeca.* Parif. 1530. 8. [Pleniorem titulum vid. fupr. n. 8.]

VERSIONES. Jo. LALAMANTII [v. paulo ante n. 11.]. FERD. BALAMIUS et Jo. GUINTHER. eundem librum interpretati funt.

13. *Περὶ εὐεξίας. De bono habitu.* Exftat in ed. Ald. to. I. f. 116. ed. gr. Baf. to. I. p. 248. in ed. Chart. to. VI. p. 6. in VII. Junt. claff. 1. f. 39.

Meminit Galen. art. med. c. 37.

CODICES nulli.

EDITIONES. *Graeca* Parif. allata eft pleno titulo fupr. n. 8.

VERSIONES. *Latina* GEO. VALLAE prodiit Venet. 1498. f. [vid. no. 11. plenum titulum] Parif. 1534. f. 1546. f. Jo. GUINTHERII prodiit Baf. 1529. 4. et Heduae 1578. 8. [v. tit. plen. no. 11.]

14. *Περὶ δυνάμεων φυσικῶν βιβλία γ΄. De facultatibus naturalibus* libri III. Exftant in ed. Ald.

vol. I. f. 25. in graec. Bafil. Vol. I. p. 87. in ed. Chart. to. V. p. 8. in VII. Junt. Pa. I. f. 290.

Memorat Galenus hunc librum inter fuos de libr. propr. c. 3. et in art. med. c. 37. p. 230. to. II. Scripfit illum, exhortante Boëtho, poft libellos de diffectione arteriarum et nervorum. Hinc etiam citat tantum in hoc opere librum, qui interiiffe videtur: *περὶ τῶν κατὰ Πραξαγόραν τοῦ Νικάρχου χυμῶν* libr. II. c. 9. p. 53. Scripfit hos libros maxime contra Erafiftratum atque Afclepiadem, adfirmans, attractionem alimenti et excrementi in renibus etiam per experimenta, dein quatuor elementorum qualitatibus contra Erafiftratum defenfis. Libro II. tractat de facultate coctrice, libr. III. de retentrice.

CODICES exftant in bibl. reg. *Parif.* no. 2267. in bibl. *Ven. St. Marc.* no. 275. (v. catal. p. 134.) in *Medic.* et in *Lugd. Bat.*, in *Vind. Caef.* (v. Lamb. part. I. p. 181.), in *Coislin.* Montf. part. II. p. 447.

EDITIO *graeca.* Antwerp. 1547. 8.

VERSIONES. *Arabica* mfta, vertente Honaino, exftat in bibl. *Efcurial.* no. 841. 842. 844. 846. in bibl. *Lugd. Bat.* no. 747. (v. cat. bibl. ejusd. p. 441.). *Hebraica*, ex arabica facta a R. Chanin ben Ifaac, in bibl. *Vindob.* (vid. Lambec. edit. Kollar. I. p. 290.). *Latina* mfta exftat in bibl. *coll. Cai. Gonvil.* no. 947. Prodiit etiam cum nonnullis aliis, interprete LINACRO, feorfim Lond. 1523. 4. Parif. 1528. 8. Lugd. 1540. f. 1548. 12. 1550. 12. Vertiffe etiam GUINTHERIUM Par. 1528. 8. 1534. f. 1541. f. 1547. 12. in elogio adfirmat Heriffant, quae vix concilies.

COMMENTARII NIC. DE ANGLIA mft. exftant in bibl. r. *Par.* no. 7015. JOAN. ROCHON mft. ibid. no. 7025. JAC. SEGARRAE comm. in libros III. Galeni de nat. fac. Valent. 1528. 8. Galeni de nat. fac. libr. III. Th. Linacro interpr. Acc. JAC. SYLVII fcholia doctiffima c. epitome in eosdem libros. Lugd. 1550. 12. 1560. 12. LAUR. JOUBERTI annotat. in Galeni libr. de

facult. nat. exſtant in Ej. Opp. Frcf. 1599. f. MELCH. SEBITZII diſputatt. VIII. libros III. Galeni de fac. nat. exponentes. Argent. 1644. et 1645. 4. — Epitome de facult. rer. natur. Jo. BAIULII PACUVII. Toloſ. 1554. 4.

15. *Περὶ οὐσίας τῶν φυσικῶν δυνάμεων. De ſubſtantia facultatum naturalium fragmentum.* Exſtat in ed. Ald. vol. I. f. 167. in graec. Baſil. vol. I. p. 342. in ed. Chart. to. V. p. 3. in VII. Junt. cl. I. fragm. f. 50.

Breve eſt fragmentum majoris operis.

CODEX ſervatur in bibl. *D. Marci Ven.* (v. Jac. Morelli bibl. mſt. Ven. to. I. n. 275.)

EDITIO gr. lat. curata eſt a THEOD. GOULSTONO (vid. plen. tit. ſupra.)

VERSIONES *latinae* BARTHOL. SYLVANII prod. in edit. oper. Galeni Junt. Ven. 1551. JO. GUINTH. Andern. Pariſ. 1528. 8. Lugd. 1551. et 1552. 12. VICT. TRINCAVELLII hoc titulo: Gal. de natur. fac. libri III. TH. LINACRO interpr. Accedunt ſchol. doctiſſ. et epitome JAC. SYLVII in eosd. libr. Acc. de nat. fac. ſubſtantia liber et an ſanguis natura in arter. contineatur, VICT. TRINCAV. interpr. Lugd. 1550. 12.

16. *Περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων βιβλία ἐννέα. De anatomic. adminiſtration. libri IX.* Exſtant in ed. Ald. vol. I. f. 45. in graec. Baſ. vol. I. p. 119. in ed. Chart. to. IV. p. 25. in VII. Junt. cl. I. f. 63.

Refert de hoc opere Galen. de libr. propr. et in art. med. c. 37. p. 230. to. II. Citat quoque illud libr. XII. *de uſ. part.* c. 8. *de inaequ. temper.* c. 5. *comm. in VII. Hippocr. aph.* 53. Sed quamnam ejusdem editionem citet, incertum eſt. Scripſit enim Galenus ter adminiſtrationum anatom. libros. Primum elaboravit opus hoc, duobus libris comprehenſum, ad Marini ordinem concinnatum, ſub initio principatus Antonini. Petente vero conſule, Flav. Boëtho, cui multas oſtenderat adminiſtrationes, majus opus elabo-

ravit. Id opus haud dubie citat in *arte med.* et in aliis libris. Quod vero ubi conflagrasset in saevo isto incendio templi Pacis, studiosis viris flagitantibus, alios libros anatomicarum administrationum elaboravit, tertio hoc labore politiores atque auctiores. Citantur in eo administrationum anatomicarum opere libri *de usu partium, de thoracis et pulmonum motu, de musculorum anatome, de ossibus, anatomicarum dissensionum, de Hippocratis et Platonis decretis,* alii. Est plenissimus et perfectissimus omnium librorum, a Galeno de anatomica scientia conscriptorum, ostendit vero simul, quam arcta fuerit veteribus anatomes discendae occasio. Ossium fabricam Alexandriae jubet condiscere, ubi medici auditoribus ossa ostendant: se vel ex sepulcris ossa habuisse (quum librum de ossibus scriberet, humana ossa non habebat), vel ubi casu favente fluvius sepulcrum quoddam eluisset. Quaedam etiam in latronum cadaveribus, in publicum projectis, alia in pueris expositis observasse. A libro I. usque ad VI. de musculis et vasis, maxime de musculis agitur, quorum plures primus accuratius descripsit. Libro VI. de organis ad cibum digerendum, libro VII. de cordis fabrica, libro VIII. de organis ad spiritum trahendum facientibus, libro IX. de cerebro agit. Multa in his libris leguntur descripta, quae postera aetas sibi vindicavit. Reliqua libri IX. pars de medullae spinalis anatome periit. Periere etiam lib. X. de oculo, lingua, pharynge, lib. XI. de larynge, osse hyoide, lib. XII. de arteriarum venarumque historia, lib. XIII. de nervis cerebri, lib. XIV. de nervis medullae spinalis, lib. XV. de partibus genitalibus. Ita enim Galenus hos libros in sua propiorum librorum historia c. 3. recenset.

CODICES exstant in bibl. reg. *Par.* no. 1819. in bibl. *Ven.* D. Marci no. 279. in bibl. ac. Lugd. Bat. ἀνατομικὴ ἐγχείρησις usque ad libri III. partem e leg. Bonav. Vulcanii (v. *Cat.* ejus *bibl.* p. 347. no. 57.), in bibl. *Medic.* aliqua excerpta. Galeni anatomica, qui-

bus intercurrunt variae paginae vacuae, ut non ſit opus integrum, exſtant graece inter libros Voſſii in bibl. ac. Lugd.Bat. p. 392. — E Golii *arabico* cod. libros XI. usque ad XV. editurum ſe promiſerat TH. BARTHOL. *d. libr. leg.* diſſ. 3. p. 75. Erant Galeni de admin. an. libri VI. poſtremi cum adnotationibus Jac. Golii in bibl. Narciſſi, Archiepiſcopi Dublin. n. 1787.

EDITIONES *graecae* dicuntur Halléro (Bibl. anat. to. I. p. 92.) Pariſ. 1531. f. Baſ. 1531. f. (Ibidem autem latina quoque Pariſina verſio ejusdem anni et formae laudatur. Quamobrem mihi videtur graeca editio Pariſ. 1531. f. dubia.) — *Galeni* libri aliquot graeci, partim hactenus non viſi, partim mendis repurgati et reſtituti et adnot. illuſtr. p. JO. CAIUM (de decret. Hipp. et Plat.; de medicamentis, quae inter ſe commutantur; anat. libri IX.; de muſculor. motu libri II. libri VII. de utilitate part. fragm. in codd. gr. impreſſ. deſideratum, denique *Hippocr.* de medicam. lib. pgg. 354. et 91.) Baſ. 1544. 4.

VERSION. *latinae: Gal.* de adminiſtr. anat. libri IX. vert. JO. GUINTHERIO. Pariſ. 1531. f. — *Gal.* ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, i. e. de anat. admin. libr. IX. JO. GUINTHERIO interpr. infinitis in locis ad vetuſtiſſ. exempl. emend. atque adnotat. et argum. illuſtr. Pariſ. 1546. f. — *Gal.* de anat. admin. libr. IX. JO. ANDERNACO interpr. Lugd. 1551. 12. Quae verſio lat., ab ANDR. VESALIO correcta, in VII. Juntar. edit. lat. recepta eſt. — *Gallica* agnoſcit *Dalechamp.* auctorem. Hanc autem praeceſſit alia Lugd. 1512. 8. Etiam JO. GUILLEMIN hos libros gall. vertiſſe ſub titulo dicitur: *Introduct. ſur l'anatom. part. de la phyſiologie.* Par. 1555... (Sed hoc opus minime ad Galenum pertinet, ſed potius ad JAC. SYLVIUM ejusque iſagog. Par. 1555. 8.)

COMMENTARII. Multa huc faciunt A. VESALII (de corp. hum. fabr. lib. I. et in epiſt. de rad.

Chinae ufu. Baf. 1546. f.) et Jo. GUINTHERII, Andernac. (inftit. anat. fec. *Gal.* fentent. Baf. 1536. 8.).

17. *Περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις. Liber de offibus ad tirones.* Exftat latine in ed. gr. Baf. Pa. V. p. 719. In Ald. defideratur. *Graece* legitur in ed. *Chart.* to. IV. p. 9. *Latine* in VII. Junt. ed. cl. I. f. 39.

Galen. fe auctorem ejus libri profitetur in l. de libr. propr. c. 1. et 3. nec non in libr. de ord. libr. fuor. et in art. med. c. 37. to. II. p. 230. Citat etiam hunc librum de admin. anat. lib. I. c. 3. 9. vultque, ut anatomes ftudium ab eo incipiat. Eft accurata fceleti defcriptio, non tamen humani, fed fimiarum, quod e defcriptione offis coccygis aperte patet.

CODICES: *graecus* exftat in bibl. reg. Par. no. . . et in *Nicetae* collect. Vid. *Cocchi* in pr. ad *Nicet.* collect. chir. graec. p. 12. — *hebraicus*, ex arab. verfus a R. CHANIN BEN ISAAC in Bibl. Vind. comm. *Lambecii* ed. *Kollar.* I. p. 190.

EDITIONES: *graecae.* *Γαλ. περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις.* *Gal.* de off. ad tyron. nunquam hactenus impreffus. Par. ex off. Vafcofan. (Par. 1535.) 1543. 4. MART. GREGOR. hunc libellum Venet. defcripferat. Praefationem ad h. lib. fcripfit JAC. SYLVIUS, in qua de *Gregorii* ftudio in conquirendis Galeni libris fcriptis plura profert. — *Graece* exftat cum libro de feptimeftri partu, brevi defignatione dogmatum Hippocr., cum lib. de ptiffana, emend. p. Jo. CAIUM. Baf. 1557. 8. — Gal. de offib. lib. graec. c. praef. SAL. ALBERTI. Vit. 1579. 8. — *Graece et lat.* *Gal.* de offib. ad tyr. lib. Gr. lat. FERD. BALAMIO interpr. c. not. perpet. CASP. HOFMANNI. Frcft. a. M. typ. Wechel. 1630. f. — *Gal.* de offib. gr. et lat. Acc. VESALII, SYLVII, HENERI, EUSTACHII ad Galeni doctrinam exercitationes (*Hipp.* de off. natur. *Celfi* de off. figura). Ex bibl. Jo. VAN HORNE. L.B. 1665. 12.

VERSIONES: *latinae* factae a FERD. BALAMIO, Siculo, JAC. SYLVIO et Jo. RIOLANO. *Balamii* verfio,

ad fidem codd. expurgata ab *Augustino Gadaldino*, legitur in VII. Juntar. editione. *Galeni* de ossibus, FERD. BALAMIO interpr. Lugd. 1535. 8. Par. 1535. 4. Par. 1546. f. Lugd. 1549. 12. Par. 1548. 4. Cum libris de venarum, nervorum, arteriarum, vocalium instrumentorum et vulvae dissectione et de musculorum motu. Lugd. 1551. 12. (c. icon. admodum rudibus). Hafn. c. praef. JO. FRANC. RIPENSIS et sceleto Vesaliano. 1579. 8. Vertente SALOM. ALBERTI. Viteb. 1579. 8. (In mea editione nullam invenio versionem latinam.) Rostoch. 1636. L. B. 1627. 8. *Gallica* facta a JO. CANAPE prodiit Lugd. 1541. 12. 1583. Aliam gallicam confecit JO. LOYNE c. SYLVII comment. Orleans 1571.

COMMENTARII. Anonymi commentarius in hunc *Galeni* librum servatur in Reg. bibl. Paris. no. 6816. — LUDOV. COLLADO (*Vesalii* discipulus) in *Gal.* libr. de ossibus ad tyron. scripsit enarrationes. Valent. 1555. 8. —. JAC. SYLVII in Gal. de ossib. commentar. Paris. 1561. 8. (Probare conatus est, *Galenum* in ossibus describendis usum fuisse humanis sceletis.) — GABR. FALLOPII expositiones in *Galeni* libr. de ossibus, quibus additae sunt a F. MICHINO figurae venarum. Venet. 1570. 8. et in collect. oper. posthuma. to. III. p. . . Est expositio longa et controversiarum plena. Prodiit etiam c. al. *Fallopii*. Frcf. 1584. f. — Gal. de ossib. ad tiron. liber lat. marginalibus et tabulis illustratus a JO. SIGFRIDO. Helmst. 1599. 8. — JO. PHIL. INGRASSIAE in *Gal.* libr. de ossib. commentaria, nunc primum in luc. edita, et iconn. insignita; appositus etiam est graec. *Galeni* contextus, una c. nova latina versione. Panormi 1603. f. (*Hallerus aliam de anno* 1604. *Panormi suis oculis conspexisse fatetur.*) Editus is liber post mortem auctoris a nepote ejus: icones sunt Vesalii: commentarius est fusissimus cum minutissima et accuratissima ossium descriptione. — Osteologia ex veterum et recentiorum

praeceptis deſcripta, in qua continentur iſagogica de oſſibus tractatio per Jo. RIOLANUM. Cl. Galeni lib. de oſſibus, et in eundem JAC. SYLVII commentarii. Jo. RIOLANI explanationes apologeticae pro Galeno. Par. 1614. 8. — SIM. PAULI orat. cum Galen. de oſſib. ad ſceleton publice in coll. Finckiano eſſet interpretaturus. Hafn. 1641. 4.

18. *Περὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῆς. De venarum arteriarumque diſſectione liber.* Exſtat in ed. Ald. pa. I. f. 89. in graec. Baſ. I. p. 197. in Charter. to. IV. p. 225. in VII. Junt. claſſ. I. f. 55.

Citat hunc librum Gal. in libr. de libr. propr. c. 1. et 3. et in arte med. c. 37. refertque ad eos, quos juvenis ſcripſerit. Hinc genuinum eſſe Galeni non dubitandum. Primus eſt is liber omnium de venarum arteriarumque fabrica ac decurſu tractantium, in quo adeo multa proponantur, quibus poſtera aetas, ceu a ſe inventis dictisque, uſa ſit. Primum de venis agitur, dein de arteriis. Inciſiones in brutis tantum feciſſe Galenum, is etiam liber probat. Conf. *Hall.* bibl. anat. I. p. 89.

COD. *graec.* hujus libri eſt in bibl. reg. Pariſ. n. 2164. in bibl. Venet. D. Marci no. 279. de venae ſectione. *Hebraicus* cod. ex arab. verſus a R. CHANIN BEN ISAAC eſt in bibl. Vindob. (v. Comm. Lambec. ed. *Kollar.* lib. I. p. 290. 91.)

VERSIONES. In *latinam* linguam translatus eſt ab ANT. FORTOLO, cujus verſionem ANDR. VESALIUS caſtigavit, eamdemque plerisque in locis ad exemplarium graecorum fidem emendavit AUGUSTIN. GADALDINUS.

EDITIONES. *Latina:* Galeni diſſectionis venarum arteriarumque commentarium. Ejusd. de nervis compendium. ANTON. FORTOLO interprete. Pariſ. 1526. 4. Repetita eſt ea editio Baſ. 1529. 8. Pariſ. 1546. f. Prodiit etiam cum parte commentarii de iis, quae medice dicta ſunt in Plat. Timaeo. Lugd. 1550. 8. et c. aliis libellis 1551. 16.

19. *Περὶ νεύρων ἀνατομῆς. De nervorum diſſectione.* Exſtat in ed. Ald. P. I. f. 93. in gr. Baſ. P. I. p. 204. in Chart. to. IV. p. 241. in VII. Junt. cl. I. f. 53. Reſtituit Charterius graecum textum, qui hactenus defuerat, dimidiae partis capitis 10. 11. 12. usque ad cap. 17.

Citat eum librum Galenus ceu proprium in libro de libris propr. c. 3. et in arte med. c. 37. p. 230. to. II. Ad optimos Galeni libros pertinet, in quo primum ſanioris neurologiae elementa fuerint tradita. Homines tamen non inſecuit, ſed ſimias et alia animalia; hinc decurſus ejus nervorum, qui in homine peculiaris eſt, ignarus. Habet jam acceſſorium nervum, intercoſtalem aliosque, quibus demonſtratur, eum nervorum anatomen ſubtilius excoluiſſe. — Libellum *περὶ νεύρων διανομῆς Oribaſius* ex hoc maxime Galeni libro compoſuit.

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2164. 2219. *Hebraicus* exſtat cod. ex arabico verſus a R. CHANIN BEN ISAAC in bibl. Vind. caeſ. (Lamb. comm. ed. Kollar. I. p. 190.)

EDITIONES. *Graece* ſeorſim haud prodiit, *latine* vero. Galeni diſſ. ven. etc. ANT. FORTOLO interprete. (Plenum titulum vid. no. 18.) Repetita eſt haec editio Baſ. 1529. 8. Pariſ. 1546. f. — Prodiit etiam *latine* interprete *Auguſtino Gadaldino* cum libr. de muſculor. diſſect. (Plenum tit. attuli infr. no. 24.)

20. *De muſculorum diſſectione*, ab AUGUST. GADALDINO ex graeco verſus liber et ab eodem exquiſite recognitus eſt in VII. Junt. edit. in claſſ. I. f. 44. *Latine* tantum exſtat, graecusque textus adhuc deſideratur.

Meminit Galen. ejus libri in ſcripto de libr. propr. c. 3. et in art. med. c. 37. p. 230. to. II. Scriptus eſt ab eo poſt conſcriptos libros de anat. adminiſtr. et de uſu part. Scopus fuit addere, quae Lycus praetermiſiſſet. Simiarum anatomen tradit, humana tamen

non neglecta penitus. Multos in hoc libro mufculos primum defcriptos fibi Galenus vindicat.

CODEX *graecus* eft in bibl. reg. Parif. no. 2119.

VERSIONES. Prodiit *latine* interprete AUGUST. GADALDINO in collectione opufc. Galen. Lugd. 1556. 8. cujus plenus titulus exhibitus eft no. 24. (HALL. l. c. habet etiam aliam ed. Lugd. 1551. 16.) — *Gallice* vertit JAC. DALECHAMP, ediditque Lugd. 1564. .. — *Oribafii περὶ μυῶν ἐκ τοῦ Γαλήνου βιβλίον* edidit REN. CHARTER. to. IV. p. 250.

21. *Περὶ μήτρας ἀνατομῆς. De uteri diffectione.* Exftat in Ald. ed. P. I. f. 96. in gr. Baf. I. p. 210. in Chart. to. IV. p. 276. in VII. Junt. claff. I. f. 108. Galenus illum inter fuos neque de arte med. neque de libr. propr. citat. Humanos uteros non incidit, fed fimiarum aliorumque animalium. Graeca, quae textui deerant, Charter. reftituit. Vid. ej. concifas notas ad to. IV. p. 710.

CODEX *graecus* exftat in bibl. reg. Parif. no. 2269. alius no. 2271.

EDITIONES *latinae* tantum prodiere. Gal. de uteri diffectione lib. I. de foetus formatione lib. I. et de femine lib. II. cum aliis Galeni, *Jano Cornario* interprete. Baf. 1536. f. — Prodiit quoque ex verfione Jo. GUINTHERII, Andernac. Paris. 1536. f. c. aliis Lugd. 1551. 16. — Jo. BERNARDO FELICIANO interpr. c. aliis Galeni. Bafil. 1535. f. Francof. 1604. 12.

22. *Γαλήνου εἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται. An in arteriis natura fanguis contineatur.* Exftat in ed. Ald. P. I. f. 102. in gr. Baf. I. p. 221. in Chart. III. p. 154. in VII. Junt. claff. I. f. 60.

Refert de eo libro Galen. in lib. de libr. propr. c. 9. et in art. med. c. 37. p. 230. to. II. Scriptus eft contra Erafiftratum, qui fpiritus in arteriis contineri putaverat, et multum continet experimentorum. Elabora-

tus eſt a Galeno poſt ſcriptos de Hipp. et Plat. decretis, et ad utiliores Galeni libros refertur ab HALLERO bibl. anat. I. p. 90.

EDITIONES *latinae* tantum exſtant. Vertente Jo. GUINTHERIO, Andern. c. aliis quibusdam Galeni libris prodiit Paris. 1536. f. — Interprete *Victore Trincavellio*, c. libris III. de natur. facult. TH. LINACRO interpr. et libro de ſubſtant. facult. natural. Lugd. 1550. 12. — Verſio JUL. MARTIAN. ROTAE legitur in VII. Juntar. edit.

23. *Περὶ μυῶν κινήσεως βιβλία β'. De motu musculorum libri II.* Exſtant in Ald. P. I. f. 1. in graec. Baſ. I. p. 553. in Chart. ed. to. V. p. 364. in VII. Junt. claſſ. I. f. 308.

Memorat hunc librum Galen. in libr. de libr. propr. et in libr. de arte med. c. 37.

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Paris. no. 1849. et 2778. in bibl. Ven. D. Marc. no. 279. (p. 235. catal.)

EDITIONES *graecae:* Galeni libri aliquot graeci partim hacten. non viſi, part. mendis repurg. et reſtituti c. annotatt. Jo. CAII. Baſil. 1544. 4. (Cont. autem de decret. Hipp. et Plat.; de comate apud Hippocr.; de medicam., quae inter ſe commutantur; de anatom. admin. libri IX. et de muſculor. motu, de uſu part. fragm. libri VII. et Hipp. de medicam.) — *Latinae. Cl. Galeni* Pergam. de motu muſculor. libr. II. NIC. LEONICENO interpr. acc. ejusd. quos oporteat purgare medicamentis et quando. Lond. 1522. 4. Pariſ. 1528. 8. Versio eſt NIC. LEONICENI, quae prodiit c. libro, quos purgare oporteat, et qualib. medicam. et quando. — *Gallice* vertit J. CANAPE. Par. 1541. 4. Lugd. 1552. ... — Jo. CONR. STETTER cenſura argumentor. Gal. de motu muſculor. Frcf. 1665. 8.

24. *Vocalium inſtrumentorum diſſectio.* Exſtat *latine* tantum in Chart. ed. to. IV. p. 219. in VII. Jun-

tar. inter fragmenta Galeni f. 48. interpr. Augustino Gadaldino.

Meminit Galenus talis libri, quem ſcripſerit, in libro de libr. propr. et in aliis locis, idque fragmentum, quod ad nos pervenit, Galeni eſſe videtur. Continetur in eo exacta cartilaginum, quae cartilaginem efficiunt, deſcriptio.

EDITIO *latina* eſt: Galeni aliquot opuſcula, quae nunc primum Venetor. opera inventa et excuſa latine, ſc. de muſculor. diſſectione ad tyr. lib.; de nervorum diſſect. ad tyr. liber integer; de vocalium inſtrument. diſſect. *Auguſtino Gadaldino* interprete; brevis denotatio dogmat. Hippocr. *Conr. Gesnero.* Fragment. ex IV. Comment., quos ipſe Galenus inſcripſit de iis, quae medice dicta ſunt in Platonis Timaeo, *Auguſtino Gadaldino* interpr. Principium comm. I. in libr. I. Hippocr. epidem. *Nic. Machello;* Oribaſii de cucurbit. hirudin. derivat. revulſ. ſermo, *Aug. Gadaldino* interpr. Lugd. 1556. 8.

25. *Περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων. De cauſſis reſpirationis.* Exſtat in ed. Ald. P. III. f. 88. in gr. Baſ. P. I. p. 165. in Chart. to. V. p. 427. in VII. Juntor. claſſ. I. f. 226.

Citat hunc librum Galen. de libr. propr. et in arte med. c. 37. Juniorem ſe eum edidiſſe dolet. Sed vix videtur genuinus eſſe is, quem Galen. citat, ſed fragmentum tantum. Putant quidam, eum eſſe compoſitum ex aliis libris, quos Galen. de hoc argumento ſcripſerit.

CODEX exſtat *latinus* in bibl. reg. Pariſ. no. 7015.

EDITIONES. Prodiit cum libro de utilit. reſpirationis et al. Galeni, ex interpr. Jani Cornari. Baſ. 1556. f. — Interprete Jo. Valsaeo c. libro de diffic. reſpirat. Par. 1553. f.

26. *Περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων βιβλία θ'. De Hippocratis et Platonis decretis*

libri IX. — Exſtant in ed. Ald. P. I. f. 129. in gr. Baſ. P. I. p. 253. in Chart. to. V. p. 78. in qua editione primi libri fragmentum reſtitutum a cap. 5. legitur, quod in utraque editione priore deeſt. In VII. Junt. claſſ. I. f. 231.

Memorat Galen. hunc librum de libris propr. c. 1. et in arte med. c. 37. to. II. p. 230. *Συμφωνίαν* dictum eſſe apud antiquos hoc Galeni opus, memorat Hier. Mercurialis in var. lect. libr. IV. c. 4. Confecit illud eo tempore, quo Roma ob peſtilentiam gravem in ea graſſantem relicta in patriam properaverat, mox, quieſcente peſtilentia, Romam redux, adhortante Boëtho. Sed tum libros tantum ſex confecerat: reliquos compoſuit aetate jam provectior. *Ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ περὶ μὲν τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ϛ΄ βιβλία, προτρεψαμένου με τοῦ Βοηθοῦ. περὶ δὲ μορίων χρείας ἓν τὸ πρῶτον. ἃ λαβὼν ὁ Βοηθὸς ἐξῆλθε τῆς πόλεως ἐμοῦ πρότερος, ἄρξων τότε τῆς Παλαιστίνης Συρίας, ἐν ᾗ καὶ ἀπέθανεν. καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πολὺν χρόνον ἑκατέραν τὴν πραγματείαν συνετέλεσα, προσγενομένων μοι κωλυμάτων μετὰ τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον.* de libr. propr. c. 2. p. 37. to. I. Citat Galen. in hoc de Hipp. et Plat. decret. opere libros de admin. anat. de uſu part. de thor. et pulm. motu, de muſcul. de voce, de natur. facult.; commentarios de Hipp. anatome, de olfact. inſtrumento, de uſu reſpirat. de cauſſa reſpirat. — Dialecticum eſt opus, Chryſippo oppoſitum, Ariſtoteli, Eraſiſtrateis, aliis, de corde, nervis, tendinibus, animae et rationis ſede, de iecinore, venarum principio, de nervorum originibus, de quatuor elementis.

CODICES *graeci* ſunt in bibl. reg. Pariſ. no. 2278., cui tamen liber I. deeſt, in bibl. Ven. D. Marci no. 284. (catal. p. 137.). Libri IV. ſunt in bibl. Cai. Gonvil. *Cantabr.*

EDITIONES *graecae.* Editio princeps eſt Jo. Caii. Baſ. 1544. 4. cuius titulum plenum et contenta

exhibui no. 23. — *Latine* prodiit vertente Jo. Bern. Feliciano cum aliis. Bas. 1535. f. Solus 1550. 16? Lugd. 1550. 16. — Vertente Jo. Guintherio. Par. 1534. f. Galeni de Hipp. et Pl. dogmat. lib. IX. Jan. Cornario interprete. Acc. adnot. quaed. c. indice. Lugd. 1550. 12. Lib. I. prodiit latine: Jo. Caii opera aliquot et verſiones partim jam nata, partim recognita et aucta, ſc. Caii de med. methodo libr. II.; de ephemera Britannica lib. I. Acc. Galeni de libris ſuis lib. I. de ordine libr. ſuor. lib. I. de ratione vict. ſec. Hippocr. in morb. ac. lib. I. antea non editus, de plac. Hipp. et Platon. lib. I. eod. Caio interpr. Lovan. 1556. 8.

27. *Fragmentum in Timaeum Platon. vel e quatuor comm., quos ipſe inſcripſit de iis, quae medice ſcripta ſunt in Platon. Timaeo.* — Exſtat *latine* tantum in ed. Chart. to. V. p. 275. Additi tamen a Charterio ſunt *graeci* e Platonis Timaeo loci, cum Marſ. Ficini verſione. — Exſtat etiam, interpr. August. Gadaldino, in VII. Junt. ed. inter fragmenta f. 43. *Galen.* in libro VIII. de Hipp. et Plat. decret. c. 5. p. 236. et c. 7. libri de tremore pollicetur, ſe facturum commentarios de medicis rebus in Timaeo, et in libro de propr. libr. ſe hac de re IV commentarios feciſſe adfirmat. — *Galeni* aliquot opuſcula etc. Lovan. 1556. 8. (Plenum titulum vide no. 24.) Alia editio hujus collectionis exſtare dicitur Lugd. 1550. 8.

28. *Περὶ σπέρματος βιβλία β'. De ſemine libri II.* Exſtant *graece* in ed. Ald. P. I. f. 105. in Baſil. gr. P. I. p. 226. in edit. Chart. to. III. p. 185. in VII. Junt. claſſ. I. f. 328.

Citat hos libros Galenus inter ſuos de art. med. c. 37. p. 230. to. II. de elem. ſec. Hippocr. c. 5. de uſu part. libr. XIV. c. ult. et in comm. in Aphor. I. 15. V. 48. Duo ſunt tantum libri. Tertium, ſpurium, et notante ipſo Charterio, credulo alias, multa abſona continentem, addidit Charterius, eumque *latinum* tantum.

In primo libro multa occurrunt de nutritione et formatione foetus in utero materno; in altero inprimis de formatione foetus in utero matris agitur.

CODEX *latinus* exſtat in bibl. reg. Parif. no. 6865.

EDITIONES *latinae* ſunt: *Galeni* de ſemine libr. II. Jo. GUINTERO interpr. Adiectae ſunt caſtigationes exempl. graeci. Par. ap. Sim. Colin. 1533. 8. — *Galeni* in libr. Hipp. de victus ratione in morb. ac. comment. IV. Jo. VALSAEO interpr. nec non ejusd. de ſemine libr. II. Jo. GUINTERO interpr. Bas. 1533. f. — *Galeni* de uteri diſſectione lib. I. de foetus formatione lib. I. et de ſemine libri II. et alia Galeni prodiere cum Marcello, *Jano Cornaro* interpr. Baſ. 1536. f. — L. B. ap. Elzev. ex interpr. GUINTHERII, 1634. 16. — A Jo. BERN. FELICIANO interpretati et ad vett. exemplar. fidem recogniti leguntur.

29. *Περὶ χρειας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων λόγοι ιζ*. *De uſu partium corporis humani* libri XVII. Exſtant in ed. Ald. P. I. f. 1. in gr. Baſ. P. I. p. 367. in Chart. to. IV. p. 284. in VII. Junt. claſſ. I. f. 113.

Meminit ejus libri, qui integer ad nos pervenit, *Galen.* de libr. propr. c. 3. et in arte med. c. 37. to. II. Citat etiam frequentiſſime, v. c. de ſem. lib. II. c. 2. de adm. anat. I. c. 1. de opt. corp. noſtri conſtit. c. 2. in comm. in Hippocr. II. aphor. 1. in comm. I. in Hipp. prognoſt. text. 23. et ſaepiſſime alias. Scripſit eum librum *Galen.*, cum M. Antoninum, in bello Germanico occupatum, Romae expectaret, valetudini Commodi praefectus, et poſt conſulis Boëthi diſceſſum, cui tamen primum de uſu part. librum jam dederat, teſte c. 2. de libr. propr. Ex optimis Galeni libris hoc opus eſſe, HALLERUS in bibl. anat. to. I. p. 93. teſtatur. Ad optimos etiam ejusdem Galeni libros retulit cum libris de loc. adfect. meth. med. et de ſimpl. medic. facultatibus THOM. BARTHOL. diſſ. III. de libr. leg. p. 85. Conſ. de hoc libro Theodoret. lib. V. de haeret. fa-

bul. c. 9. et CONR. DIETERICUS in anat. ſacr. p. 774. — Deſcribitur in eo opere partium corporis hum. fabrica et uſus, ita, ut ab externis partibus ad internas tranſitus ſit. Hinc de fabrica manus, pedis incipit, progreſſu facto ad abdominis, pectoris, capitis viſcera, ad oculos, ad externas faciei partes, ad medullam ſpinalem, genitales virorum mulierumque partes, tandemque ad nervos. Finis ſimul Galeno is eſt, ut admirandum opificis naturae artificium, quo in ſingulis partibus componendis uſus ſit, demonſtret. — Citat *Galen.* in his libris Lib. I. c. 16. opus de Hippocr. et Plat. decr. Lib. V. c. 4. librum de natur. facult. Lib. VI. c. 12. ſcriptum *περὶ πάσης τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαφωνίας*. Lib. X. c. 9. de motu muſculor. Lib. XII. c. 8. adminiſtr. anatom. priores libros, quibus perfectiores poſtea ſubſtituit. Lib. XIV. c. ult. libros de ſemine.

CODEX ejus operis anno 1609. ex legato ad facultatem med. Pariſin. pervenerat, teſte GUID. PATINO Lettres I. p. 52. Alii codd. graeci exſtant in bibl. reg. Paris. no. 2148. 2281. et alius, in quo tres libri poſtremi deſunt, no. 2154. Pars libri XIV. et XV. eſt graece in ead. bibl. no. 2252. Exſtat quoque cod. in bibl. Ven. D. Marci no. 287. et in Medic. duo. Erat etiam in bibl. MICH. CANTACUZENI. Imperfectus cod. no. 946. in Coll. Cai. Gonvil. *Cantabr.* — Galeni de partib. libr. VIII. ſunt in bibl. Coislin. Montfauc. P. II. p. 447.

Arabice exſtat in bibl. reg. Paris. ſub titulo: *Galinus te menafe' al aadha*, vertente et commentante *Honain*, filio Iſaaci, cognomine Al Ebadi, I. no. 988. In bibl. *Narciſſi*, archiepiſcopi Armaghienſis, no. 1709. Alius cod. arab. vertente *Abdulrahman* Ali ben Abu Sadir, qui et ſcholia adiecit, eſt in bibl. r. Pariſ. no. 1044. De eo cod. vid. *Herbelot* in bibl. orient. Novem libri a decimo usque ad decimum ſeptimum ſunt in bibl. Eſcurial. no. 845.

EDITIONES. *Graece* hunc librum integrum prodiisse, curante Jo. CAIO, Bas. 1544. f. refert HALLER. bibl. anat. I. p. 96. Sed prodiit tantum fragmentum libri VII. — Partem libri III. priorem graece prodiisse, curante eodem CAIO, Bas. 1544. f. idem refert. Decem libros graece seorsim prodiisse Paris. 1543. f. idem auctor est. — Quartus liber seorsim prodiit graece: *Galeni* de usu part. corp. hum. liber IV. graece, p. *Vitum (Ortelium)* Winsemium. Viteb. exc. Jo. Luft. 1549. 8. (Vid. Cat. bibl. Krohnii p. 213.) — *Latine* prodiit NIC. CALABRO interpr. Par. 1528. 4. 1531. f. cum aliis, Bas. 1533. f. — *Cl. Galeni* de usu partium corp. hum. libri XVII. NIC. REGIO Calabro interpr. Denuo exactiore cura ad graec. exempl. veritatem castigati p. JAC. SYLVIUM et MART. GREGORIUM. Par. ap. Wechel. 1538. f. Lugd. 1550. 12. — Interpr. GUINTHERIO, Andern. Bas. 1531. f. Versio NIC. REGII est in editt. oper. Galeni Papiensibus. Eam versionem emendarunt AUGUSTIN. GADALDINUS et Jo. CAIUS. — *Gallice* excusi sunt, vertente *Dalechampio:* De l'usage des parties du corps humain, livres XVII. Par Claude Galien, traduits fidellement du Grec en François. à Lyon 1565. 8. Repetita est haec editio 1566. Par. 1608. 8. 1659. 4. 1664. 4. — *Germanica* quoque prodire coepit: Vom Nutzen der Theile des menschlichen Körpers, aus d. Griech. übers. u. mit Anmerk. begleitet von G. F. F. NOELDEKE (etiam c. inscriptione: Galen's sämmtliche Werke. Th. 1.) Oldenb. 1805. 8. Nihil praeterea prodiit.

COMMENTARII. Jo. LONICERI erotemata in Galeni de usu partium libr. XVII. acc. ejusd. compendium de meteoris. Frcft. 1548. 8. — CASP. HOFMANNI comment. in Galeni de usu part. corp. hum. libr. XVII. Cum var. lect. in utrumque cod., graec. et lat. et indice gemino. Frft. typ. Wechel. 1625. f. (Addidit Hofmann. argumenta singulor. libror., multaque utilia congessit in commentariis pro more suo, et mul-

ta etiam nimis fuse in iis dicta sunt prolixeque, pro seculi, quo vixit, genio. Adpendix, in qua continentur variae lectiones graeci codicis, itemque hallucinationes interpretum, utilissima est, et permulta continet ad textum hujus libri integriorem efficiendum. Dolendum autem est, Hofmanum codices graecos, quibus usus est, plane non descripsisse. Multa enim mutavit et emendavit ex ingenio. In pagina tituli aversa legitur Hofmanni consilium de edendo Galeno, ac sponsio publica eaque solennis de reddendis cuique codd. mss. Galeni ad ipsum transmissis.) In catal. bibl. Chr. Gfr. Gruneri no. 320[b]. reperiuntur hi commentarii in Gal. de usu part. msti, qui utrum sint, qui typis excussi prostant, an curas novas contineant, quas Hofmannus isti operi impenderit, id comperire haud potui. Totus Hofmanni apparatus, quo promissam omnium Galeni operum editionem augere atque exornare voluit, centum voluminibus formae maximae constans, in bibliothecam Askewianam migravit. Vid. Reiskens *Leben u. Briefe.* — Augustae laudes divinae majestatis cunctis pensandae mortalibus, a centum undequadraginta miraculis in homine e divinis Galeni de usu partium libris XVII. selectae — a Sebast. Meyero. Frib. Brisg. 1627. 12. — Exstat in hoc Galeni opus Theophili Protospatharii in Galeni de usu part. libros epitome, quam de corpor. hum. fabrica inscripsit, Jun. Pa. Crasso, Patav. interpr. Par. 1540. 8. Vertit Crassus hunc librum e graeco codice. Utilissimam esse hanc epitomen, omniaque referre, quae Galenus dixit, testatur Crassus. — Jac. Sylvius reliquit commentarios in Galeni libros de usu partium, quorum in isagoge sua anatomica aliquoties meminit, eosque typographus, qui isagogen Parisiis impressit, Jo. Hulpetan, anno 1555. brevi se publicaturum esse promiserat quidem, sed promissis non stetit.

30. *Περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου. De instrumento odoratus.* Exstat in Ald. ed. P. I. f. 94. in gr. Bas. P.

I. p. 206. in Chart. to. V. p. 354. in VII. Juntar. claff. I. f. 110.

Haud meminit hujus libri Galenus neque de libr. propr., neque art. med. c. 37. Citat vero eum in libro VII. de Hipp. et Pl. decr. c. 6. p. 218. to. V. Libros de ufu part. in ipfo hoc libello commemorat. Scriptus igitur fuerit, poftquam uterque liber de ufu partium et de Hippocr. et Plat. decret. jam editus erat, neceffe eft. Videtur hinc effe Galeni opus aetate provectioris.

CODEX *graecus* eft in bibl. reg. Parif. no. 2164.

VERSIO *latina* debetur LUD. BELISARIO, TRINCAVELLIO et RICCO. Prodiit lat. cura GUINTHERII. Parif. 1536. f. cum aliis.

31. *Περὶ τῶν πεπονθότων τόπων ϛ'. De locis adfectis libri fex.* Exftant in ed. Aldin. P. III. f. 27. in graec. Bafil. P. III. p. 248. in Charter. to. VII. p. 378. in VII. Junt. claff. IV. f. 2.

Refert Galenus, fe hos fcripfiffe libros, de libr. propr. et in art. med. c. 37. Omnibus aliis Galeni operibus HALLER. (bibl. med. pr. to. I. p. 245.) hoc praefert, quod maturioris aetatis partus fit, quod expreffe memorat Galen. in libro III. de loc. adf. c. 3. p. 427. et omnibus fere aliis Galeni fcriptis nuperius, quodque mira fagacitate, quoties in aliqua corporis parte dolor erat, aut convulfio, aut paralyfis, aut aliud fymptoma, ftudiofe inquirebat, quo loco morbi caufam quaerere oporteret. Eft fane liber pathologiae ac femiotices ftudio maxime inferviens. Citat Galenus in his libris libr. de Hipp. et Plat. decret. de pulfibus, de fymptomat. cauffis, de dignofcendis oculorum adfectibus, de refpirationis cauffis, de voce, de vivorum diffectione, de fpirandi difficultate, de motu mufculorum, de marcore.

CODICES *graeci* funt in bibl. reg. Parif. no. 2157. in bibl. Caes. Vindob. Lamb. comm. VI. p. 100.

in Medicea. Montfauc. I. p. 387. Bandini III. p. 131. et alius codex de *dignotione* locor. adfect. Bandini III. p. 115. in bibl. Lugd. Bat. *περὶ διαγνώσεως τῶν πεπονθότων τόπων* libri VI. integri. (v. Cat. ejus bibl. p. 394. no. 53.) In biblioth. G. Laudi. Cat. mſt. Angl. no. 709. in Voſſian. Cat. bibl. Britann. no. 2164. Erat etiam codex apud Mich. Cantacuzenum. Varias lectiones ex mss. Pariſinis exhibuit Charterius in conciſis notis ad to. VII. oper. Hippocr. et Galen. p. 886. Eclogae ex his libris ſunt *graece* in bibl. Caeſ. Vind. de Neſſel III. p. 26. no. 15. In biblioth. D. Marci Ven. cod. 280. (catal. p. 135.) — *Latini* in bibl. reg. Pariſ. no. 6865. a. et b. in Mertonenſi no. 685. in bibl. Iſ. Voſſii no. 2162.

VERSIONES. *Arabica* libror. IV. priorum verſio eſt in bibl. Eſcurial. no. 843. *Hebraica* ex arabica facta a R. Chanin ben Iſaac eſt in bibl. Caeſ. Vindob. Lamb. ed. Kollar. I. 291.

Non citat umquam Galenus, etſi occaſio ipſi non defuiſſet, hos libros de parabilibus medicamentis, quod eo magis mirum, quia Galenus ſuos libros alias citare ſolet quam ſaepiſſime. Neque ſe ſcripſiſſe monet tales libros nec in c. 37. de art. med. nec in libello de libr. propr. Hinc jam hac de cauſſa, niſi putes, Galenum eos ſcripſiſſe, poſtquam ceteros omnes libros jam ſcripſerat, ad ſpurios referendi ſunt. Referendi vero ſunt etiam ideo ad ſpurios, quod plane ad empiricorum morem, et quidem ad eum morem compoſiti ſunt, quem ſervare ſolebat haec ſecta, poſtquam a priſtina ſua integritate deſciverat, quod fere poſt Galeni tempora eſt factum. Neque hi libri tres ab uno auctore compoſiti ſunt. *Primus* ad Glaucon., in quo etiam de methodo medendi ad Glaucon. librum citat, et anti-

quior, et ad Galeni ingenium magis compofitus. Multa continet medicamenta ex Archigene, cujus libris Galenus in aliis libris de medicamentis crebro ufus eft. Tamen, quod, morbi nulla plane ratione habita, ejusque cauffae, tantum medicamenta alia atque alia proponuntur, non exftimandum eft, Galenum, feveriorem dogmaticum, et empiricorum oforem acrem, hunc librum confcripfiffe. Spurium effe hunc librum, etiam ex Oribafio colligere licet. *Alter* de medicamentis paratu facilibus liber, ad Claud. Solonem, archiatrum, fcriptus, cujus Galenus alias non meminit, empiriam longe minus coctam redolet, morborumque, nullo eorum facto difcrimine, remedia a capite ufque ad calcem complectitur. Multa etiam fuperftitiofa et abfurda in eo proponuntur, quae ab ingenio Galeni plane abhorrent. *Tertius* liber peffimus eft. Galenus ipfe in eo paffim citatur. Eft plenus ignorantiae et fuperftitionum, et fcriptus a Chriftiano, qui vires adeo adfcripferit candelae ad ignem in facello Pauli Apoftoli accenfae, atque de fanctis anargyris loquitur. Incidere hunc librum in tempora imperatorum Conftantinopolitanorum, Haller. in bibl. bot. to. I. p. 151. recte monet. Integriores edidit hos libros e mss. Parifin. Charterius. Quidam haec euporifta Galeni ad Oribafium retulere; fed omnia faltim ad eum referre haud licet.

EDITIONES *graecae.* Galeni de facilibus paratu remediis liber. Graece. Lut. Paris. 1530. 8. Repetita dicitur Paris. 1536. 8. *Latinae.* Baf. 1576. 8. — curante J. Hollerio. Paris. 1543. 16. 1549. 8. — c. verfione Sebast. Scrofae. Par. 1548. 8. — Interpres primi libri eft Hubert. Bartlandus. Libri fecundi et tertii interpres eft Jun. Paul. Crassus, qui hiulca graeci textus fupplevit. Interpretatus quoque eft Jo. Guintherius.

98. *Πρὸς Πίσωνα περὶ τῆς θηριακῆς. De theriaca ad Pifonem liber.* Exftat in ed. Ald. P. II. f. 85.

in gr. Bas. P. II. p. 456. in Charter. to. XIII. p. 930. in VII. Junt. claſſ. V. f. 89.

Non Galeni opus eſſe, ſed alius medici, ejusdem fere cum Galeno aetatis, ſupra in vita Galeni e Labbeo tradidimus. Hier. Mercurialis ſcriptum eſſe putat a Galeno iuvene, quod eſſe nequit, quia in eo memorantur, quae Galenus, provectior jam aetate, peregerat effeceratque. Galeni eſſe, non dubitarunt Aetius, Paulus Aegineta, Arabes medici. Scriptus maxime eſt ad theriacae uſum commendandum, quae vero recte compoſita eſſe debeat, minus recte compoſitae enim ad venena animalium virtutem nullam eſſe. Legitur in hoc libro Andromachi ſenioris, Neronis archiatri, carmen de theriace et viperis, Galene appellata, c. 6. ſequ. p. 937. Chart. Idem carmen legitur etiam in libro de antidotis. (Vide de Andromacho hoc ſeniore et de aliis theriacarum ſcriptoribus J. A. Fabric. bibl. gr. libr. III. c. 26. §. 8. K.)

CODEX ms. eſt in B. R. Paris. n. 2164. et in bibl. Medicea. *Γαλήνου πρὸς Πίσωνα περὶ θηριακῆς* eſt inter Voſſian. ac. Lugd. B. (vid. Cat. p. 394. n. 58.) in bibl. D. Marc. Ven. n. 281. (De cod. *arabico* mſto, in quo deſcriptio hujus theriacae continetur, vid. Lambec. comment. VI. p. 143. K.)

EDITIONES. Prodiit Paris. 1531. f. 1534. f. 1536. f. Galeni de theriaca ad Piſon., interpr. et commentat. Jo. Juvene, medico. Ejusd. de antidotis libri II. ab Andr. Lacuna in epitomen redacti. Acc. Jo. Juvenis epiſt. complect. medicamenta bezoardica, quorum uſus a peſte praeſervat. Antwerp. 1575. 12. — De herba panacea, quam alii tabacum, alii pedum vocant, ab Aegid. Everato in ordinem redactus. Antwerp. 1587. 12. Continentur ſimul in hoc libro: Galenus de theriaca ad Piſon. et ejusd. de antidotis libri II. ab Andr. Lacuna in compendium redacti.

INTERPRETES *latini* ſunt Jul. Martian. Rota et Jo. Guintherius. Andromachi ſenioris anti-

quiſſimum de theriaca carmen ad imperat. Neronem. Norimb. 1754. 4. Joach. Camerarius jam antea Andromachi et aliorum carmina ex Galeno latine ediderat.

99. *Περὶ θηριακῆς πρὸς Παμφιλιανόν.* *De theriaca ad Pamphilianum.* Exſtat in ed. Ald. P. II. f. 93. in gr. Baſ. P. II. p. 469. in Chart. to. XIII. p. 960. in VII. Junt. cl. V. f. 98.

Eſt brevis et practici argumenti.

CODICES *graeci* ſunt in B. R. Pariſ. n. 2164. ſeculi XV. codex eſt in bibl. D. Marc. Ven. n. 279. et ejusd. ſeculi n. 281.

INTERPRETES *latini* ſunt Jul. Martian. Rota et Joach. Camerarius. (Hujus et proxime praecedentis libri verſio italica haec exſtat: Della theriaca libri II. di Cl. Galeno a Panfiliano ed a Piſone. Tradotti da Michelangelo Angelico, Vicentino. Vicenza 1608. 8. Aliam editionem, eamque poſteriorem citavi ſupra no. 81. K.)

100. *Περὶ τῶν ἐπιδέσμων.* *De faſciis liber.* Deeſt is liber in editt. Ald. et gr. Baſil. Exſtat vero in Chart. to. XII. p. 469. et in VII. Junt. cl. VII. f. 293.

Promiſerat Galenus in comm. II. in Hipp. libr. de officina medici, ſe libellum ſcripturum de faſciis; num vero hic liber is ſit de quo loquitur Galenus, dubitare aliquantulum licet. Citatur enim in eo Oribaſius de machinamentis, qui ſi Oribaſium auctorem habet, neque antiquiorem auctorem, isque locus, in quo Oribaſius de machinamentis citatur, genuinus eſt, liber de faſciis Galeni eſſe nequit, ſed recentioris auctoris eſſe debet. Quae quomodocunque ſe habeant, Galeno non indignum opuſculum hoc de faſciis eſt, in quo non ſolum deligationum modi omnium corporis partium, a capite ad pedes uſque, ſed et multa alia proponuntur, quae ad chirurgiae hiſtoriam pertinent.

CODICES *graeci*. Sunt in B. R. Paris. n. 2245. et 2247. duo codices, e quorum alterutro Charterius

textum graecum primus typis vulgavit, eo fortaſſe, quo Vidius fuerat uſus. Eſt etiam cod. graecus in bibl. Medicea et in coll. *Nicetae.* Vid. Cocchi in praef. ad Graecor. chirurgicos libros p. 12. — Cod. *latinus* eſt in B. R. Paris. n. 6866.

INTERPRES *latinus* hujus libri eſt *Vidus Vidius.* Ejus verſio exſtat in Chirurgia e graec. in lat. converſa, *Vido Vidio* interpr. c. nonnullis ejusd. Vidii commentariis. Lut. Par. 1544. f. p. 415. c. figuris buxo inciſis copioſiſſimis. Ad interpretationem ſuam Vidius uſus eſt codice mſto e B. R. Pariſina, in quo etiam Soranus et Heliodorus continebantur. Ex his in interpretatione ſupplevit Vidius quaedam, quae ſibi aut omiſſa a Galeno, aut interiiſſe viſa erant. — Galeni de faſciis libellus, a Vido Vidio latinitate donatus, congruisque iconibus illuſtratus in 12. ſine loco et anno. — Repetita eſt ea editio Lugd. 1553. 16. — Prodiit etiam in CONR. GESNERI ſcriptoribus chirurg. Tigur. 1555. f. — Ἐκ τῶν Γαληνοῦ ὑπομνημάτων περὶ ἐπιδέσμων βιβλίον. *Ex Galeni commentariis de faſciis libellus.* Exſtat in ed. Chart. to. XII. p. 500. Pertinet huc. Eſſe videtur excerptum ex libro de faſciis, compoſitum a Galeniſta, rerum ſuarum gnaro. Eſt fragmentum tantum, cui finis deeſt.

XI. Libri manifeſte ſpurii, qui inter Galeni opera recepti leguntur, hi ſunt:

101. *Περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. De hiſtoria philoſophica.* Exſtat in ed. Ald. P. IV. f. 28. inter nothos, in gr. Baſ. P. IV. f. 42. in Chart. to. II. p. 21. in VII. Junt. in claſſe ſpurior. f. 2.

Eſt Plutarchi liber de placitis philoſophorum, in principio tantum aliquantulum mutatus. JUL. MARTIAN. ROTA hunc librum tribuit Aetio, quem de placitis philoſophorum ſcripſiſſe teſtatur Theodoritus therapeut. Vide quae dicta ſunt in bibl. gr. JO. ALB. FABRI-

cii ad Plutarch. libr. de placitis philoſophor. — *Graece* etiam exſtat in Ariſtotelis opp. Ven. 1497. f.

VERSIONES. Jul. Mart. Rota interpretatus eſt, ſed minus feliciter. — Andr. Lacunae interpretatio prodiit Colon. 1543. 8.

102. Ὅροι ἰατρικοί. *Definitiones medicae ad Theutram ſcriptae.* Exſtant in ed. Ald. P. IV. in iſagog. f. 11. Aldus vero eas inter nothas refert. In gr. Baſ. P. IV. p. 390. ubi etiam ſpuriis adnumerantur. In ed. Chart. to. II. p. 232. In VII. Junt. in iſagog. f. 43.

Vix etiam pro genuino Galeni opere hae definitiones haberi poſſunt, et ſi conſcriptas ab eo putes, non πρὸς ἔκδοσιν ſcriptas eſſe exiſtimandum eſt. Continentur in iis multa excerpta ex antiquioribus medicis, quorum ſcripta periere, eamque ob rem magni aeſtimandae ſunt. Auctor etiam in prooemio p. 232. 233. ed. Chart. to. II. candide profitetur, ſe definitiones ſuas ex aliis exſcripſiſſe, addidiſſe vero, quas ſcriptas non invenerit. Ordo ceterum nullus eſt, ex quo etiam intelligitur, hunc librum non Galeni eſſe, ordinis amantiſſimi. Genuinum tamen putat Charter. in conciſis not. ac var. lectt. ad hunc librum p. 404.

CODICES *graeci* exſtant mss. in B. R. Par. n. 2151. 2175. 2252. Exſtant etiam in Auguſtana et Vind. Lamb. libr. VI. p. 196 et 145. Cf. de Neſſ. P. III. p. 27. n. 8. in bibl. reg. Lond. Caſhley p. 216. in bibl. Cai. Gonvill. n. 948. Fragmentum definitionum medicar. exſtat graece in bibl. Auguſt. Alius codex, isque integrior omnibus, exſtat in bibl. Vindob. graece. Vid. de Neſſ. P. III. n. 19. 9. p. 30. Galenus de definitionibus eſt, ut puto, latine inter mss. bibl. Jacobeae n. 8484.

EDITIONES. Prodiit *graece* et *latine* in Seb. Singkeleri ſchola med. Baſ. 1537. 8. (Titulum plenum vide ſupr. no. 83.) — *Latine:* Galeni definitiones medicae, interpr. Jona Philologo. Par. ap.

Sim. Colinaeum 1528. 8. Repetita eſt ea editio Colon. 1529. 8. — Verſus latine is quoque liber eſt a BARTHOL. SYLVANIO, et quidem ita, ut Sylvanius ex codicum veterum collatione hunc librum pluribus locis auxerit. Emendatior et ex collatis codd. graecis accuratior facta haec verſio exſtat in VII. Junt. opp. Galeni editione.

103. *De partibus artis medicae.* Exſtat in ed. Chart. to. II. p. 282. in VII. Junt. in claſſ. ſpurior. f. 16.

Latine tantum exſtat e verſione NIC. RHEGINI. — Exſtat Galenus de duplici medicina, qui forte is liber eſt, latine ſcriptus in bibl. Taurin. Montf. II. p. 1397. (In catal. codd. latinor. bibl. Taurin. p. 291. n. 939. membran. ſaec. XIV. f. 32. citatur *liber tegni Galeni*, mutilus in fine: praeter hunc nullus alius liber Galeni inter codd. latin. invenitur.)

104. *De anatomia vivorum liber.* Exſtat latine tantum in ed. Chart. to. IV. p. 194. et in VII. Junt. inter ſpurios f. 44.

Ediderat Galenus librum περὶ τῆς ἀνατομῆς ἐπὶ τῶν ζώντων, quem memorat de arte med. c. 37. p. 230. quem etiam in aliis pluribus locis περὶ ζωοτομίας dixit. Sed is liber de vivorum anatome, qui adhuc proſtat, Galeni genuinus foetus non eſt, quippe in quo ipſe Galenus citetur, et Iſaac, et in quo omnia ad Saracenorum indolem religionemque propoſita ſunt, ut eum itaque ab Arabe quodam conſcriptum eſſe recte putes. Neque reſpondet titulo; ſed compendium anatomicum eſt, cui poſteritas, gnara Galeni libri περὶ τῆς ἀνατομῆς τῶν ζώντων, eum titulum dedit. Quaedam tamen habet ſatis bona, v. c. de corde, de pulmonum ſenſu exiguo vel nullo, de diaphragmatis nervo cet.

CODEX erat in bibl. MICH. CANTACUZENI. Verdier p. 62. Galen. de interioribus membris eſt *latin.* in bibl. Merton. coll. n. 685. Anatomia Galeni eſt in bibl. dom. St. Petri Cantabr. n. 1862. Galeni anatomia eſt inter libr. Voſſ. n. 2127.

De anatomia parva liber. Exſtat latine tantum in ed. Chart. to. IV. p. 218. in VII. Junt. inter ſpurios f. 42.

Eſt quoque Arabis opus, ex Galeno, quod ipſe ejus auctor fatetur, excerptum. Deridendum opus Conr. Geſnerus dicit. Quaedam ex animalium anatomia continet, inprimis porci, cujus viſcera auctor humanis putat eſſe ſimillima. Liber inſcriptus etiam reperitur *de anatomia parva ſive anatomia porci.*

De anatomia oculorum. Exſtat latine in ed. Chart. to. IV. p. 223. in VII. Juntar. in ſpurior. claſſe f. 57. Galenum auctor libri citat, quem ex Galeni libris compoſuit. Vitioſa multa habet, tamen et quaedam utilia, v. c. nervum opticum utrumque coire, eoque modo effici, ut utroque oculo homo unum tantum obiectum conſpiciat. — *Latine* vertit olim DEMETRIUS, et NICOL. RHEGINUS, Calab. — Prodiit Paris. 1536. Vertit etiam et edidit MATTH. THEOD. MELANELLUS. Antwerp. 1540. 4.

105. *De compage membrorum ſ. de natura humana.* Legitur in ed. Chart. to. V. p. 330. in VII. Junt. inter ſpurios f. 58.

Eſt liber ſpurius, qui *latine* tantum exſtat, rudem Galeni pathologiam ac phyſiologiam complectens. Vid. Arabiſtae eſſe opus, aſtrologiae deliramentis indulgens. — Erat inter libros MICH. CANTACUZENI.

106. *De natura et ordine cujuslibet corporis.* Eſt liber ſpurius, qui latine tantum exſtat in ed. Chart. to. V. p. 327. in VII. Junt. in ſpuriis f. 42. Latine ſcriptus eſt, quod patet ex cap. 1. Auctor Apollonium ſaepe citat, et multos Hippocratis libros ſe latinos feciſſe perhibet.

107. *Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι. Quod qualitates incorporeae ſint, Galeno adſcriptus liber.* Exſtat in Ald. P. IV. inter ſpurios f. 27. in gr. Baſil. P. IV. p. 493. in Chart. to. II. p. 60. in VII. Junt. in claſſ. iſagog. f. 8.

Spurius eſt ex ſenſu omnium. Scriptus eſt ad Pindarum, quem c. 8. alloquitur, contra Stoicorum philoſophiam. — Interpres eſt HORAT. LIMANUS.

108. *De motibus manifeſtis et obſcuris.* Exſtat *latine* tantum in ed. Chart. to. V. p. 397. in VII. Junt. in ſpur. f. 66.

Is liber, referente CONR. GESNERO in enumeratione librorum Galeni, a Joannitio ſ. Honain ex graeco arabicus, et ex arabico a Marco Toletano latinus factus eſt. Ad meliores Galeni libros pertinet, aut ſaltim ex Galeni libris factos. Compilatus eſt ex Galeni libris a gnaro eorum homine, Chriſtiano, neque enim alius hominem pro Titio Petri nomine citaverit. Occurrunt enim in illo errores anatomici, quos commiſſos a Galeno eſſe vix credas. Excerptus forſan eſt ex libro de obſcuris motibus, quem compoſuiſſe refert Galenus in libro de muſculorum diſſectione.

109. *De facultatibus corpus noſtrum diſpenſantibus.* Exſtat *latine* tantum in ed. Chart. to. V. p. 7. et in VII. Junt. in ſpur. f. 60. et in aliis editt. Galeni latinis inter ſpurios. Eſt liber Arabiſtae, ex Galeno collectus. — CODD. *latini* exſtant in B. R. Pariſ. n. 6865. et 7015.

110. *De diſſolutione continua ſ. de alimentorum facultatibus.* Exſtat in ed. Charter. P. VI. p. 403. et in VII. Junt. inter ſpurios f. 71. Proſtat tantum latine. Ex Galeno compoſitus eſt, ut videtur, ab Arabiſta.

111. *Διαθήκη περὶ τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος κατασκευῆς. Περὶ τῆς τεσσάρων τῶν ὡρῶν τε καὶ ιβʹ μηνῶν διαίτης. Praeceptum Galeni de humani corporis conſtitutione; de diaeta quatuor anni tempeſtatum et duodecim menſium.* Ex codd. mss. B. R. Pariſ. primus graece edidit et latinam verſionem confecit Charterius. Eſt opus Neo-Graeci, arabici ſaporis.

CODEX *graecus* exſtat in bibl. Vind. n. 32. de Neſſel P. III. p. 43.

112. *Περὶ χυμῶν. De humoribus liber.* Graece non exſtat neque in Aldin. neque in Baſil. Eum primus graece edidit Chart. to. III. p. 150. refertque eum inter eos, quos graece in lucem prodire primum curaverit. Eſt opus Galeniſtae graeci recentioris, in quo inprimis influxum tempeſtatum in quatuor humores corporis noſtri demonſtrat rudi pathologia et a Galeni ingenio abhorrente. Relatus etiam eſt is liber inter ſpurios in edit. VII. Junt. ubi legitur in cl. ſpurior. f. 118. AUGUSTIN. GADALDINO, Mutinenſi, interpr. An eſt is liber *περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτους*, quem recenſet inter codd. gr. bibl. Vind. de Neſſ. P. III. n. 28. p. 59? Galeni de humoribus liber, diverſus ab edito, erat in bibl. Coisl. Montf. P. II. p. 448. — Galeni de humorib. liber graece nunquam antea typis excuſus c. verſ. lat. notis margin. et tabella totius libri BERNARDI BERTRANDI, Rhegini. Arg. 1558. 8. Saragoſſae prodiit, vertente RASARIO, 1567. 4. — ARCHANG. PICCOLHOMINI in librum Galeni de humoribus commentarii. Pariſ. ap. Bern. Turriſan. in Ald. bibl. 1556. 8.

113. *Περὶ προγνώσεως. De praenotione liber.* Eſt in ed. Chart. graec. et lat. to. VIII. p. 890. Charterius primus e codd. B. R. Pariſ. edidit. Non videtur genuinus Galeni eſſe. CODEX *graecus* Galeni de praenotione exſtat inter Voſſ. bibl. ac. Lugd. B. vid. cat. ej. bibl. p. 397. n. 45. in bibl. D. Marc. Ven. n. 281. cf. cat. p. 136. — *Latinus* exſtat in bibl. monaſt. Gaybac. n. 285. f.

114. *Πρόγνωσις πεπειραμένη καὶ παναληθής. Galeni omnino vera expertaque praeſagitio.* In ed. Chart. to. VIII. p. 895. graece et lat. ex Ms. B. R. Par. Eſt liber omnino malae notae ac ſpurius. Eſt etiam inter ſpurios edit. VII. Junt. f. 45. — Galeni lib. de praeſagitione GEO. VALLA interpr. prodiit c. aliis Galeni et alior. Graecor. Ven. 1498. f. Bas. 1542. 8.

115. *Περὶ φλεβοτομίας.* *De venae ſectione.* Graece et latine exſtat in ed. Chart. to. VIII. p. 898. e cod. B. R. Paris.

Eſt ſpurius. Paulus enim Aegineta in eo citatur, et excerpta e Galeno tantum continet.

116. *Περὶ κατακλίσεως προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης.* *Prognoſtica de decubitu ex mathematica ſcientia.* Exſtat in Chart. to. VIII. p. 901. graec. et lat. ex cod. mſt. B. R. Paris. — Galeni iatromathematica in cod. n. 336. bibl. D. Marc. Ven. (cat. p. 155.) In VII. Junt. inter ſpurios f. 112. Interpretatus eſt Jos. Struthius, quo interpr. Jac. Ant. Marescottus edidit. Eſt abſurdum opus Neograeci, in arabica aſtrologiae ſcientia delirantis.

CODEX *graecus* in B. R. Pariſ. n. 2139. in bibl. Vatic. Montfauc. p. 10.

117. *Περὶ οὔρων.* *De urinis liber Galeno adſcriptus.* Eſt in ed. Ald. P. IV. inter ſpurios f. 22. in ed. Baſ. P. IV. p. 410. in Charter. to. VIII. p. 337. in VII. Juntar. cl. IV. f. 122.

Etſi Galenus in comm. I. in Hipp. libr. de humoribus ſcribit, ſe librum de urinis ſcripſiſſe, hic tamen de urinis, qui adhuc ſupereſt, Galeni genuinus non eſt, etſi Galeni doctrinam refert.

CODEX *graecus* eſt in B. R. Pariſ. n. 2260. in bibl. Med. plut. 74. bis. Bandin. III. p. 122. 131. 132. Excerpta ex Galeno de urinis ſunt in Medicea. Urinarum diviſio Galeni eſt in bibl. Bodl. no. 261. Galeni de optimis ſecundum naturam urinis eſt in bibl. Vindob. graece. Vid. de Neſſel III. n. 19. 10. p. 30. Galeni *σύνοψις περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς* eſt in bibl. Vindob. Cf. de Neſſ. P. III. 19. 11. p. 30, Galeni de urinis eſt in bibl. Caſinenſi. Montf. p. 222. — Cod. hebraicus, ex arabico verſus, eſt in bibl. Vind. Lamb. ed. Kollar. I. p. 290.

EDITIONES. Galeni de urinis liber, nec non de boni et mali ſucci cibis liber, et de hirudinibus, re-

vulſ. cucurb. et ſcarif. Par. ap. Sim. Colinaeum ſ. a. 8. An is liber de urinis eſt Galeni περὶ τοῦ οὐρογιγνώσκειν, qui prodiit Pariſ. ap. Morellum 1550. 8.? Prodiit etiam ſeorſim ab innumeris mendis repurgatus; graece et lat. ſtudio SALOM. ALBERTI. Viteb. 1586. 8. *Latina* interpretatio exſtat JOS. STRUTHII, Poloni, quae utplurimum legitur in Galeni opp. latinis. Ea etiam uſus eſt Charterius.

COMMENTARII. LEONH. ROGANI in Galeni libell. de pulſib. ad tiron. commentarius. Acc. ejusd. de urinis libri III. ex Hippocr. et Galeno collecti. Venet. 1575. 8. 1597. 8. — FR. VALLESII commentaria in Galeni libros continent quoque librum de urinis ex Galeni ſententia. (Titulum libri integrum vid. ſupr. n. 31.) — JO. BPT. NAVARRO commentarius in hunc librum ſupra no. 40. titulo pleno adductus eſt. — J. A. BELLOFORTI in eum librum commentarius prodiit Par. 1566. 8. et FERD. MENAE Complut. 1553. 4.

118. *Περὶ οὔρων ἐν συντόμῳ. De urinis compendium.* Exſtat in ed. Chart. to. VIII. p. 349. Ex mſto cod. B. R. Pariſ. hoc opuſculum primus graece et latine edidit Charter. Verſionem Patellus confecit. — Summa urinarum ſecundum Galenum eſt in libr. R. Burscough. n. 7673.

119. *Περὶ οὔρων ἐκ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ καὶ ἄλλων τινῶν. De urinis ex Hippocrate, Galeno aliisque quibusdam.* Exſtat in ed. Charter. to. VIII. p. 352. in VII. Junt. in ſpuriorum claſſe f. 78. GEORG. VALLA interprete.

CODEX *graecus* eſt in B. R. Pariſ. n. 2269. *Περὶ οὔρων ἐκ τῶν τοῦ Γαληνοῦ* eſt in bibl. Coislin. Montf. II. p. 447. in bibl. Taurin. *Ἰδικῶς περὶ οὔρων ἐκ τῶν Γαληνοῦ Μάγνου τοῦ καὶ πρωτοσπαθαρίου Θεοφίλου βασιλέως περὶ οὔρων* exſtat ſcriptus in foliis quatuor in bibl. ac. Lugd. B. inter libros Voſſian. Vid. cat. hujus bibl. p. 392. n. 31. Excerpta ex Galeno et aliis nonnullis antiquis auctoribus de urinis et

pulſu exſtant in graeco et barbaro idiomate in bibl. Vind. n. 47. de Neſſ. P. III. p. 53. Alia excerpta de Neſſ. P. IV. n. 178. p. 99. Galeni urinarum diviſio eſt inter libros Th. Roe. Catal. mss. Angl. n. 261. Excerpta ex Galeno et Theophilo protoſpathario de urinis exſtant in bibl. Auguſt. cat. p. 27. — Collectanea ex Galeno de variis urinae quoad colorem generibus exſtant inter libros legati Warneriani in bibl. ac. Lugd. B. p. 407. no. 53.

120. *Quaeſita in Hippocratem de urinis.* Exſtant latine in ed. Chart. to. VIII. p. 918. et in VII. Junt. inter ſpurios f. 113.

Sunt Arabiſtae cujusdam. — Geo. Vallae de urinae ſignificatione ex Hipp. Paulo Aegineta ac Theophilo. It. Galeni quaeſtiones in Hippocr. Dioclis epiſt. de bona valetud. tuenda. Argent. ſ. a. 8.

121. *Περὶ σφυγμῶν πρὸς Ἀντώνιον φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον. De pulſibus ad Anton. diſciplinae ſtudioſum ac philoſophum.* Exſtat graece et latine in ed. Chart. to. VIII. p. 333. Charterius ex mſto cod. B. R. Pariſ. hunc libellum primus edidit. Eſt ſpurius et ex Galeni de pulſibus libris compoſitus.

122. *Compendium pulſuum Galeno adſcriptum.* Exſtat latine in Chart. ed. to. VIII. p. 330. Eſt Arabiſtae opus.

123. *Περὶ τῆς τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν διαγνώσεως καὶ θεραπείας. De adfectuum renibus inſidentium dignotione et curatione liber adſcriptitius.* Eſt in Ald. ed. P. IV. inter nothos f. 13. in gr. Baſ. P. IV. pariter inter nothos, in Charter. to. X. p. 526. in VII. Junt. cl. VII. f. 191.

Eſt ſpurius. Demetrii Pepagomeni eſſe Fabricius autumabat, ad imperatorem ſcriptus, cujus archiatrum *σύνδουλον* ſuum vocat, ipſum vero principem ſic alloquitur: *ἥλιε τῆς ἐμῆς ψυχῆς.* Dicit enim: *δεῖ καὶ ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς* etc.

CODEX *graecus* eſt in bibl. D. Marc. Ven. n. 282. (catal. p. 136.). Galeni de renum adfectuum dignotione et medicatione liber. Chph. Sotere (Heyl) interprete. Mog. ap. Jo. Schoeffer. 1530. 8. cum aliis. Baſ. 1533. f. Hanc Heylii verſionem repetierunt editores operum Galeni latinorum.

124. *De colico dolore libellus.* Exſtat latine tantum in ed. Charter. to. X. p. 522. et in VII. Junt. cl. ſpurior. f. 125. Graeca deſiderantur.

CODICES *latini* ſunt in B. R. Pariſ. n. 6865. 6867.

EDITIO. Prodiit c. libro de clyſteribus et colica liber a *Johannitio* e graeca in arabicam et inde a *Kalonymo* in hebraicam linguam translatus, jam primum editus (interpr. Frc. Raphelengio) L. B. 1591. 8. ex off. Plant.

125. *Galeni introductorius liber varias morbor. curas complectens*, prodiit cura Jo. de Tornamira c. Valeſco de Taranta philoſ. pharmaceutico. Lugd. 1535. 8. — Propleumata Ariſtot. Avic. Gal. vnd Alb. M., darinn menſchlicher u. thieriſcher Natur u. Eigenſchaften durch Fragſtücke begriffen. Auch mancher Handt Artzneyen den Menſchen zu Gut angezeigt werden. Strasb. 1545. 4.

126. *De cura icteri Galeno adſcriptus liber.* Exſtat latine in ed. Chart. to. X. p. 524. in VII. Junt. in ſpurior. cl. f. 110. Exſtat latine tantum, ſpurius manifeſte.

CODEX *latinus* eſt in B. R. Pariſ. n. 6865.

127. *Περὶ μελαγχολίας ἐν τῶν Γαληνοῦ καὶ Ῥούφου καὶ Ποσειδωνίου καὶ Μαρκέλλου Σικαμίου τοῦ Ἀετίου βιβλίον. De melancholia ex Galeno, Rufo, Poſidonio et Marcello Sicamii Aetii libellus.* Exſtat in ed. Ald. P. IV. inter ſpurios f. 50. in gr. Baſ. P. IV. p. 469. in Chart. to. X. p. 496. in VII. Junt. cl. ſpur. f. 109.

Capita ſunt 9. 10. et 11. ex Aetii tetrab. II. ſerm. 2. p. 250. coll. H. Steph. ad verbum, quod vocant, expreſſa.

CODEX *graecus* eſt in bibl. D. Marc. Ven. no. 279. cat. p. 135. et in cod. 276. 282. et 284. de atra bile.

128. *Galeni de oculis lib. adſcriptitius in VI. ſectiones diſtributus.* Exſtat *latine* tantum in ed. Chart. to. X. p. 504. in VII. Junt. cl. VII. f. 182.

Paulus citatur in eo, citantur et nuperiores alii. Citatur adeo Galenus ipſe auctor.

Vertit in latinam linguam ex Graeco, quod deſideratur, DEMETRIUS. Vertit etiam et edidit MATTH. THEODOR. MENALENIUS. Antw. 1540. 4. — Liber de oculis et de anatome oculorum prodiit Pariſ. 1536.

129. *De pica, vitioſo appetitu, ex Galeno per Aetium.* Eſt in ed. Chart. to. VII. p. 873. Graeca deſunt.

130. *De gynaeceis,* i. e. *de paſſionibus mulierum, Galeno adſcriptus liber.* Eſt in ed. Chart. to. VII. p. 873. et in VII. Junt. in claſſ. ſpur. f. 95. Graeca deſiderantur. Interpretatus eſt NIC. RHEGINUS.

131. *De cura lapidis Galeno adſcriptus liber.* Exſtat in ed. Chart. to. X. p. 546. in VII. Junt. inter ſpurios f. 111.

Videtur eſſe Arabiſtae opus, ex Arabico compoſitum, uti titulus docet libri: Canon, quem ſcripſit Alguazir Albuleizor, filius Abumelech Filuzer, imperatori Saracenor. Aly filio Joſeph, filii Reſaphim, de curatione lapidis.

132. *Liber ſecretorum ad Monteum, Galeno adſcriptus.* Exſtat in edit. Chart. to. X. p. 459. in VII. Junt. claſſ. ſpur. f. 96. latine tantum.

Eſt Arabiſtae opus. Spiritus vini deſtillatio in eo deſcribitur.

CODEX *graecus* eſt in B. R. Par. n. 2230. Galeni de variis morborum generibus remediisque ad illor.

curationem maxime idoneis. COD. *latinus* eſt in ead. bibl. n. 7046. 7831. — An is liber Sylva experimentorum a CONR. GESNERO edita? Tig. 1541. 8.

133. *De medicinis expertis Galeno attributus liber.* Exſtat *latine* in edit. Chart. to. X. p. 561. in VII. Junt. inter ſpurios f. 103.

Eſt Arabis opus latine ab Arabiſta factum. Arabum medici plures in eo citantur.

134. *De incantatione, adjuratione et ſuſpenſione, Galeno adſcriptus liber.* Exſtat *latine* in edit. Chart. to. X. p. 571. in VII. Junt. in ſpurior. claſſe f. 41.

Liber ſuperſtitionum plenus, ſeculi V. vel VI. foetus. Auctor Cleopatrae libros citat, multos Graecos et Galenum ipſum.

135. *Fragmentum libri I. de dunamidiis Galeno adſcripti.* Exſtat *latine* tantum in edit. Chart. to. X. p. 670. in VII. Junt. inter ſpurios f. 19.

Ad Maecenatem is ſcriptus eſt. Eſt Arabiſtae liber, uterque plenus ſuperſtitionum et rerum Galeno plane indignarum. Compoſitus eſſe videtur ex Galeni et aliorum euporiſtis, tamen ſubinde cum theoria quadam. TH. REINESIUS hos libros adſcribebat Gariopento. CONR. GESNERUS autumabat, a methodico quodam medico eos eſſe compoſitos. Vid. ej. enumer. libr. Gal. in ed. opp. Froben. tertia.

CODEX *latinus* eſt in bibl. r. Pariſ. n. 7028. in bibl. Cai. Gonvil. n. 966. 976. Prodiere p. Hier. Surianum. Ven. 1520.

137. *Γαληνοῦ τοῦ σοφωτάτου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν διδασκαλία. Galeni ſapientiſſimi de ponderibus et menſuris doctrina.* Exſtat in Ald. inter ſpur. P. IV. f. 48. in gr. Baſ. P. IV. p. 466. in Chart. to. XIII. p. 974. in VII. Junt. cl. V. f. 235.

Eſt manifeſte ſpurius et compilatus ex aliis libris.

CODICES *graeci* ſunt in Medic. Band. III. p. 51. in bibl. Britann. n. 3637. in bibl. D. Marc. Ven. 288, (cat. p. 138.) quaedam de menſuris et ponder.

EDITIONES. *Graece* edidit MORELLUS, teſte Charterio in conc. not. ad hunc libr. to. XIII. Galeni libellus de ponderibus et menſuris, ex collat. c. iis, quae apud Paulum Aeginet. et ſcholiaſten Nicandri leguntur, emendatus eſt graece et lat. in append. ad theſ. gr. lingu. H. Stephani p. 214. — *Latine* prodiit vertente Jo. GUINTHERIO. Baſ. 1530. f. — *Σύνοψις* menſurarum et ponderum ponderationisque menſurabilium ſec. Roman. Athenienſ., *γεωργοὺς καὶ ἱππιατροὺς*, ex praeſtantiſſimis authorib. hujus generis contracta opera MICH. NEANDRI. Acc. etiam, quae ap. Galenum hactenus exſtabant, de ponderum ac menſurarum ratione valde depravata, nunc gr. et lat. multo correctiora ejusd. Mich. Neandri opera. Baſ. p. Oporin. 1555. 4. — Vertit etiam in linguam latin. AUGUST. GADALDINUS.

138. *Περὶ ἀντεμβαλλομένων. De ſuccedaneis liber.* Exſtat in ed. Ald. P. IV. f. 51. ſub titulo *ἀντιβαλλομένων*, inter ſpurios, in edit. gr. Baſ. P. IV. p. 484. in ed. Chart. to. XIII. p. 965. in VII. Junt. cl. V. f. 84.

Spuriis Galeni libris jam ſuperioris aevi viri docti adnumerarunt, ſed fere ad optimos inter ſpurios referendus eſt. Erat jam Pauli Aeginetae temporibus notus, qui ex eo multa excerpſit in libr. de remed. VII. ex quibus totus is de ſuccedaneis liber eſt compoſitus. Facem etiam is liber praebuit Arabibus et Arabiſtis in medicinas, quae aliis ſubſtitui poſſunt, diligentius inquirentibus.

CODICES *graeci* ſunt in B. R. Pariſ. n. 2312. 2319. Excerpta ex eod. n. 2208. Codex graecus eſt quoque in bibl. Vind. de Neſſ. P. III. p. 22. Alius *περὶ τῶν ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνοῦ* eſt in bibl. Vind. de Neſſ. P. III. p. 32. n. 20. Alius adhuc in ead. bibl. de Neſſ. p. 36. n. 26. Excerpta ex Pauli Aeginetae libro VII. de medicamentis ſuccedaneis ſecund. Galen. ſunt in bibl. Vind. no. 28. de Neſſ. III. p. 39. Alii codices duo ſunt in eadem biblioth. n. 32. p. 44.

Alius denique cod. graec., qui multum discrepat ab editis, est in bibl. Coislin. Montf. P. II. p. 448. — *Cod. latinus* in B. R. Paris. n. 7056. Galeni epistola in antemballomenon librum in bibl. Bodl. cat. mst. Angl. n. 3637.

EDITIONES. Prostat *graece:* Galeni libri aliquot partim hactenus non visi, partim mendis repurgati et restituti c. annotat. Jo. Caii. Basil. 1544. 4. (vid. supra titul. plen. n. 26.) — *Latine* Ge. Valla interpr. c. aliis Galeni et alior. Graec. libris. Venet. 1498. f. Paris. 1530. 8. Paris. 1557. 8. — Interpretes latini sunt Jul. Martian. Rota, Jo. Guintherius et Joach. Camerarius.

139. *De simplicibus medicamentis ad Paternianum, Galeno attributus lib.* In ed. Chart. to. XIII. p. 984. in VII. Junt. inter spurios f. 79. *Latine* tantum exstat, neque ad graecum alphabetum, neque ad latinum unice scriptus. Nomina permulta corrupta leguntur ab auctore, graecae linguae plane ignaro.

140. *Galeno adscriptus liber de plantis.* Exstat in ed. Chart. to. XIII. p. 1004. in VII. Junt. in spur. classe. *Latine* tantum exstat. Est synopsis libror. de simplic. medicam. facultat. ab Arabe medico collecta, deinde ab Johannitio, filio Isaac, locupletata commentariis a Grumero, judice Placentino, et ab Abrahamo med. ex Arabico in lat. translata. Arabistae, ut Jac. de Forolivio et Gentilis de Fulgineo, eum inter bonos et genuinos Galeni libros referunt. — Est forsan lexicon botanicum in bibl. Medicea, et de qualitate herbarum et aromatum in B. R. Paris. n. 6837.

141. *Galeno adscriptus liber de virtute centaureae.* Exstat in ed. Charter. to. XIII. p. 1010. et in VII. Junt. cl. spurior. f. 92.

Exstat *latine* tantum, et scriptus est ad fratrem suum, Papiam. Est empirici liber.

CODEX reperitur in bibl. Escur.

EDITIONES. Galenus de centaurea. Lugd.

1525. 4. — In hoc volumine continentur Jo. Serapionis de ſimpl. medic. Averrois de iisdem. Raſis, fil. Zacchariae, de iisd. Incerti item auctor. de centaureo libellus, hactenus Galeno adſcriptus. Dictionum arabicar. juxta atque latinar. index. In quorum emendata excuſione ne quid omnino deſideraretur, Othon. Brunsfelſii ſingulari fide cautum eſt. Argent. exc. Thd. Ulricher 1531. f. — Prodiit quoque ſeorſim Venet. 1497. f. Argent. 1541. f.

142. *Galeno adſcriptus liber de clyſteribus.* Exſtat *latine* tantum in ed. Chart. to. XIII. p. 1013. in VII. Junt. cl. ſpurior. ad finem.

CODICES *latini* ſunt in B. R. Pariſ. n. 6865. 6867. — Galeni de clyſteribus et colica liber latin. *Raphelengio* interpr., a *Johannitio* e graeca in arabicam et inde a Kalonymo in hebraeam linguam translatus. L. B. 1591. 8. — SYMPHOR. CAMPEGII clyſteriorum camporum ſec. Galeni mentem libellus prodiit c. Galeno de phlebotom. et Campegii campis hiſtorial. Baſ. 1532. f.

143. *Galeni de catharcticis* exſtat in VII. Junt. claſſ. ſpurior. f. 94.

144. *Galenus de peſte*, manifeſte ſpurius. Exſtat in Jo. BAPT. VAN HELMONT opuſc. medic. inauditis de lithiaſi, de febrib. de humor. Galeni lib. de peſte. Amſt. 1648. 4.

XII. Fragmenta:

1. *Περὶ ὑδάτων ἐκ Γαληνοῦ, Ὀριβασίου, Ῥούφου, Διόκλους καὶ Ἀθηναίου. Ἐκ τοῦ ιδ' κεφαλαίου τοῦ πρώτου πρὸς Εὐνάπιον Ὀριβασίου. De aquis ex Galeno, Oribaſio, Ruſo, Diocle et Athenaeo. Ex libro I. Oribaſ. ad Eunap.* c. 14. Eſt in ed. Chart. to. VI. p. 489. in VII. Junt. claſſ. ſpur. f. 75. Edidit graecum textum Charterius ex cod. mſt. ab H. Memmio ipſi ſuppeditato.

2. *Galeni de vinis* ex Oribaſ. ad Eunap. c. 12. Charter. to. VI. p. 494.

3. *Galeni de vinis* ex Athenaei libro I. deipnoſ. Charter. to. VI. p. 497.

4. *Galeni de pane* ex Athen. libr. III. Charter. l. c. p. 498.

5. *Galenus de aquarum natura et balneis* exſtat in collectione: *De balneis omnia, quae exſtant apud Graec. Lat. Arab. tam medic., quam quoscunque ſcriptores.* Ven. 1553. f.

6. *Fragmentum Galeno adſcriptum, ſ. ſermo adverſus empiricos medicos.* Exſtat *latine* in ed. Chart. to. II. p. 339. in VII. Junt. in claſſ. fragmentor. f. 51. Interpretatus eſt AUG. GADALDINUS.

7. *Fragmentum Galeni ex incerto de morſu, qui in aegritudine percipitur,* exſtat in VII. Junt. inter ſpur. f. 63.

8. *Γαληνοῦ περὶ ἀφροδισίων. Galeni de venereis.* Chart. to. VI. p. 509. edidit hoc fragmentum gr. et lat. e mſſ. B. R. Pariſ. Eadem verba fere in aliis Galeni libris et in Oribaſio leguntur.

9. *Fragmentum Galeni, ex Joanne Grammat. Alexandr., cognomento Philopono, quod caput eſt quintum ſolutionis quaeſtionis decimae ſeptimae Procli de mundi aeternitate.* Eſt ex libris de demonſtratione, quod non, quidquid interitus, omnino id et ortus expers eſſe neceſſe ſit. Exſtat in ed. Chart. to. II. p. 59. graece et latine.

10. *Fragmentum Galeni ex comment. XL. Simplicii in IV. libr. phyſicae auſcultationis Ariſtotelis* exſtat gr. et lat. in edit. Chart. to. II. p. 67. — Aliud fragmentum e comment. CIII. exſtat ibid. p. 68. — Aliud denique e comment. CVI. ibid. pag. eadem.

11. *Fragmentum Galeni ex Averroe libro priorum Ariſtot. primo c.* 8. exſtat in ed. Chart. to. II. p. 69. Gr. et lat. — Aliud fragmentum ex eod. c. 23. legitur ibid. p. ead. — Ex libro phyſicor. Ariſtot. IV. comm. 97. exſtat p. 70. — Ex eodem libro phyſicor. Ariſtotelis VII. text. 1. exſtat p. ead. — Ex eodem

VII. text. 4. invenitur pag. ead. — ex eodem difp. III. p. ead. — ex eodem libro de anima Ariftotelis III. text. 6. pag. ead. — ex eodem libro I. Ariftotelis de coelo text. 22. p. 71. — ex eod. libro de fenfu et fenfili p. 71.

12. Γαληνοῦ χαρακτηριάζοντα εἰς Ἱπποκράτην. *Galeni notae in Hippocratem* ex Jo. Stobaei ferm. XCIX. exftant gr. et lat. in edit. Chart. to. II. p. 72.

13. *Galeni de anima fragmentum ex cap. 2. libri Nemefii de nat. hominis.* Exftat gr. et lat. in edit. Chart. to. V. p. 1. in VII. Junt. inter fragm. f. 62. — Galeni fragmentum ex Nemefii de timore c. 20. exftat in ed. Chart. to. V. p. 3. et in VII. Junt. inter fragm. f. 62.

14. *Galeni fragmentum ex Themiftio in paraphrafi quarti de phyfica aufcultatione.* Exftat graec. et lat. in ed. Chart. to. V. p. 405. in VII. Junt. in fragm. f. 63. — Aliud Galeni fragmentum ex ead. Themiftii paraphrafi invenitur in Chart. ed. to. V. p. 406.

15. *Galeni fragmentum ex Mich. Ephefio de infomniis* exftat in ed. Charter. to. V. p. eadem.

16. *Galeni fragmenta ex aphorifmis Raby Moyfis* collecta funt in Chart. ed. to. IX. P. II. p. 395. Sunt aphorifmi 139.

17. *Fragmenta Galeni ex Rafis libro continente* collecta exftant in Chart. to. IX. P. II. p. 406.

18. Τίνας δεῖ ἐκκαθαίρειν, καὶ ποίοις καθαρτηρίοις, καὶ πότε. *Quos, quibus catharticis medicamentis et quando purgare oporteat?* Exftat in ed. Ald. P. II. f. 103. in graec. Bafil. P. II. p. 487. in Chart. to. X. p. 470. in VII. Junt. claff. V. f. 88.

Etiam hujus libri haud meminit Galenus: fragmentum eft libri VII. collect. medicin. Oribafii.

CODICES funt cum libro de purgant. medic. facultatibus. Eft forfan is liber de medicam. evacuant., qui reperitur in bibl. Med. Band. III. p. 152. — Codex libri: Qui funt purgandi? exftat inter Voffian. in bibl.

ac. L. B. Vid. cat. hujus biblioth. p. 397. n. 45. — Exſtat etiam in bibl. Auguſt. Catal. p. 26. et in bibl. Med. Band. III. p. 152.

EDITIONES ex parte dictae ſunt ſupra n. 36. — Prodiit *graece* apud Morellum cum aliis. Par. 1557. 8. *Latine*, Galeni de motu muſculor. libr. II. Nic. Leoniceno interpr. Item quos oporteat purgare etc. Pariſ. 1528. 8. — latine interpr. *Polluto*. Pariſ. 1544. 4. — Galeni libellus: quos, quibus et quando purgare oporteat. A Sebast. Coquillato Scipione in lingu. lat. converſus, ejusdemque commentariis illuſtratus. Lugd. 1553. 12. Repetita dicitur ea edit. 1557. 16. — Vertit etiam Jul. Mart. Rota.

COMMENTARII. Eustachii de Pernis in libr. Galeni: Quos purgare conveniat, quibus modis et quo tempore commentaria. Neap. 1547. 4. — Ferd. Mena comment. prodiit cum comment. in libr. de ſanguinis miſſione. Aug. Taur. 1587. 8.

19. *Τόμιον ἐξαίρετον τοῦ βιβλίου Γαληνοῦ περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ἰατρικῆς πραγματείας. Ἐκ τοῦ κεφαλαίου δ' τοῦ βιβλίου θ' τοῦ Τραλλιανοῦ προβληθέν. Fragmentum egregium Galeni libri de Homerica medicatione. Ex cap. 4. libri IX. Tralliani depromptum.* Exſtat in ed. Chart. to. X. p. 573.

XIII. Galenus etſi dogmaticus erat, nulli tamen ſectae medicorum, quae ſuis temporibus florebat, addictus eſſe, ſed Hippocraticus medicus dici volebat, Hippocratemque ſolum omnium de medicinalibus rebus recte ſtatuiſſe adfirmabat. Hinc quoniam putabat, Hippocratem a nemine fere medicorum, et ſuorum temporum, et ſuperioris aevi, recte eſſe intellectum, Hippocratis vero lectionem omnibus, qui rationalem medicinam amplecterentur, eſſe maxime neceſſariam, et exegeſin vocum ſcripſit obſoletarum, aliarumque difficilium, in Hippocratis operibus obviarum, et permultos Hippocratis libros commentariis illuſtravit, illuſtraſſetque omnes, niſi morte praeventus eo propoſito

excidiſſet. Permulti horum commentariorum in Galeni operibus adhuc leguntur, quorum editiones et codices mſſ. quamquam allati ſunt, ubi de Hippocrate expoſitum fuit in Fabric. B. G. Vol. II. p. 522. ſequ., tamen etiam hoc loco enumerandi ſunt, ne deeſſe quid videatur, quod ad hiſtoriam literariam operum Galeni pertinet.

Commentarii autem Galeni in Hippocratis libros hi exſtant:

1. *in librum Hippocratis de natura humana commentarii duo.* Exſtat in ed. Ald. to. V. f. 1 — 14. in gr. Baſ. to. V. p. 1 — 29. in Chart. to. III. p. 91 ſeq.

Galenus, qui ad hunc librum illuſtrandum non ſolum commentarios duos ſcripſit, verum etiam peculiarem librum περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων compoſuit, in defendendis genuinis originibus prioris partis hujus libri acerrimus eſt, quae ſuo tempore 240 στοίχους continebat, humorumque naturam et conſtitutionem corporum e calido, frigido et ſicco docebat.

CODICES *latini* horum Galeni commentariorum exſtant in bibl. Medicea plut. 59. Montf. I. p. 356. et in bibl. D. Marc. Ven. *Arabice* cum expoſitione Galeni verſus Hippocratis liber ab *Honaino* ben Iſaac exſtat in bibl. Pal. Medicea. Vid. Aſſemanni codd. orientales bibl. Pal. Med. Flor. 1742. f. n. 226. p. 354. Ejusdem Honaini commentarius ſ. potius paraphraſis in laudatum Hippocr. librum et Galeni comm. in eodem codice legitur.

EDITIONES. Prodiere Galeni comm. II. in hunc librum Hipp. latine cum libro ipſo, HERMANNO CRUSERIO interprete. Par. 1531. 4. iterumque c. ipſo libro et Hipp. de victus ratione ſalubri. Par. 1534. 12. Venet. 1538. 12. 1539. 12. (Catal. muſ. Brit.) Vertente ANDR. BRENTIO. Lugd. 1549. 16. BLAS. HOLLERIUS edidit Hippocratis librum gr. lat. fecitque Galeni commentarios latine. Baſil. 1536. 8. 1562. 8. et in Opp. Macerat. 1582. f.

2. *in Hippocratem de ſalubri diaeta ratione privatorum.* Exſtat in ed. Ald. to. V. f. 14—18. in gr. Baſ. to. V. p. 29—37. in Chart. to. VI. p. 220.

CODICES. *Graeci* ſunt in B. R. Pariſ. n. 2276. in bibl. Vind. Lamb. VI. p. 86. Cf. de Neſſ. cat. mſſ. graec. bibl. Vind. P. III. n. 34. p. 45. *Latinus* in bibl. Laur. Medic. plut. 59. Montf. I. p. 356.

EDITIONES. Galeni commentarius c. ipſo textu editus eſt vertent. Jo. Vassaeo et Jo. Guintherio. Baſ. 1533. f. Quam verſionem Charterius emendatiorem repetiiſſe contendit in conciſis notis ad hunc librum to. VI. p. 548.

3. *in Hippocratem de aëre, aquis et locis commentarii III.* Exſtant ſolummodo in ed. Chart. to. VI. p. 187. ſqq. in VII. Junt. ed.

Fatetur ipſe Galenus de libris propriis c. 6., ſe in hunc Hippocr. librum commentarios edidiſſe. Latine tantum exſtant, interprete Mose Alatino, medico Hebraeo, ſed ſunt hi, quos poſſidemus, adeo exigui, ut aut in compendium tantum a Mose Alatino miſſi eſſe, aut plane non ad Galenum pertinere videantur.

4. *in Hippocratem de alimento commentarii IV.* Exſtant in ed. Chart. to. VI. p. 238.

Aetate provecta hos commentarios compoſuiſſe Galenum vero ſimile eſt. Admodum mutili ad nos pervenerunt. Rasarius hos commentarios graece et latine primus edidit. Codicem ipſorum accepit ab adoleſcente nobili Sigismundo Cracovienſi, qui ipſum e bibliotheca Matthiae Corvini regis poſſidebat, et ob vetuſtatem carie, et ob negligentiam poſſeſſorum ſitu corruptum et valde mutilum. *Chart.* l. c. p. 548.

5. *in Hippocratem de humoribus commentarii III.* Exſtat hactenus *latine* tantum in ed. Chart. to. VIII. p. 508—582.

CODICES graeci reperiuntur in bibl. C. de Montchal, in B. R. Pariſ. n. 120. Montf. II. p. 902. Alius, ſed recens, et anno 1560. ſcriptus, eſt in bibl. Coislin.

n. 163. Montfauc. bibl. Coisl. I. p. 222. (Hunc ipſum commentarium e codd. illis deſcriptum editurus erat Frc. Mar. Bosquillon, niſi mors ipſum orbi literario eripuiſſet. Legavit librum ejus vidua facultati medicae Pariſienſi. Apographum hujus cod. mihi faciendum curavit, cui ſummas ob hoc mihi Galenoque praeſtitum humanitatis officium gratias ago habeoque, Generoſiſſ. Eques de Mercy, medic. Doct., Prof. med. graecae etc. Laudat hunc comment. mſtum Villoison in Schol. Homer. Marc. proleg. p. xxxix. K.)

EDITIONES. *Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν.* Hippocratis Coi liber de humorib. *Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκρ. ἢ περὶ καιρῶν.* Galeni in eundem librum comment. graec. nunc primum in lucem editus, idque cum latina Nic. Vigorei Metodun. D. med. interpretatione. Lutet. 1555. 4. — Galeni in Hippocr. libr. de humorib. commentar. III. Ejusd. reliquum ſexti comm. in VI. de vulg. morb. itemque VII. et VIII. Jo. Bpt. Rasario interprete. Ven. 1562. 8. (Cum de utraque editione varias Germaniae fruſtra adiſſem bibliothecas publicas, tandem rogavi Virum Amiciſſimum de Mercy, ut videret, an ſint in regia bibl. Pariſienſi, nec ne. Ex ejus ad me hac de re datis literis vidi, utrumque librum ibi exſtare; vidi quoque, commentarium Galeni, a Vigoreo editum, quatuordecim paginas in 4. explere, et totum quantum differre ab illo, quem Rasarius in latinum transtulit ſermonem. Quamobrem Ackermann. in *bibl. gr. Fabr.* vol. II. p. 568. putat, brevem commentarium, a Vigoreo promulgatum, eſſe illum, cujus Galenus ipſe, inprimis in comm. II. in III. epid. text. 1. p. 230. to. IX., mentionem injicit, quemque *διὰ ταχέων ἐν ἡμέραις ὀλίγαις* abſolutum eſſe teſtatur. K.) Raſarii verſionem ſecutus eſt Charterius.

6. *in Hippocratis prognoſticon commentarii tres.* Exſtant in ed. Ald. to. V. f. 58—80. in gr. Baſil. p. 117—166. in Chart. to. VIII. p. 583.

CODICES *graeci* horum commentariorum sunt in B. R. Par. n. 2168. 2266. 2757. in bibl. D. Marc. Ven. et in Medicea, plut. 74. c. aphorism. *Montf.* I. p. 385. et ap. Bandin. III. p. 94. in bibl. Vind. de Nessel cat. ms. graec. n. 44. Pa. III. p. 50. *Latinus* in bibl. regin. Suec. Vatic. n. 396. Montf. I. p. 23. et n. 974. p. 94. et in bibl. Cai. Gonvill. n. 954. in B. R. Paris. 6860. Commentum Galeni super prognostica Hipp. et ejusd. aphor. translat. a GERARDO Cremon. est in bibl. cathedr. Metens. n. 229. Montf. II. p. 1386. *Arabicus* in bibl. Bodlei. n. 439. Montf. I. p. 649.

EDITIONES. Prodierunt Paris. 1526. f. 1527. f. interprete Vassaeo 1535. f. Cum comment. et adnotat. CPH. DE VEGA. Lugd. 1551. 8. — Ad prognosticon *latina* paraphrasis, ad mentem Galeni, P. BLONDELLI. Lutet. 1575. 4. — Cl. Galeni in Hippocr. Coi prognosticum commentar. in III. libros divisus, interpr. Jo. GORRAEO. Lugd. 1552. 12. — Ex versione H. BLACVODEI. Paris. 1625. — THADDAEI expos. in divin. libr. prognosticor. Cum Galeni comment. Venet. 1527. f.

7. *in Hippocratis praedictionum librum I. commentarii III.* Exstant in ed. Ald. to. V. f. 81—109. graec. Basil. to. V. p. 167—219. Chart. to. III. p. 692.

CODEX *latinus* Comment. Galeni in praedictiones in bibl. reginae Suec. Vat. n. 947. Montf. I. p. 34.

VERSIO *latina* praedictionum LAURENTII LAURENTIANI c. comment. Galeni prodiit Paris. 1520. 8. 1543. 8.

8. *in Hippocratis de morbis popul. librum I. commentarii III.* Exstant in ed. Ald. to. V. f. 163 — 186. *a.* in gr. Bas. to. V. p. 345 — 392. in Chart. to. IX. p. 1.

CODICES. Cum commentariis Galeni libri I. et III. ἐπιδημιῶν scripti *graece* exstant in B. R. Paris. n. 2174. Pars ejusd. commentarii c. textus parte est *graece* in eadem bibl. n. 2165. Aliud exemplar graecum exstat in bibl. D. Marc. Ven. Montf. I. p. 472. —

Arabicus codex, et quidem textus atque commentar. Galeni in utrumque librum exſtat in Scoriol. bibl. teſte CASIRI (cat. cod. mſſ. bibl. Scorial. p. 250.). Vid. et HALLER. biblioth. pract. med. to. I. p. 33. qui horum codd. mentionem fecit.

EDITIONES. Libri epid. Hippocr. I. III. et VI. cum Galeni in eos comment. Jo. VASSAEO interpr. Lugd. 1550. 12. Pariſ. 1557. 12. Principium comment. I. in libr. I. Hipp. epid. interpr. NIC. MACHELLO prodiit c. Galeni aliquot et aliis. Lugd. 1556. 8.

9. *in Hippocratis de morbis popular. libr. II. commentarius.* Exſtat in ed. Chart. to. IX. p. 563.

10. *in Hippocratis de morb. popul. libr. III. commentarii III.* Exſtant in ed. Ald. to. V. f. 186 a — 210. in graec. Baſ. to. V. p 392 — 441. in Chart. to. IX. p. 193.

CODICIS *graeci* mentio facta ſub no. 8. Galeni commentarius in hunc Hippocr. librum, ſed non in integrum, exſtat graece in bibl. D. Marc. Ven. — *Arabice* reperitur in bibl. Scorial. n. 801. Decem ſunt commentarii.

EDITIONES. VASSAEI editio Lugd. 1550. 12. commemorata eſt ſub no. 8.

11. *in Hippocratis de morbor. popul. libr. VI. comm. VI.* Exſtant in ed. Ald. to. V. f. 211 — 244. graec. Baſil. to. V. p. 442 — 524. in Chart. to. IX. p. 353.

EDITIO. Galeni in Hipp. epid. libr. VI. commentarii ſex, itemque VII. et VIII. c. commentariis III. in libr. de humorib. interpr. Jo. BAPT. RASARIO. Ven. 1562. 8.

12. *in Hippocratis aphor. libros VII. commentarii ſeptem.* Exſtant in ed. Ald. to. V. f. 110 — 155. in gr. Baſil. to. V. p. 219 — 329. in Chart. to. IX. Pa. II. p. 1.

(Commemoravit hos ipſos commentarios Galen. de Hipp. et Plat. decret. libr. VIII. c. 7. p. 243. ed. Chart. K.)

CODICES ſunt *graeci* in bibl. D. Marc. Venet. (Montf. I. 472.) in B. R. Pariſ. n. 1884. 2161. 2168. 2266. 2278. 3142. (Montf. I. p. 739.) in Med. plut. 74. manu Caeſ. Strategi. Montf. I. p. 385. et Bandin. III. p. 93. 102. et quidem tam integer, quam in ſect. I. et partem ſect. II. auctore tamen in hoc non nominato. Integer in bibl. Vindob. vid. Lamb. VI. p. 86. 87. de Neſſel P. III. p. 45. no. 34. in bibl. Paul. Lipſ. vid. Feller de bibl. Paul. orat. Lipſ. 1676. 4. — *Latini* codd. exſtant in B. R. Pariſ. n. 6869. 6871. 7030. 6860. Anonymi verſio in B. R. Pariſ. n. 846. in bibl. regin. Suec. Vat. interpr. *Conſtantino Africano*, no. 396. Montf. to. I. p. 23. in domo S. Petri Cantabr. cod. Brit. n. 186. in coll. Merton. n. 689. in coll. nov. Oxon. n. 1134. Vertente GERARDO Carmonenſi in biblioth. eccleſ. cathedr. Metenſ. (Montfauc.). Interprete ignoto homine in bibl. Taurin. Montf. II. p. 1398. Exſtant quoque *latine* in bibl. Laudunenſi n. 63. Montfauc. II. 1294. et c. aliis opuſc. in bibl. Sti Gratiani Turonenſi n. 395. Montf. II. p. 1277. Galeni in Hippocr. aphor. p. Conſtantinum Africanum e graeco in latinum translati et gloſſis illuſtrati exſtat in biblioth. Scorial. Vid. Büſchings Magaz. to. V. p. 129. — *Arabice*, vertente HONAINO, Iſaaci fil., eſt in bibl. Scorial. Caſir. n. 785. 786. (Büſching.) et in B. R. Par. n. 866. l. m. n. o. Montf. II. p. 719. Pars commentarii in bibl. Scorial. n. 814. 786. 787. — *Hebraice* c. commentario in bibl. Vind. Lamb. I. 2. p. 185. Ex arab. verſi in B. R. Par. n. 396. et *arab.* n. 395. no. 100. 101. 102. 103. Montf. II. p. 711. nec non 252. 253. p. 712. E graeca lingua in *ſyriacam* ab Honaino ben Iſaac, et e ſyriaca in *arabicam* converſi a Caſtha, filio Lucae, exſtant in bibl. Palat. Medic. n. 260. Cf. Aſſemann. p. 375.

EDITIONES. Galeni commentarii in aphor. Hippocr. e verſ. *Conſtantini Africani* ex Arabico. Ven. 1493. (Maittaire). — Vertente LAURENTIO LAURENTIANO. Venet. 1494. (Maittaire). — Vertente

Theod. Gaza. Venet. 1495. f. — Particulae VII. aphor. Hippocr. c. duplici translatione antiqua et cum expoſ. magni Galeni, nec non Jac. Forlivienſ. et additam. Marſilii — Induſtria et lab. D. Hieron. Bompili de oleariis de Verona. Ven. 1508. f. — Vertente Nic. Leoniceno. Pariſ. 1526. 8. Recogniti a Daviano. Pariſ. 1542. 8. Lugd. 1547. 12. cum Jo. Signoreti excerptis aphoriſticis et ſymbolis. Lugd. 1668. 12. c. Thaddaei expoſ. Ven. 1527. f. — Vertente Constantino, Laurentiano, Leoniceno, et Theod. Gaza c. Galeni commentar. in Articella. Lugd. 1527. 4. Gr. et lat. ex verſ. Nic. Leoniceni cura Jo. Davioni c. commentar. Galeni. Pariſ. 1542. 8. Lugd. 1668. 12. — Aphoriſmi c. comment. Galeni, lat. interpr. Nic. Leoniceno. Par. 1526. 8. — Hippocr. aphoriſmor. genuina lectio gr. lat. c. Galeni cenſura in eos omnes, qui minus erant abſoluti. — Per Joann. Morisotum. Baſ. 1547. 8. — Interpr. Guil. Plant o c. ej. notis. Lugd. 1552. 8. 1573. 12. Genev. 1580. — Cum Galeni comm. in epitomen redactis p. Jo. Butinum. Lugd. 1555. 12. et Lugd. 1580. 12. Genev. 1625. 12. — Cum aphor. in ordinem digeſtis. Genev. 1628. 12. — Galen. in aphor. Hippocr. L. B. 1613. 4. (Cat. bibl. L. B.) — Aphor. Hippocr. vertente An. Foesio, commentarii Galeni, G. Plantio, cur. Adr. Tollii. L. B. 1633. 12. — Primus lib. comm. vertente Jo. Breche. Lugd. 1585. 16. Rouen 1646. 12. — Galeni comm. in aphoriſm. in compendium redegit Symphor. Campegius. Lugd. 1516. 8.

COMMENTARII. Jac. Foroliviensis in Hippocr. aphor. et Galeni ſuper eisdem commentar. expoſ. et quaeſtion. p. Cph. de Castanea. Papiae 1488. f. Venet. 1490. Papiae 1501. f. 1512. f. Ven. 1495. f. 1501. f. 1520. f. Catal. muſ. Brit. c. Marſilii de St. Sophia interpret. in eos aphor., qui a Jacobo expoſiti non fuerant. Ven, 1508. f. [Cum verſ. dupl. antiqua, et Theod. Gazae expoſit. Galeni, Jac. Foroliv.

et MARSIL. FICINI, et quaest. eorund. p. HIER. POMPILUM DE OLEARIIS. Ven. 1508. f. In 8. et in f. Catal. mus. Brit.] 1547. f. 1556. 4. — Versionem Constantini, THEOD. GAZAE et NIC. LEONICENI comment. Galeni et fusissimam expositionem Jacobi continet Cod. ms. est in bibl. Taur. — Cod. exposit. JAC. DE FORLIVIO exstat in B. R. Par. n. 4861. Montf. II. p. 753. — THADDEI Florent. exposit. in arduum aphor. Ipocratis volumen, in divinum pronostic. Ipocr. libr. in praeclarum regiminis acutori Ipocrat. opus, in subtilissimum Joannitii isagogar. libell. JO. BAPT. NICOLLINI SABODIENSIS opera in lucem emisse. Ven. 1527. f. cum versione THEOD. GAZAE, NIC. LEONICENI, Constant. Afric. et Galeni comment., quibus suos addidit Thaddeus. — ANT. MUSAE BRASSAVOLI in VIII. libros aphor. Hipp. et Galeni comment. et adnotationes. Bas. 1541. f. cum comm. in text. Hipp. et comment. Galeni. Ferrar. 1594. Venet. 1721. 4. cum Musae tantum commentario in aphor. Interjectorum aphor. octavam sectionem se primum addidisse, quae tamen in antiquis jam et optimae notae codd. legitur, memorat Musa p. 1138. seq. Ceterum locos plurimos Philothei, et quidem graece, et permultos ex commentariis, Oribasio adscriptis, edidit.

13. Huc referri quoque debet *Galeni adversus Lycum liber, quod nihil in eo aphorismo peccet Hippocrates, cujus initium: Qui crescunt, plurimum habent caloris innati.* Exstant in ed. Ald. to. V. f. 155 — 159[a]. graec. Bas. to. V. p. 329 — 337. Chart. to. IX. P. II. p. 358.

14. *Galeni contra ea, quae a Juliano in aphor. Hippocr. dicta sunt, libellus.* Exstant in edit. Ald. to. V. f. 159[b] — 162. Chart. to. IX. P. II. p. 376.

15. *In Hippocr. de diaeta acutorum librum commentarii IV.* Extant in ed. Ald. to. V. f. 19 — 57. graec. Bas. to. V. p. 37 — 117. Charter. to. XI. p. 1.

CODICES *graeci.* Libri I. comment. Galeni in

hunc Hipp. librum codex eſt in bibl. Vind. Lamb. et de Neſſ. P. III. et in Medic. plut. 75. n. 5. Bandin. III. p. 144. Vid. Montf. I. p. 387. Graecus quoque forte eſt Galeni in Hippocr. de diaeta in B. R. Par. n. 3147. Montf. II. p. 739. at 600 circiter annorum cum commento Galieni eſt in biblioth. cathedr. Metenſ. n. 226. Montf. II. p. 1380. *Latini* codd. ſunt in bibl. coll. nov. Oxon. n. 1134. et 1130. in bibl. coll. Merton. n. 687. 689. et in bibl. aul. Pembrok. n. 2055. in B. R. Pariſ. n. 7030.

EDITIONES. Epitomen comment. Galeni dedit SYMPHOR. CAMPEGIUS. Lugd. . . . Latine prodierunt ſtudio NIC. LAVACHII. Flor. 1533. 4. PAULÓ JULIARIO interpr. Veron. 1542. 8. JO. VASSAEO interpr. c. annotation. JO. MOLINI. Lugd. 1565. 12. Hippocr. de diaet. acut. c. Galeni commentar. et Galen. de ſemine libr. II. Baſ. 1533. f. Cat. bibl. Bunav. to. I. p. 93. Baſ. 1542. 8. 1543. 8. 1551. f. Lugd. 1565. 12. c. JO. MARTINI adnotat.

COMMENTARIUS. ANT. MUS. BRASSAVOLI in libros de rat. vict. in acut. morb. Hippocr. et Galeni comment. et adnotationes. Ven. 1546. f. Poſt textum, ab A. M. BRASSAVOLO latinitate donatum, ſequuntur Muſae commentarii. Deinde Galeni legitur commentar. JO. VASSAEO interprete, et denique in hunc commentar. A. M. BRASSAVOLI copioſiſſima enarratio.

16. *In Hippocr. de officina medici librum commentarii III.* Exſtant in edit. Ald. to. V. f. 305—317. gr. Baſ. to. V. p. 661—705. Chart. to. XII. p. 1.

EDITIO. Convertit hos commentarios JO. BERN. FELICIANUS et VID. VIDIUS in Chirurg. ſcript. antiqu. Par. 1544. f.

17. *In Hippocratis librum de fracturis commentarii III.* Exſtant in ed. Ald. to. V. f. 245—268. graec. Baſil. to. V. p. 524—577. Charter. to. XII. p. 151.

CODICES *graeci* horum commentariorum copiosissimorum sunt in B. R. Paris. n. 1849. 6866. nec non in bibl. Medic. vid. Bandin. III. p. 44.

VERSIO *latina*, a Jo. Bern. Feliciano et a Vido Vidio facta, exstat in hujus chirurgia, e graeco in lat. versa. Paris. 1544. f.

18. *In Hippocratis librum de articulis commentarii IV*. Exstant in edit. Ald. to. V. f. 269—304. in graec. Bas. to. V. p. 578—661. in Chart. to. XII. p. 287.

CODICES *graeci* sunt in B. R. Paris. n. 1849. et 2248. in bibl. Medicea.

Ex Hippocratis sententia et ad illustrandum eundem scripsit Galenus libros de diebus criticis, de crisibus, de difficultate respirationis, de ratione victus in acutis secund. Hippocr. et quod optimus medicus sit etiam philosophus. Ex Hippocratis mente scriptos a se esse libros XIV. methodi medendi, ipse refert de libr. propr. c. 7. to. II. p. 43. ed. Chart.

Scripsit praeterea commentarios, qui interiere, in Hippocr. libros: 1. in libr. de ulceribus, de libr. propr. c. 7. et 2. in libr. de capitis vulnerib. ibid.

Indolem commentariorum Galeni in Hippocratem quod attinet, notandum est, quod et nuper doctissime exposuit *Preu* in diss. inaug. de interpretibus Hippocr. graecis, Altorf. 1795. 8. p. 52., Galenum in textu Hippocratis emendando, ac ita constituendo, uti Hippocratem ipsum scripsisse credibile fuisset, omni studio elaborasse. Hinc in ejus commentariis multa sunt, quibus futurus operum Hippocratis editor ad ipsum hujus textum emendandum uti poterit, quibusque saltim non omnibus usi sunt operum, aut etiam singulorum librorum Hippocratis, in quos Galeni commentarii exstant, editores. Multa etiam congessit Galenus in suis commentariis ad historiam singulorum librorum, in quos commentatus est, illustrandam, et ad judicium rectum de eorum aut genuinis, aut spuriis originibus

ferendum, in qua re quam ſtudioſe fuerit verſatus, ipſe ego ſtudioſe probavi in *Fabr.* bibl. graec. lib. II. c. 23. §. 12. vol. II. p. 518. et in pluribus longe aliis locis. Multa etiam ex interpretibus Hippocratis, ſuo aevo ſuperioribus, adduxit, quae quanta ſint, colligere licet ex diſſ. *Preu*, ſupra citata.

Ipſos vero Hippocratis textus mira et ſagacitate et ſubtilitate expoſuit, praeſertim ratione habita ingenii conſiliique, quo Hippocrates in ſuis libris componendis uſus fuerit. Id tamen vitii habent omnes ejus commentarii, ut nimis copioſi ſint, ac verborum inani copia laborent, utque minus rei Galeno ſit in recte explicandis iis, quae aut ad hiſtorias morborum, aut ad praeſagia pertinent, plus vero in farragine rerum ac verborum congerenda, quae legentis animum fallit, neque ſemper confirmandis, illuſtrandis, aut refellendis iis, quae ab Hippocrate fuerunt dicta, conducit.

XIV. Exſtant etiam permulta Galeni, aut Galeno adſcripta, aut e Galeni libris hauſta, in bibliothecis, nondum typis vulgata, quae hic notanda ſunt. — *Galeni de ſero lactis* exſtat in bibl. Medic. Bandini III. p. 122.

Selecta e Galeno de variis morbor. generibus, remediisque ad illorum curationem maxime idoneis ſunt graece in B. R. Pariſ. n. 2230. et latine in ead. n. 7831.

Galeni de corporibus, cauſſis, ſignis ſanis, aegris, neutris. Codex eſt in bibl. cathedr. Wigornienſ. n. 760. et in libr. Rob. Burscough n. 7675.

Galenus de natura hominis exſtat in Vatic. Montfauc. p. 28. — *Idem de motu animalium* eſt in ead. bibl. Vat. l. c. p. 34. — *Galenus de medicina* eſt in bibl. Caſſinenſi. Montſauc. p. 221. — *Iſagoge ad regimen Galeni* erat in libr. Burscough codd. n. 7673.

Eclogae ex Hippocrate et Galeno, a Busbequio

emtae, ſunt in bibl. Vind. Lambec. libr. VI. Pa. II. p. 100. Sunt graecae; conf. de Neſſ. P. III. p. 25. — *Compendium ex Galeno* exſtat in bibl. Bavarica.

Anonymi tabulae diviſionum in pluſculis libris Galeni ſunt in bibl. Vind. Lambec. VI. p. 151. — *Galenus de paſſione uniuscujusque particulae* eſt in bibl. fratr. min. Ceſenae. Montf. p. 433. — *Eclogae ex Galeno* ſunt in bibl. Vind. Lamb. VI. p. 153. — *Excerptum de pleuritide* eſt in bibl. Vindob. Lamb. VII. c. 25. — *Excerpta ex Galeno* ſunt in eadem, Lamb. VI. p. 93.

Collectio, in qua Galeni, Xenonis, Meletii et Crateuae libri de materia medica, erat in bibl. Cantacuzeni. (Vid. quae paulo poſt monui, ubi idem liber in bibl. caeſ. Vind. praeſens commemoratur. K.)

Excerpta ex Oribaſio et Galeno ſunt in B. R. Pariſ. graece n. 2149. — Excerpta ex Galeno ſunt in bibl. Vind. Lambec. VI. p. 100. — *Galenus de ſimplicibus* eſt in bibl. canon. regular. Bonon. Montf. p. 432.

Galeni theoria et practica medicinae erat in libris Frc. Bernardi n. 3651. — *Hippocratis liber reſolutionis, quem Galenus explicat, et Galenum Mich. Pſellus.* Verdier. — *Galeni in libr. Hippocr. de aetatum aegritudinibus* eſt in bibl. D. Marc. Ven.

Galeni liber de cauſſis et eventibus interpr. Nicol. Rhegino. Codex eſt latinus in B. R. Pariſ. n. 6865.

Galeni medicinale ad Hippocratem in catal. bibl. Conſtantinop. Verdier II. p. 57. — *Galenus de quatuor elementis* exſtat in bibl. reg. Taurin. Montfauc. p. 1397. — *Galenus de duplici medicina cum commentario* exſtat latine in bibl. r. Taurin. Montfauc. p. 1397.

Galeni fragmentum, problema de cauſſis rarior. morbor. eſt in bibl. Bodl. n. 131.

Galeni antidotarium citat Cph. Geo. de Honeftis. Negat Galeni effe Sylvius ad Mefuen libr. III.

Galeni fynopfin medicamentorum fimplicium exhibet Paulus Aegin. ex libris de fimpl. medicam. facultatibus. — *Galeni de fine medicinae.*

Galeni de fymptomatib. criticis. — *Galeni iatricor. ufus.* — *Galeni de corporis humani fabrica.* Codex graecus eft in B. R. Parif. n. 2097. — *Collectiones ex Galeno fratr. Joann. ordin. minor.* exftant in bibl. S. Petri Corbeienfis. Montfauc. p. 1407.

Galeni de membris hominis et equi in bibl. Mich. Cantacuzeni.

Galeni anatomia eft fcripta inter codd. Car. Theyer n. 6603.

Galeni de abortivo foetu in bibl. Cai. Gonvil. Cantabr. n. 946. 6605. et in bibl. Voff.

Galeni epift. de humano corpore in ead. bibl. Cantabr. n. 956.

Galeni chirurgia f. capitula varia, ex Galeni operibus collecta, erant inter codices Bodlei. bibl. Brit. n. 3500.

Galeni lexicon botanicon eft in bibl. Medicea. Aliud λεξικὸν τῆς τῶν βοτανῶν ἑρμηνείας κατὰ στοιχεῖον erat inter libros, quos bibl. Upfal. dedit Jo. Gabr. Sparuenfeld. Vid. cat. ejus bibl. p. 57.

Galeni de fractis, nempe libri VI. method. med. c. 5. et 6. *De offib., de fafciis Hippocr., Dioclis, Perigenis, Molpicae, Amyntae, Menecratis, Softrati, Apollonii junior., Apollonii Feri* funt in Nicetae collect. Vid. *Cocchi* in praef. ad fcript. chir. e collect. Nicetae p. 12.

Ἱπποιατροσοφηνοῦ τοῦ σοφοῦ ῥήτορος. Ἱερακλέου καὶ Ὑποκράτους καὶ τοῦ σοφοῦ Γαληνοῦ. In fine πληρώθη τὸ παρὸν ἱπποιατροσώφην διὰ χειρὸς ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Δρωσινοῦ. Is codex eft inter Voff. bibl. acad. Lugd. Bat. Vid. catal. bibl. p. 398. n. 50.

Tractat. ex libro Gallieni Alpachimi et ex fen-

tentiis Hermetis collectus eſt in bibl. Jenenſ. vid. Mylii memor. bibl. Jen. p. 397.

Liber ſecreti Gallieni de elixis ſolis et lunae eſt in bibl. acad. Jen. latine ſcriptus cum Hermetis, Cliſopatrae et alior. Vid. Mylii mem. bibl. Jenenſ. p. 398. — *Galenus de cura ſenectutis* eſt lat. in bibl. coll. corp. Chriſt. Oxon. n. 1592. — *Signa mortis ſecundum Galen.* ſunt in bibl. Cai. Gonv. n. 956. — *Iſagoge Joannitii ad legend. Galeni libros prognoſticorum* eſt in bibl. cathedr. Wigorn. n. 760. — *De diſcrepantia pulſuum, quor. cognitio clarior facta eſt poſt Galenum* eſt in bibl. Iſ. Voſſ. n. 2168. — *Gode medicines for divers evils drawn out of Galien and Aſclepius* ſunt inter mss. Frc. Bernardi. Cat. mss. Angl. n. 3632. — *Galeni de ſymptomatib. mulier.* lingua gallica eſt inter mss. Ed. Tyſon. Catal. mss. Angl. n. 4155. — *Galeni anatomia et de interioribus* eſt inter mss. Car. Theyer. n. 6605. — *Iſagoge ad regimen Galeni.* — *Regimen Galeni de corporib. ſignis et cauſſis* ſunt in bibl. R. Burscough. n. 7671.

Ἰατροσόφιον Γαληνοῦ καθ' Ἱπποκράτην. Galeni medicinale ad Hippocr. exſtat graece in bibl. Vind. Lamb. ed. Kollar. I. p. 272.

Τοῦ Ἱπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα. καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ Γαληνός. Hippocratis in reſolutionis libros XIV. quos Galenus explicat. Exſtat graece in bibl. Vind. Lambec. ed. Kollar. To. I. p. 273.

Galeni, Xenonis (Xenocratis), *Meletii ſapientis, et pars Grateiae Riſotomi* (Cratevae Rhizotomi) *in materiam medicam.* Exſtat in bibl. Vind. Lamb. ed. Kollar. I. p. 275. (An in biblioth. Caeſar. Vindob. migravit e bibl. Mich. Cantacuzeni, ex qua paulo ante liber cum ead. inſcriptione commemoratus eſt? K.) — Deſcriptio plantarum, ex Cratevae, Pamphili Alexandrini, et Claud. Galeni operibus collecta, cum

figuris plantarum, ad vivum depictis, est cum cod. antiquiss. Dioscorid. in bibl. Vind. de Nessel. P. III. p. 9.

Anonymi cujusd. auctoris eclogae s. excerpta ex variis Hippocratis et Galeni operib. et ex Aristot. problemat. phys., *in quib. eclogae ex Galeni de loc. adfect. libris locum primum tenent*, sunt in bibl. Vind. vid. de Nessel P. III. p. 26. n. 15. — *Opera Galeni et Hippocr. de chirurgia* exstant hibernice in bibl. coll. S. Trin. Dublin. n. 601. — *Fragmenta medica ex Galeno et Hippocrate* exstabant in bibl. Narcissi, archiep. Dubl. n. 1218. — *Excerpta ex Galeno de remediis* sunt in bibl. Coisl. Montfauc. II. p. 448. — *Excerpta ex Hippocr., Galeno, Meletio de morbis* sunt graece in eadem bibl. Vid. Montfauc. l. c.

Miscellanea medica ex Galeno, quorum principium: Ἱερὰ Γαληνοῦ, ἣ σύνθεσιν ἔχει οὕτως, κ. τ. λ. sunt in bibl. Vind. de Nessel P. III. n. 20. 5. p. 32.

Excerpta varia ex Galeno, inter quae est praecipue epitome alphabetica libri VI. VII. VIII. IX. libror. de simpl. medic. facult. sunt in bibl. Vind. de Nessel P. III. n. 25. p. 35.

Παύλου λόγος ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ πάσης φλεβοτομίας est ex Paulo Aegin. lib. VI. c. 40. in bibl. Vind. n. 28. 29. bis. Vid. de Nessel Pa. III. p. 40.

Γαληνοῦ ἐκ τοῦ τῆς πρὸς Πατρόφιλον περὶ πλευρίτιδος. Exstat in bibl. Vind. de Nessel P. III. p. 42.

Miscellanea quaedam medica, ex Galeno aliisque auctoribus excerpta, inprimis ex libro περὶ τῶν ἐξ ἐνυπνίων διαγνώσεως, sunt in bibl. Vind. n. 30. de Nessel Pa. III. p. 42. — *Miscellanea medica e Galeno et aliis antiquis auctoribus* collecta in usum xenodochior. et nosocom. sunt in ead. bibl. de Nessel l. c. p. 47.

Theophili et Stephani Atheniensis libell. de febrium differentiis ex Hippocrat. et Galeno est in bibl. Vind. de Ness. P. III. n. 52. p. 55.

Διαθήκη τῶν τριῶν ἰατρῶν Γαληνοῦ, Ἱπποκρά-

τους καὶ Μελετίου τοῦ σοφοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς exſtat in bibl. Vind. n. 53. de Neſſel P. III. p. 56.

Anonymi auctoris eclogae graeco-barbarae ex Galeno in capp. 176. diviſa ſunt in eadem bibl. de Neſſel l. c. — *Excerpta quaed. ex Galeno et aliis de morbis et medicamentis variis* ſunt in bibl. Barocc. n. 88. catal. mss. Angl. et Hibern. — *Galeni fragmentum protheoriae de cauſis varior. morbor.* eſt in ead. bibl. n. 131. — *Antidota et medicamenta ex Hippocr. et Galeno collecta* ſunt in bibl. G. Laudi. Cat. mss. Angl. n. 877. — *The virtues of herbs, which are hot or cold and for how manoy things the are good, after Platon, Galen and Hippocrates*, exſtat in bibl. Bodlei. Cat. mss. Angl. n. 2062. — *Secreta glorioſiſſimi Galeni* ſunt in ead. bibl. Cat. mss. Angl. n. 2461.

Galeni liber de XII. portis eſt in bibl. Aſhmol. Vid. Cat. laud. mss. Angl. n. 7638. 7787. — *Galeni fragmentum* exſtat lat. in bibl. coll. univ. Oxon. n. 118.

Rabbi Nathan Joel Palkeira ſententiae ex Hipp. Gal. Avicenna, R. Maimonide, citantur a Wolfio in bibl. Hebr. — *Anonymi introductio ad ea, quae Galenus de re med. ſcripſit* exſtat hebraice in B. R. Pariſ. n. 401. — *Galeni de medicinis experimentatis a Joannitio* in ead. bibl. eſt n. 6893. — *Galeni de qualitate herbarum et aromatum* ibid. n. 6837.

Magnum volumen, contin. XXXI. tract. med., converſos ex auctorib. arabic. et graec. Ibn Zohar, Ibn Sina, Ibn Ruſjd, Abu Walid Ibn Ruſjd, Mohamm. Ibn Ruſjd, Ali Ibn Ruſwan, Honain f. Iſaac, Hippocr. Galeno, exſtat inter mss. leg. Scaliger. in bibl. acad. L. B. Vid. Catal. hujus bibl. p. 404. n. 2.

Commentarius in libr. philoſoph. et medicum, adornatus ex Ariſtotele, Galeno, Ibn Sina, Iſaaco Iſraelita etc. exſtat hebraice in libris Warnerianis bibl. acad. L. B. Vid. catal. huj. bibl. p. 407. n. 39.

— *De remediis quorundam morbor. ex Galeno, Ibn Zohar* cet. exſtat inter ejusd. legati libros. Cat. laud. p. 407. n. 40. — *Galenus de arte med. et conſervanda valetudine verſus ab Abul Fergi Abdallah* exſtat arab. in bibl. ac. L. B. n. 748. Catal. p. 441.

Galenus de prohibenda ſepultura in certo morbor. ſ. mortis dubiae genere ad iuſtum tempus verſus et explicatus ab Abu Said Abdallah exſtat arabice in bibl. ac. L. B. n. 749. p. 441.

Galenus de vocibus in medica arte uſitatis tractatus ex graeco idiomate in ſyriacum, et ex hoc in arabicum verſus exſtat in bibl. ac. L. B. no. 762. p. 441. — Mordechai f. Schelomo de remediis morbor. ex Razeo, Meſue, Galeno et authorib. latinis exſtat hebraice in ead. bibl. n. 794. p. 442.

Ibn Beitar medicamenta ſimplicia ordine alphabetico. Auctor collegit hoc opus ex Galeno et Dioſcoride. Exſtat arab. in ead. bibl. n. 805. p. 443. Arabice etiam inter libros, quos bibl. Upſal. dedit Jo. Gabr. Sparuenfeld. Vid. catal. illor. libr. p. 4. n. 5. ubi permulta leguntur ad hiſtoriam hujus libri celeberrimi facientia.

Galeni de medicamentis expertis, c. tabulis medicamentor. ſimplicium. Exſtat ex Honaini verſ. arab. in bibl. Eſcorial. Caſiri n. 846. Citat Avicennam. (An idem ſit liber, qui paulo ante ſub titulo: Galeni de medicinis experimentatis verſus a Joannitio, videndum. K.)

XV. Praeter hos libros Galeni, qui aut integri ad nos pervenerunt, aut laceri, mutili, interpolati, vel etiam plane ſuppoſititii, ac alium auctorem habentes, multos Galenus ſcripſit, qui temporum injuria interierunt. Enarrabo primum libros Galeni, qui interierunt, ad medicinam pertinentes, deinde eos, qui ad aliarum diſciplinarum genera ab eo ſcripti ſunt.

Περὶ τῆς τεκνολογίας librum citat ipſe in comm. I. in prognoſt. Hipp. text. 11.

Περὶ τῆς τῶν αἰτίων διαφορᾶς citat in lib. I. de loc. affect. c. ult.

Τῆς ἀνατομικῆς διαφωνίας libros citat in libr. I. admin. anat. c. 4. *περὶ πάσης τῆς ἐν ταῖς ἀνατομαῖς διαφωνίας* occurrit in ejusd. oper. VI. c. 72.

Περὶ σφαλμάτων ἀνατομικῶν καὶ τῶν ἐκείνων αἰτίων citatur in libro III. de uſu part. c. h.

Περὶ ζώντων ἀνατομῆς β'. De vivorum anatome. Citat eos de libr. propr. c. 3. et ſaepius.

Περὶ τεθνεώτων ἀνατομῆς. De anatome mortuorum. Citat hunc librum de libr. propr. c. 3.

De partibus ſimilaribus ſe ſcripſiſſe refert in libro VIII. de Hipp. et Plat. decret. c. 5. et in praef. comm. in Hippocr. de nat. hum.

Περὶ τῶν κατὰ Πραξαγόραν τὸν Νικάρχου χυμῶν citat in libr. II. de nat. facult. c. 9. ad fin.

Περὶ τῶν ἰδιότητι τῆς ὅλης οὐσίας ἐνεργούντων liber citatur in libr. XI. de ſimpl. med. facult.

Περὶ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων. De genuinis ſcriptis Hippocr. citat in comm. I. in Hippocr. de humor. Chart. ed. to. VIII. p. 509.

Commentarios de Hippocratis anatome citat in libr. VII. de Hippocr. et Plat. decr. c. 4. et in comm. in V. Hippocr. aph. 48. Erant libri VI., de quibus loquitur de libr. propr. c. 1. Scripſit eos anno aetatis XXXIV.

Κενουμένων αἰτίαι citantur in libro IV. de ſimpl. med. fac. c. 1.

Commentarios in Archigenis de pulſibus libros citat in libro II. de diff. febr. c. 8. Erant libris VIII. comprehenſi. Galen. de libr. propr. c. 5.

Περὶ τῆς τοῦ πνεύμονος καὶ θώρακος κινήσεως βιβλία γ'. Libri III. de motu pulmonum et thoracis. Citat eos in c. 2. de libr. pr. et libr. VI. de uſu part.

Fragmentum hunc titulum habens, quod adhuc exſtat, recenſui ſupra.

Περὶ ἰατρικῶν ὀνομάτων citatur in libro II. de diff. febr. c. 9. Sed hic liber forte eſt is, qui exſtat definitionum medicar. titulo.

Περὶ κρισίμων συμπτωμάτων citatur in comm. II. in Hippocr. de diaet. acutor.

Περὶ τῶν ἁπλῶν διαθέσεων citatur in libr. II. de diffic. reſp. c. 7.

Περὶ μηχανημάτων citatur ap. Oribaſ. de machinam. c. 6. to. XII. Chart. ed. p. 560.

Περὶ ζωοτομίας citatur in libr. IV. de loc. adfect. c. 9. (Forte idem liber, qui paulo ante ſub titulo *περὶ ζώντων ἀνατομῆς* adductus fuit. K.)

Περὶ τῆς ὁμοιομερῶν σωμάτων διαφορᾶς citatur in libr. VIII. c. 5. p. 235. to. V. ed. Chart.

Ἰατρικῶν ὀνομάτων πραγματεία, in qua totus liber de vocabulo *στοιχείου*. Citat hunc librum in libr. VII. de Hipp. et Pl. decr. et ſaepius. (An cum illo unus idemque, cujus aut arabicam verſionem aut ſimilem titulum paulo ante adduxi? K.)

Ὀπτικοὶ λόγοι citantur in libro X. de uſu part.

Διάγνωσις τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν citatur de libr. propr. c. 2. et ſaepius. De fragmentis ex hoc libro vid. ſupra.

In Herophili artem de pulſibus libri citantur in libr. II. de praeſag. ex pulſ. c. 3.

Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικήν. Citatur de libr. propr. c. 9. Eſt forte non diverſus a *προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας*, quem ſupra inter Galeni libros recenſui n. 6.

Περὶ φωνῆς βιβλία δ'. Scripſit hos libros ad Boethum, conſularem virum, peripateticum. Vid. de libr. pr. c. 1. et de ord. libror. ſuor. Citat Galenus hos libros ſaepius.

De febrium ſignificatione citatur in libro II. de criſib. c. 8.

Περὶ χρωμάτων. De Hipp. et Plat. libr. VI.

De ſemitertiana citatur in comm. II. in VI. Hipp. epid.

Commentarii de methodica ſecta citantur in libro adv. Julian. c. 5. et de libr. propr. c. 9.

De Aſclepiadis placitis citatur in libr. XII. meth. med. c. 7. et de curandi rat. p. venae ſect. c. 2. Erant libri VIII. de libr. propr. c. 8.

De morbis oculor. citantur in libr. de humor. p. 11. (An idem cum illo, qui paulo ante ſub ſimili titulo adducitur? K.)

De Eraſiſtrati anatome libri III. citantur de libr. propr. c. 1. et 7. Scripſit eos annum XXXIV. aetatis agens.

Ignorata a Lyco in anatome. De his refert de libr. propr. c. 2. (Non pertinet haec, cujus meminit de Hipp. et Pl. decr. VIII. 7. p. 243. *βιβλίον ἄλλο — πρὸς τοῦ Κοΐντου μαθητὴν Λύκον*, quippe quo potius Galenus intelligit librum adverſus Lycum, quod nihil Hippocr. peccet in aphor. cujus initium: Qui creſcunt, habent plurimum caloris. Hic enim aphor. p. 242. expreſſis verbis commemoratur. K.)

Epitome libror. XX. anatomicor. Marini in IV. libris. De libr. propr. c. 3.

Librorum anatomicor. Lyci omnium epitome. De libr. pr. c. 3.

Περὶ τῶν συνεκτικῶν. De libr. pr. c. 3.

Περὶ τῶν Ἐρασιστράτου θεραπευτικῶν λογισμῶν. Ibid. c. 4.

In librum I. Eraſiſtrati de febribus libri III. Ibid. c. 7.

De Eraſiſtrati curandi ratione libri V. Ibid.

De ſubſtantia animae ſecundum Aſclepiadem. Ibid. c. 8.

Τῆς Θεοδᾶ εἰσαγωγῆς ὑπομνήματα ε'. Ibid. c. 9.

Περὶ τῶν Μηνοδότου Σεβήρῳ ἕνδεκα βιβλία. Ibid.

Τῶν Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις δύο. Ibid.

Περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας. Ibid.

Περὶ τῆς τῶν ἐμπειρικῶν διαφωνίας βιβλία γ'. Ibid.

Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τῆς διαφωνίας τῶν ἐμπειρικῶν, τοῦ δὲ Θεοδᾶ κεφαλ. ὑπομνήματα γ'. Ibid.

Εἰς τὸ Μηνοδότου Σεβήρῳ. Ibid.

Σύνοψις τῶν Ἡρακλειτείων περὶ τῆς ἐμπειρικῆς αἱρέσεως ζ. Ibid.

XVI. Libros praeterea multos etiam ſcripſit, ad alias diſciplinas, praeter medicinam, pertinentes, inprimis ad philoſophiam, in quam ſingulari plane ſtudio incubuit. Eorum inſcriptiones hic exhibebo: nullus enim eorum ad nos pervenit.

Περὶ ἀποδείξεως βιβλία πεντεκαίδεκα. De demonſtratione libri XV. Quibus rationibus fuerit motus ad hos libros ſcribendos, quos modo geometrarum compoſuit, fuſe enarrat de libr. propr. c. 11. Voluit ſcilicet his libris probare, nullam eſſe demonſtrationem validam, niſi geometrarum, utiliaque ipſi viſa ea, quae ex inſtitutione philoſophorum e diverſis ſectis audiverit, in his libris in unum collegit. Citavit etiam hos libros in libris ſuis medicinalibus ſaepiſſime. Exſtare adhuc hos Galeni libros de demonſtratione graece in Walachia, refert *della Valle* viaggi II. Vide de hoc libro Hier. Mercurial. var. lect. IV. c. 4. Fragmentum ejus libri e Joanne Philopono recenſui inter fragmenta.

Εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους βιβλία γ'. In librum de interpretatione Ariſtotelis libri III. De libr. propr. c. 11.

Εἰς τὸ πρότερον περὶ τῶν συλλογισμῶν βιβλία δ'. In priorem de ſyllogiſmis libri IV. Ibid.

Εἰς τὸ δεύτερον περὶ τῶν συλλογισμῶν βιβλία δ'. In alterum de ſyllogiſmis libri IV. Ibid.

In primum Ariſtotelis librum de ſyllogiſmis commentarii VI. Ibid.

In alterum Ariſtotelis de demonſtratione librum commentarii V. Ibid. Is liber, uti et commentarius in librum de ſyllogiſmis, non ad editionem erat ſcriptus, Commentarium III. et IV. in Ariſtotelis alterum de

demonſtratione librum citat tamen in libro IV. de pulſuum diff. c. 17. Galenum Ariſtotelis ἐξεταστὴν dici a Themiſtio, notavit Pt. Petitus. Conf. Menag. ad Diog. Laërt. p. 208. ed. Wetſten.

Εἰς τοῦ Θεοφράστου περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως βιβλία ϛʹ. In Theophraſti librum de affirmatione et negatione libri VI. Ibid.

Εἰς τὸ πρότερον λέξεως Εὐδήμου. In priorem dictionis Eudemi. Ibid.

Commentarii in libros X. praedicamentorum Ariſtotelis. Ibid. Compoſuit hos ad uſum eorum, qui hos libros legerent, neque voluit, ut publici juris fierent.

Commentarii in libros Chryſippi συλλογιστικῶν. Ibid. Confecit hos commentarios in puerili aetate, cum a patre praeceptori traditus eſſet, a quo in Chryſippi diſciplina et Stoicorum philoſophia inſtitueretur.

Περὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὰς ἀποδείξεις. De neceſſariis ad demonſtrationes. Ibid. c. 12.

Περὶ τῶν παραλειπομένων προτάσεων ἐν τῇ λέξει τῶν ἀποδείξεων. De propoſitionibus praetermiſſis in lectione demonſtrationum. Ibid.

Περὶ τῶν ἰσοδυναμουσῶν προτάσεων. De aequipollentibus propoſitionibus. Ibid.

Περὶ τῶν κατὰ διότι ἀποδείξεων. De demonſtrationibus propter quod. Ibid.

Περὶ τοῦ τῶν συλλογισμῶν ἀριθμοῦ. De ſyllogiſmor. numero. Ibid.

Περὶ παραδείγματος βιβλία βʹ. De exemplo libri II. Ibid.

Περὶ ἐπαγωγῆς. De inductione. Ibid.

Περὶ εἰκόνος. De imagine. Ibid.

Περὶ εἰκότος. De veroſimili. Ibid.

Περὶ ὁμοιότητος βιβλία γʹ. De ſimilitudine libri III. Ibid.

Περὶ τῶν ἐξ ὑποθέσεων ἀρχῶν. De principiis ex ſuppoſitione. Ibid.

Περὶ τῶν κατὰ γένος, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τῶν συζυγούντων αὐτοῖς, σημαινομένων ἡμῖν, κατὰ τὴν αὐτόματον φωνήν. De iis, quae ſecundum genus, et ſecundum ſpeciem, et conjugatis ipſis, ſignificatis nobis ſpontanea voce. Ibid.

Περὶ τοῦ δυνατοῦ. De poſſibili. Ibid.

Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων βιβλία γ΄. De iis, quae multiſariam dicuntur, libri III. Ibid.

Περὶ τῶν ἐν ταῖς τέχναις κοινῶν καὶ ἰδίων. De communibus et propriis in artibus. Ibid.

Περὶ τῶν ἑαυτοὺς περιτρεπόντων λόγων. De ſermonibus, qui ſe ipſos evertunt. Ibid.

Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων. De propoſitionibus contingentibus. Ibid.

Περὶ τῶν μικτῶν προτάσεων καὶ συλλογισμῶν. De mixtis propoſitionibus et ſyllogismis. Ibid.

Ὅπως χρὴ διακρίνειν τὴν πραγματικὴν ζήτησιν, τὸ κατ᾽ ὄνομα καὶ τὸ σημαινόμενον. Quomodo diſcernenda ſit negotialis quaeſtio ab ea, quae nominis et ſignificati. Ibid.

Περὶ Κλειτομάχου καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων. De Clitomacho et demonſtrationis ejus ſolutionibus. Ibid.

Περὶ τοῦ κοινοῦ λόγου βιβλ. β΄. De communi ratione libri II. Ibid.

Περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον. De optima doctrina pro Epicteto adverſus Phavorinum. Ibid.

Περὶ χρείας συλλογισμῶν. De uſu ſyllogiſmorum. Ibid.

Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων βιβλ. β΄. De uſu praeceptorum ad ſyllogiſmos. Ibid.

Περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως. De optima ſecta. Ib. Non confundendus eſt is liber cum eo de optima ſecta, qui adhuc exſtat, et ad medicinales ſectas ſpectat.

Περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος βιβλ. γ΄. De nominum rectitudine. Ibid.

Περὶ τοῦ τῶν ὄντων ἕκαστον ἕν τε εἶναι καὶ πολλά. De eo, quodque eorum, quae ſunt, et unum eſſe, et plura. Ibid.

Περὶ τοῦ ὅτι τοῖς ἀντικειμένοις ἓν καὶ ταὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖν ἀδύνατόν ἐστιν. De eo, quod oppoſitis unum et idem ex neceſſitate conſequens eſſe impoſſibile ſit. Ibid.

Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς αἱρέσεως. De demonſtrativa ſecta. Ibid.

Περὶ τῆς λογικῆς δευτέρας καὶ θεωρίας. De ratione altera et ſpeculatione. Ibid.

Διάλογοι πρὸς φιλόσοφον, ἰδίως τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. Dialogi ad philoſophum, et ſeorſim de eo, quod ſecundum communes notiones. Ibid.

Πρὸς τοὺς ἐπηρεαστικῶς ἀκούοντας τῶν ὀνομάτων. Adverſus eos, qui contumelioſe accipiunt nomina. Ibid.

Περὶ τῶν ἰδίων καὶ κοινῶν ἐν ταῖς τέχναις. De propriis et communibus in artibus. Ibid.

Περὶ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως βιβλ. γ'. De artium conſtitutione libri III. Ibid.

Περὶ τῶν σημαινομένων ἐκ τῆς κατ' εἶδος καὶ γένος φωνῆς, καὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς. De ſignificatis ex voce ſpeciei et generis, et ipſis adiacentibus. Ibid.

Σύνοψις τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας. Synopſis demonſtrativae contemplationis. Ibid.

Περὶ τῆς κρίσεως τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασιν. De judicio diſcrepantium in decretis. Ibid.

Ὅτι τῆς πρώτης οὐσίας ἀχώριστος ἡ ποσότης. Quod a prima ſubſtantia inſeparabilis ſit quantitas. Ibid.

Περὶ τοῦ προτέρου. De priori. Ibid.

Περὶ τῆς δι' ἀδυνάτου ἀποδείξεως. De demonſtratione per impoſſibile. Ibid.

Περὶ τῶν ἕνεκ' αὑτοῦ γινομένων. De iis, quae ſui cauſſa fiunt. Ibid.

Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. De iis, quae multipliciter dicuntur. Ibid.

Περὶ τῆς κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως. *De quaestione secundum nomen et significatum.* Ibid.

Περὶ τῶν ἰδίων ἑκάστῳ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων τῆς διαγνώσεως. *De propriorum cuique affectuum et peccatorum dignotione.* De libr. propr. c. 13.

Περὶ ἠθῶν. *De moribus libri IV.* Ibid.

Πρὸς τὸν Φαβωρῖνον κατὰ Σωκράτους. *Adversus Phavorinum pro Socrate.* Ibid.

Περὶ ἀλυπίας. *De indolentia.* Ibid.

Περὶ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν τέλους. *De fine secundum philosophiam.* Ibid.

Περὶ τῆς τῶν ἐπιδεικνυμένων τοὺς ἀκούοντας συνουσίας. *De eorum congressu, qui demonstrant, ad auditores.* Ibid.

Περὶ τῶν ἀναγινωσκόντων λάθρα. *De clam legentibus.* Ibid.

Περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ κολάσεως ἰσότητος. *De peccatorum et poenae aequalitate.* Ibid.

Περὶ παραμυθίας. *De consolatione.* Ibid.

Περὶ τῆς ἐν αὐλῇ Μενάρχου διατριβῆς, πρὸς Βακχίδην καὶ Κῦρον. *De commoratione Menarchi in aula ad Bacchidem et Cyrum.* Ibid.

Περὶ τῆς ἐν τοῖς διαλόγοις συνουσίας. *De congressu in dialogis.* Ibid.

Πρὸς τοὺς ἀγοραίους ῥήτορας. *Ad forenses oratores.* Ibid.

Περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου. *De voluptate et labore.* Ibid.

Περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάστου. *De his, quae quodque sequuntur.* Ibid.

Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. *De publice dictis adversus sectarios.* Ibid.

Περὶ αἰδοῦς βιβλ. β'. *De pudore libri II.* Ibid.

Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων κατὰ κολάκων. *De publice dictis contra adulatores.* Ibid.

Περὶ τῆς διαβολῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου. *De calumnia, in quo et de vita sua.* Ibid.

Χρονίσκοι ζ. Saturnales ſeptem. Ibid.

Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. Adverſus ſectarios. Ibid.

Περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων. De publice dictis coram Pertinace. Ibid.

Μέχρι πόσου τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς καὶ δόξης φροντιστέον ἐστί. Quatenus parvi ducere oporteat honorem et gloriam apud vulgus. Ibid.

Περὶ διαθηκῶν ποιήσεως. De teſtamentorum confectione. Ibid.

Περὶ τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως. De Platonis ſecta. Ibid. c. 14.

Πρὸς τοὺς ἑταίρους ἢ Πλάτων. Ad ſodales ſeu Plato. Ibid.

Περὶ τῶν ἰδίων δοξῶν. De propriis opinionibus. Ibid.

Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα λογικῆς θεωρίας. De ea, quae ſecundum Platonem eſt, rationali contemplatione. Ibid.

Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως η΄. Platonicorum dialogorum compendia octo. Ibid.

Περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων. De transitionibus in Philebo. Ibid.

Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν καὶ δυνάμεων γ΄. De animae partibus et facultatibus libri III. Ibid.

Ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν αἱ τῆς ψυχῆς ἕπονται δυνάμεις. Quod corporis temperamenta animi facultates ſequuntur. Ibid. Duplex erat ejus libri editio. An idem cum eo, qui ad nos pervenit: *Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur?*

Εἰς τὸ Ἀριστοτέλους περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γ΄. In Ariſtotelis de interpretatione commentarii tres. Ibid. c. 15.

Προτέρων ἀναλυτικῶν τοῦ προτέρου περὶ ς΄. Priorum reſolutionum Ariſtotelis in priorem ultra ſex. Τοῦ δευτέρου ὑπομνήματα ε΄. Poſterioris commentarii quinque. Ibid.

Εἰς τὰς ι' κατηγορίας ὑπομνήματα δ'. In decem praedicamenta commentarii quatuor. Ibid.

Εἰς τὸ περὶ τῶν ποσαχῶς ὑπομνήματα γ'. In Aristotelis de eo, quot modis, commentarii tres. Ibid.

Εἰς τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον. In primum movens immotum. Ibid.

Εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμου ὑπομνήματα γ'. In eum de dictione Eudemi comment. tres. Ibid.

Περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων. De demonſtratione quare. Ibid.

Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν. De contingentibus propoſitionibus et ſyllogiſmis. Ibid.

Περὶ τῆς κατὰ Χρύσιππον λογικῆς θεωρίας. De rationali ſecundum Chryſippum contemplatione. Ibid. c. 16.

Τῆς Χρυσίππου συλλογιστικῆς πρώτης ὑπομνήματα γ'. Chryſippi ſyllogiſticae primae comment. III. δευτέρας ἕν. Secundae unus. Ib. c. 16.

Περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως καὶ θεωρίας βιβλ. ζ'. De rationali facultate et contemplatione libri VII. Ib.

Περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων. De uſu praeceptorum ad ſyllogiſmos. Ibid. [Vid. ſupra et paulo poſt.]

Ὅτι ἡ γεωμετρικὴ ἀναλυτικὴ ἀμείνων τῆς τῶν Στωϊκῶν. Quod geometrica reſolutio praeſtantior ſit, quam Stoicorum. Ibid.

Περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων βιβλ. β'. De uſu praeceptorum ad ſyllogiſmos libri II. Ibid.

Περὶ τοῦ κατ' Ἐπίκουρον εὐδαίμονος καὶ μακαρίου βίου βιβλ. β'. De felici ſecundum Epicurum et beata vita. Ibid. c. 17.

Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον ἀμυδροῦ ἡδονῆς βιβλ. β'. De caduca voluptate ſecundum Epicurum libri II. Ib.

Ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς ἐλλιπῶς Ἐπικούρῳ λέλεκται. Quod efficientia voluptatem imperfecte ab Epicuro dicta ſunt. Ibid.

Περὶ τῆς ἡδονικῆς αἱρέσεως. *De voluptuaria ſecta.* Ibid.

Εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν. *An philologia utilis ad moralem philoſophiam.* Ibid.

Περὶ τῶν πρὸς τοὺς σοφιστάς. *De iis, quae adverſus ſophiſtas.* Ibid.

Μητροδώρου ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικούρειον. *Metrodori epiſtola ad Celſum Epicureum.* Ibid.

Ἐπιστολὴ Πουδεντιανοῦ Ἐπικουρείου. *Epiſtola Pudentiani Epicurei.* Ibid.

Τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων μή. *De vocabulis, quae apud Atticos ſcriptores occurrunt, libri XLVIII.* Ibid. c. 18. Libri hujus ſaepius meminit in medicinalibus libris ſuis.

Περὶ τῶν Ἰωνικῶν ὀνομάτων ſe ſcripturum promittit in libro III. de differ. pulſ. c. 1.

Τῶν παρ᾽ Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων γ΄. *Civilium apud Eupolin vocabulorum libri III.* Ibid. c. 18.

Τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων βιβλ. β΄. *Civilium vocabulorum, quae apud Cratinum, libri II.* Ibid.

Τῶν παρὰ Ἀριστοφάνει πολιτικῶν ὀνομάτων βιβλ. ε΄. *Civilium vocabulorum, quae apud Ariſtophanem occurrunt, libri V.* Ibid.

Τῶν ἰδίων κωμικῶν ὀνομάτων παραδείγματα. *Propriorum comicis vocabulorum exempla.* Ibid.

Εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς παιδευομένοις ἡ παλαιὰ κωμῳδία. *An utilis lectio ſit illis, qui erudiuntur, vetus comoedia.* Ibid.

Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ. *Ad eos, qui voce ſoloeciſſantes reprehendunt.* Ibid.

Ἀττικῶν παράσημος. *Atticorum inſigne.* Ibid.

Περὶ σαφηνείας καὶ ἀσαφείας. *De perſpicuitate et obſcuritate.* Ibid.

Εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς καὶ γραμματικός. *An poſſit aliquis eſſe criticus et grammaticus.* Ibid.

Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς εὑρέσεως. De demonſtrativa inventione, citat in libro VII. method. med. c. 5.

XVII. *Codices manuſcripti* librorum Galeni omnium, aut plurium, qui exſtant, hi ſunt, et quidem 1) *graeci.* GALENI libri omnes graeci ſunt in archivo Baſilicae S. Petri *Romano*. Montfauc. p. 157. — GALENI *opera varia, voluminibus XVIII. comprehenſa* exſtant *graece* in bibl. Ambroſ. Mediol. Montfauc. p. 497. — Codex erat in bibliotheca MARC. AUREL. SEVERINI. Vid. ej. Zootomia Democr. p. 168. — JOS. SCALIGER Galeni editioni Aldinae multa adſcripſit, partim e collatione librorum mſtorum, partim ex ingenio hauſta, quibus Galeni contexta emendari poſſunt. Dolendum autem eſt, libros mſtos, quos cum Aldina editione contulit, plane non deſcriptos eſſe, nec, ubi inveniantur, indicatum. Tres autem, niſi quatuor, fuiſſe colligo e triplici aut quadruplici ſigno, quo varias lectiones notavit; et quae ſine omni ſigno adponuntur, eas pro conjecturis habeo, ex ingenio depromtis. Exemplum hujus editionis, quod ſibi MARQ. GUDIUS comparaverat, nunc ſervatur in bibliotheca Guelferbytana. K. — In Mosquenſibus bibliothecis olim exſtabant Galeni libri plures graece, mſti, qui an incendium Mosquenſe, cui occaſionem praebuit Napoleo, evaſerint, nondum conſtat. Poſſideo e venditione publica librorum CHR. GODOFR. GRUNERI codicem membranaceum GALENI *therapeut. ad Glaucon.*, cui MATTHAEI collationem codicis adſcripſit, qui haud dubie in bibliotheca Moſquenſi Metropolitana ſervabatur. Videtur MATTHAEI apud animum conſtituiſſe ſuum, plures adhuc ejusdem libri codices cum ſuo codice conferre. Nam omnes lectiones varias notavit numero 1. K.

CL. DE MURR, Patricius Noribergenſis, poſſidebat codicem ms. Caſp. Hofmanni, qui inſcriptus eſt: *Analecta correctionum graeci codicis Galeni impreſſi Baſil. 1538., et reſpondent quidem folia et lineae ci-*

tatae foliis et lineis dicti codicis: verum tributi sunt in VII. classes, ut vulgo in Juntarum editionibus et ultima Basileensi latina a Montano habemus. Inchoata Cal. Nov. 1619. Absoluta d. XVII. Cal. Sept. 1622. Casp. Hofmann, M. D. et P. P. Altorfii Norimbergensium. Hunc codicem cl. GRUNERO cl. de MURR ea conditione dederat, ut, quae in eo contineantur, in publicum prodire is vir doctissimus juberet. Edidit hinc programmate academico *Specimen correctionum Galenicarum ab* CASP. HOFMANNO *olim conscriptarum.* Jen. 1776. 4. (Qui quidem codex quo pervenerit, nescio. Nam in catal. biblioth. Grunerianae non occurrit. Ibi tantum p. 26. no. 320. [b]. commemorantur CP. HOFMANNI commentarii in Gal. de usu part. mspt. Illustr. HARLES, Bonnensis literarum universitatis professor, possidet editionem Galeni Basileensem, CP. HOFMANNI notis mstis multum auctam. Quae an sit illud MURRII exemplum, HARLESIUS omnium optime sciet. K.)

(Idem clar. de MURR dono obtulit GRUNERO d. 5. Dec. 1774. alium codicem mstum chartaceum forma 4., quem olim EL. EHINGERUS possedit, manu minus elegante exaratum. Continet hic liber, qui mortuo GRUNERO meum librorum ad GALENUM pertinentium apparatum auxit, GALENI *artem parvam.* K.)

Galeni opera, cum scriptis libris comparata, sunt, ut puto, graece inter libros ED. BERNARDI. Vid. cat. mss. Angl. n. 7562. — In bibliotheca academiae Jenensis est editio graeca operum Galeni, Venet. ap. Aldum, a JANO CORNARIO anno 1532. nummis aureis XXX. emta, cum notis mstis ejusdem CORNARII. Vid. MYLII memorab. bibl. Jenens. p. 58. et GRUNERI progr. I—IV. quae postea collecta prodiere sub titulo: JANI CORNARII *conjecturae et emendationes Galenicae.* Jen. 1789. 8. Sunt, GRUNERO teste, ita comparatae, ut et prodant ingenium CORNARII, et prodesse possint novam editionem Galeni aggressuro. (De alio Aldinae

editionis exemplo, quod multis quoque viri eruditi conjecturis et emendationibus auctum eſt, vide meae editionis praefationem. K.)

Galeni de methodo ſanandi libri XIV. non tamen integri; ej. de uſu partium. Ej. de Hippocratis et Platonis decretis libri IV. Ej. de abortivo foetu tractatus. Ej. de elementis ſecundum Hippocratem libri II. De naturalibus libri III. De differentia ſymptomatum. De cauſſis eorundem. De uſu pulſuum. De terminis medicis. De differentia febricitantium; ſunt graece in bibl. coll. Cai. Gonvil. Cantabr. n. 946. 947. 948. 949. — Galeni libri multi ſunt, ut puto, graece, in bibl. Vatic. Montfauc. p. 10. — Galeni opuſcula multis in locis partim graece ſunt in Vaticana. Montf. p. 96. Numeros codd. vid. ibidem. — Galeni opera quaedam ſunt, neſcio an graece, in bibliotheca Caſſinenſi. Montf. p. 221.

Galenus de pulſibus et urinis cum aliis libris, ad medicinam pertinentibus, eſt, ut puto, in biblioth. monaſter. Caſſin. Montf. p. 222. — Galeni opera diverſa ſunt, ut puto, *latine*, in bibl. fratr. min. Ceſenae. Montf. p. 433. — Galeni microtechne et alia ſunt in bibl. D. Marc. Venet. Vid. Catal. pagg. ſaepe citatis. — Galeni libri permulti, graece ſcripti, recenſentur cum aliis, quorum titulus literis non proditus eſt, a Montf. p. 472. ceu exſtantes in bibl. D. Marc. Venet.

Galeni opera quaedam ſunt in bibl. Ambros. Mediol. at recenti manu ſcripta. Montf. p. 529. — Galeni codices bene multi ſunt in bibl. Ducis Mutinenſis. Montf. p. 531. — Galeni opera multa graece ſunt in biblioth. Auguſt. Vid. catal. ejus biblioth. in fol.

Galeni opera multa graece ſunt in bibl. univ. lit. Lipſ. Paulina, et ſenatus Lipſ. (In Paul. bibl. continentur τέχνη, no. 1095. de locis affect. libr. VI. n. 1100. de ſanitate tuenda libr. VI. n. 1100. de ſym-

ptom. differ. et cauſſis n. 1101. ἰατρὸς, εἰσαγωγὴ ſ. method. med. n. 1102. ὅροι ἰατρικοὶ n. 1102. ἀνατομικαὶ ἐγχειρήσεις n. 1102. Sunt omnes papyracei, recentis aetatis. K.)

Galeni opuſcula exſtant graece in bibl. reg. Taurin. Montfauc. p. 1397. et cat. cit. — Galeni et Erotiani quaedam in bibl. Naniana. Vid. cat. codd. graec. p. 442. cod. 249.

Anonymi cujusd. antiqui auctoris tabulae diviſionum; quae exſtant in Cl. Galeni libris περὶ αἱρέσεων ſive de ſectis; in libris duobus de curatione ad Glaucon.; in libro de pulſibus ad Theutranem; in libro de differentia morborum; in libro de cauſſis morborum; in libro de differentia ſymptomatum; et in libris III. de cauſſis ſymptomatum, qui ſex poſteriores libri, tanquam partes unius ejusdemque πραγματείας, ibi generaliter inſcribuntur lib. I — VI. περὶ αἰτίας. Exſtat in bibl. caeſ. Vind. Lamb. lib. VI. p. 151. ſeq. de Neſſel Pa. III. n. 16. p. 28.

Galeni quaedam opuſcula, quae Jul. Caeſ. Scaliger deſcripſit, ſine titulo, praemiſſis de ſe duobus carminibus graecis, ſunt in bibl. acad. Lugd. B. et quidem ex hujus viri legato. Vid. cat. ill. biblioth. p. 339. 340.

(His ſubjungam, quae partim ex Ign. Hardtii *cat. cod. mſtor. bibl. r. Bavar.* partim ex Jac. Morellii *bibl. mſta Venet.* to. I. Baſſani 1802. 4. huc facientia excerpſi. Continentur autem in illa:

Galeni definitiones medicae. cod. chart. n. 109. in fol. cum correctionibus marginalibus, conſtans f. 61. cum lacunulis, poſſeſſus a Victorio, Seculi XVI. Vid. Hardt To. II. p. 13.

Galeni medicus. cod. chart. n. 109. in f. qui quondam fuit P. Victorii, cum correction. marginal. conſtans f. 61. cum lacunulis, ubi inde a f. 22 — 49. reperitur laudatus Galeni liber. Cap. 5. et 11. deſunt.

Galenus ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν etc. cod. chart. n. 109. in f. cum correction. margin. Inde a f. 50. hic Galeni liber, auctior in fine, quam in Aldina et Basil. graeca; nam in Chart. edit. illa particula legitur.

Galeni comm. in Hipp. epidem. cod. chart. n. 231. initialibus et titulis miniatis, literis minutis et nitidis in 4. foliis 228. constans, mutilus, sec. XVI. Incipit Μόνον προγνώσεται τὰς γενομένας νόσους ἐν ἑκάστῃ etc. Finit τῶν ἔνδον τοῦ περιτοναίου μορίων. Deest titulus et initium. Est vero Galeni comment. de epidemiis Hippocratis. Non sit in hoc cod. eadem semper et textus et commentarii distinctio, sicut in ed. graeca Bas. 1535. f. v. c. in hypomnemate tertio libri I. post haec καὶ ἐνναταίων ἐκ τουτέου τοῦ κόσμου (quae in edit. Pa. V. p. 383. adhuc in contextu sunt) hic titulus occurrit: περὶ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημίων γεγραμμένων ἀῤῥώστων. πρὸς τῆς τῶν κατὰ μέρος. Editio autem omisso titulo pergit. Quibus finitis sine alia inscriptione codicis minio distincta sequuntur: πυθίων, οἳ κατῴκει παρὰ γῆς ἱερόν. In edit. autem γαληνοῦ εἰς τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημίων ὑπόμνημα ᾱ. Notandum, hic titulos occurrere, qui in edit. non sunt, quamvis eadem sint. Desinit vero in tertio commentario in tertium librum epidem. Est proin tantum hic in primum et tertium epidem. librum: reliqua desunt. In veteri catalogo est compendium medicinae. Ign. Hardt to. II. p. 502. seq.

Cod. 39. continet varia Galeni, v. c. f. 80. fragmentum de hominis natura, quod Ign. Hardt Galeni forte esse autumat. f. 81. ἐκ τοῦ φλεβοτομίας Γαληνοῦ. Incipit: ὅτι τοῖς τὰ συνήθη πράττουσι. Fin. καὶ αὖθις ἐπαφαίρειν. — Περὶ ἀρτηριοτομίας. Incipit: ὅτι τὰς ἐν τοῖς κροτάφοις ἀρτηρίας. Fin. μόριον παντός. — Περὶ πέψεως. Inc. ἡ πέψις ἀλλίωσίς ἐστι. Fin. τὴν γαστέρα ναρδίνῳ μύρῳ. — f. 86. Γαληνοῦ προοίμιον περὶ τροφῶν δυνάμεως κατὰ στοιχεῖον. Inc. πολλῶν καὶ λο-

γίων, ὦ μέγιστε βασιλεῦ. Fin. περὶ ὠτίδων. λόγου διαγνωσθήσεται. Addit HARDT p. 204. to. I. „Editum Galeni opufculum de alimentorum facultatibus. At hoc totum quantum differt, uti ex collatione intellexi." — f. 121. Σύνοψις τοῦ περὶ τροφῶν, Γαληνοῦ. Inc. περὶ πυρῶν ἤτοι ἄρτων. Fin. εἰς δὲ οὔρησιν χείρους τῶν λευκῶν. Addit HARDT p. 205. „Eft haec fynopfis defumta ex tribus libris de alimentis, uti obvii tituli declarant. Nec haec cum editis conveniunt. Sequuntur varia remedia contra varios morbos. In bibl. Taurin. ap. Pafinum p. 70. a Meletii opere, quod his Galenicis praecedit, ufque huc eadem haberi videntur. Verba enim ipfius haec innuunt. Adduntur in fine pauca quaedam de variis morbis ex eodem forte Galeno defumta."

Cod. 68. chartaceus, titulis et initialibus miniatis cum marginalibus notis variis f. 334. in fol. feculi XVI. continet f. 298. Παύλου αἰγινήτου ἰατροσοφίστου κεφ. κε. ἐκ τοῦ ζ βιβλίου τοῦ ἐπιγραφέντος ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ τῶν ἀντεμβαλλομένων. Inc. ἐν Ἀλεξανδρίᾳ φησὶν ἐπιτίνιος. Fin. ἀντὶ ὠκίμου σισύμβριον.

Cod. 105. chartaceus cum correctionibus marginalibus feculi XVI. in fol. habet Γαληνοῦ περὶ κατακλίσεως νοσούντων προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. Init. περὶ μὲν τοῦ ὑπαρκτικὴν εἶναι. Fin. ἐὰν δὲ ἀγαθοποιὸς τῇ ☾ ἐπιθεωρήσῃ. Exftat in Galen. oper. Vol. IV. p. 476. b. ed. Bafil. In fine mutilum.

Galeni ad Glauconem. Incip. ὅτι μὲν οὐ τὴν κοινήν. Fin. ὑπομνημάτων ἕκαστον. IGN. HARDT notavit, hunc codicem, chartaceum, fec. XV. fcriptum, mutilum, e libris P. VICTORII migraffe in bibl. reg. Bav. ubi n. 236. infignitur. Sunt libri II. Therapeuticorum in plura capita, quae tituli minio exarati innuunt, divifi. Id quod non eft in ed. graec. Baf. to. IV. p. 247. — *Cod. mft. bibl. Bav.* to. III. p. 6.

Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῆς παρούσης δέλτου καὶ ἑρμηνεία καὶ

διδασκαλία καὶ ἐξήγησις τοῦ θαυμασιωτάτου καὶ λογιωτάτου ἀρχιήτρου τοῦ Γαληνοῦ τοῦ σπεύσαντος εἰς τὰ τῶν μορίων πάθη ἀνίατα καὶ δυσίατα λέγω ἅμα καὶ εὐίατα γενέσθαι ὠφέλειαν καὶ ἴασιν. Cod. 288. Init. *πρῶτον μὲν καὶ κοινῷ λόγῳ καὶ* etc. Finis: *καὶ μίξας μετ' ὄξους ἄλειφε.* Addit J. HARDT to. III. p. 211. haec: Praemittitur index c. 249. in cujus autem fine leguntur haec: *ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ περιέχονται κεφάλαια θεραπευτικὰ τῶν ἀδήλων καὶ φανερῶν ἐπιποδότων τόπων* CN. Ex ipſo jam titulo patet, non ipſius Galeni opus eſſe, ſed commentarium in Galenum. Id quod confirmatur per id, quod in fine prooemii legitur: *λόγος καὶ ποίημα Ἰωάννου ἀρχιήτρου περιέχων συνοπτικῶς πάντων τῶν παθῶν καὶ τῶν ἀδήλων τὰς θεραπείας. πρὸς ὀξὺν πόνον κεφαλῆς κισσὸν ξηρὸν, ἢ χλωρὸν κοπανίσας ἀπόβρεχε εἰς ἔλαιον.* Ex iſto enim clare videtur, eſſe commentarium Joannis Archiatri, continentem morborum omnium curationem. In bibl. r. Pariſ. n. 126. idem mſt. habetur, cujus titulus eſt: Joannis iatroſophiſtae *λόγος καὶ ποίημα πάντων τῶν παθῶν καὶ τῶν ἀδήλων τὰς θεραπείας πρὸς ἓν ἕκαστον τὴν τάξιν.* Capitulis 252. conſtat teſte *Fabricio* vol. XII. p. 781. Ultimum hic caput eſt:

Τοῦ σοφωτάτου Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν τροφῶν δυνάμεως. Cod. n. 551. bombycinas in 4., qui ſeculo XV. ſcriptus fol. 296. conſtat. Prooemium incipit verbis: *Ποιήσας πᾶσαν θεὸς τὴν ὁρωμένην*, et deſinit: *προπυρίων ἐπιτίθει.* Praemittitur index cap. 160., quorum primum eſt *περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου*, et ultimum *περὶ σκλήρου.* At in ipſo libro ultimum eſt *περὶ στεατωμάτων*, adeoque 161. Ad cap. 11. legitur titulus: *Ἑρμηνεία περὶ τῆς τῶν τροφῶν δυνάμεως. προοίμιον. πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε,* ut in eodem cod. 39. Videtur proin IGN. HARDTIO l. c. to. V. p. 403. e Galeno potiſſimum compoſitum.

Ἀρχὴ σὺν θεῷ συνοπτικοῦ ἰατροσοφίου τοῦ σοφω-

τάτου Γαληνοῦ. Prooemium incipit: Σύντομος διδασκαλία τοῦ θαυμασιωτάτου etc. et deſinit verbis λουθῆναι καλῶς. Praemittitur index cap. 216. quorum primum eſt πρὸς ὀξὺν πόνον κεφαλῆς, et ultimum εἰς ὀδύνην ἰσχίου. Inter codd. bibl. r. Bav. n. 551. f. 336—353. Vid. *Cat. cod. mſt. bibl. r. Bav.* to. V. p. 403.

Ἑρμηνεία περὶ τῆς ποδάγρας τοῦ σοφωτάτου Γαληνοῦ. Prooemium incipit verbis: ἐπεὶ ὥρισε πρός με ὁ κράτιστος, et deſinit expoſitio καὶ τοῦ ἄρτου προπραχέντος μετὰ τοῦ .... Inter codd. bibl. r. Bav. n. 551. f. 354—359. Vid. *Cat. codd. mſt. bibl. reg.* To. V. p. 403.

In *Morellii* autem catalogo bibl. mſt. Ven. tres codd. Galeni reperiuntur.

Galeni ars medica et alia quaedam, in indice impreſſo denotata, Mich. Apoſtoli manu exſcripta. Cod. 275. in 4. ſeculi XV.

„Ad hunc ipſum codicem, niſi fallor, reſpexit Jo. Rhodius, cum ad Cp. Hofmannum 1626. e Patavio ita ſcriberet: Anno ſuperiore Venetiis incidi inter alia mſt. in Artem parvam, charta et charactere vere graecam, polite ſcriptam. Veſtri non immemor, aſſumto Bucretio, cum codice graeco Aldi ſingula diligenter contuli. Quaedam deprehendi diverſa, nec tamen, quantum in transitu obſervare licuit, ſemper meliora. Iſta, qualiacunque ſunt, nunc cum D. Meyero mitto. Interſtinctiones etiam notavi, ne quid curioſitati deeſſet. Adhibito codice Baſil., quo hic deſtituimur, minus fortaſſe diſcriminis erit. Nonnullis in locis ſupplementa videbis, quae num in ſola Aldina editione, an vero etiam in Baſileenſi deſint, ſcire aveo. (Inter Epiſt. Geo. Richteri. Norimb. 1662. p. 805.)

Galeni libri anatomici IX. et alia ejus quaedam opera, ut in indice impreſſo, in quibus tamen lib. I.

de alimentorum facultate a capite VII. incipit. Cod. 279. membranac. feculi XV. fol.

„Libros anatomicos IX. omnium primus latine reddidit *Demetrius Chalcondylas*, Athenienfis, unus e graecarum literarum in Italia inftauratoribus: quam interpretationem non Fabricius, non Hodius, non Boernerus, non Argelatus, non alii praecipui de Chalcondyla fcriptores noverunt. Typis eam tum commifit Bonon. 1529. Jac. Carpus feu Jac. Berengarius Carpenfis, anatomicorum fui temporis fi non princeps, nemini certe inferior: eaque in editione etiam Petri Pomponatii, Laz. Bonamici et Frc. Furnii opera ufus ipfe eft, quemadmodum in eleganti ad *Herculem Gonzagam* Cardinalem epiftola fcripfit. Latuit Berengarii editio, quae penes me eft, bibliographos primae notae omnes, ac etiam Tiraboschium, dum fufe de Berengario differeret (*Bibl. dei fcrittori Modenefi* To. I. p. 215.); minime vero Jo. Cajum, Britannum, qui in annotationibus ad libros *Galeni* anatomicos, ad fidem hujus cod. Marc. a fe emendatos (Cajus *de libr. propr.* p. 141. ed. Lond. 1719.) et cum aliis ejus nonnullis ann. 1544. Bafil. impreffos, Demetrius, inquit, a verbis nunquam recedit, fed verbum verbo fideliter reddit. Etiam vett. *Galeni* editiones varietates verfionis *Demetrii* in margine afferunt. Liber *Galeni* fpurius de oculorum anatome inter ejus opera ed. Chart. to. X. p. 504. impreffus, ex latina Demetrii Graeci verfione, et ipfe Chalcondylam interpretem habuiffe omnino videtur.

Galeni de temperatura medicamentor. fimpl. libri V. priores manu Mich. Apoftolii fcripti funt, fex pofteriores a. 1470. Aer. V. fe fcripfiffe Cofm. Hieromachus prodidit hac adnotatione in fine pofita: *Τὰ ὄπισθεν γραφέντα βιβλία ἓξ τοῦ Γαληνοῦ γέγραπται παρ᾽ ἐμοῦ Κοσμᾶ ἀναξίου ἱερομάχου, μηνὶ Αὐγούστῳ ιγ΄ τῷ αυό ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν.* Cod, 286. membr. in 4. K.)

2. *Latini.* — Galeni opera omnia exſtant latine in bibl. collegii Baliolenſis Oxon. n. 216. — Galeni opera voluminibus V comprehenſa, exſtant latine in bibl. Ambroſiana Mediol. Vid. Montfauc. p. 514. — Galeni opera medica, ſeculo XIV. ſcripta, exſtant latine in bibl. monaſt. Gaybacenſis.

Galenus de elementis ſec. Hippocr. Ejusd. de complexionibus. Ejusd. de malicia complexionis diverſae. Ej. de virtutibus medicinar. ſimplic. lib. V. Idem de morbo et accidente. Megategni ejusd. particulae XIV. Ejusd. de criſi libri III. Ejusd. de dieb. crit. libri III. Idem de interioribus membris part. VI. Id. de virtutibus naturalibus cibariorum. Eſt inter codd. mſſ. coll. Mertonens. n. 685. — Varii tractatus Galeni ſunt inter eosd. n. 686. — Galeni ars parva cum aliis opuſculis eſt inter eosd. n. 689. — Galeni ars magna. Idem de morbo et accidente. Id. de interioribus. Tabula librorum Galeni. Epiſtola Galeni de humano corpore. Antiballomena Galeni. Signa mortis ſec. Galenum ſunt in bibl. colleg. Cai. Gonv. n. 955. 956. — Opera quaedam Galeni translata per varios ſunt in bibl. domus S. Petri Cantabr. n. 1865.

Tractatus aliquot Galeni ſunt in libris Iſ. Voſſii n. 2157. — Galenus de differentia morborum. De eorum cauſis. De praenotione. Qui ſunt purgandi. Quomodo coarguendi, qui fingunt morbos. Quomodo per ſomnia dignoſcendum. De criſibus libri III. De ſectione venae eſt in libr. mss. Iſ. Voſſii n. 2243. — Galeni epiſt. de febribus, latin. cod. membr. ſec. VIII. et cod. membr. ſec. XIV. in Galeni artem parvam *Joannitii*, Joh. Alexandrini diſcipuli. In bibl. Bern. Vid. *Sinneri* catal. p. 382.

(Cod. membran. cujus aetas initium ſec. XV. transire non videtur, in duo volumina, quae conjunctim continent folia 616. numerata, ſerius divulſus, ſervatur in bibl. reg. Dresd. Scrin. D. n. 223. 224. Literis minio pictis et deauratis eſt ornatus, rubricis-

que et columnarum titulis diſtinctus. Quaelibet pagina in duas columnas diviſa. In ultimo ſecundi voluminis folio haec leguntur: Tabula libror. Galieni in hoc volumine contentorum. De prognoſticationibus et quibusd. curis pulcherrimis f. 1. interprete non nominato, quod ſemper intelligi volo, niſi interpres additus ſit. De introductionibus medicorum f. 9. Liber de ſententiis f. 12. Yconomica Galieni, interprete Armengando Blazii de arabico in latinum f. 16. De cognitione propriorum defectuum, interpr. eod. f. 17. Quomodo omnes arguere ſimulantes aegritudines f. 19. De motu thoracis et pulmonis f. 19. De cauſſis reſpirationis f. 20. De utilitate reſpirationis f. 20. De voce et anhelitu f. 24. De innamento anhelitus f. 26. De introducendis in pulſu, interpr. Burgundione, judice Piſano, f. 30. Prohemium Marci Toletani in librum Galieni de tactu pulſus f. 34. Liber Galieni de tactu pulſus, interpr. eod. M. Toletano de arabico in lat. f. 34. De utilitate pulſus, interpr. eod. f. 39. De ſpermate, interpr. Nicolao de Regio f. 43. De utilitate particularum, interpr. eod. f. 59. Liber cathagenarum f. 181. De medicinis expertis et probatis contra quosdam morbos f. 193. Liber dictus Miamir, aliter decem tractatuum, et aliter de paſſionibus unius cujusque particulae, interpr. Nic. de Regio f. 196. Geneſiae Galieni de paſſionibus mulierum f. 256. De experimentis f. 258. De aegritudinibus puerorum in prima aetate, quem compilavit Rhaſis, f. 268. Liber dinamidiarum Galieni f. 272. De formatione foetus, interpr. Nic. de Regio f. 295. De conſtitutione artis medicae, interpr. eod. f. 296. De ſequela animae ad corpus, interpr. eod. f. 304. De ſubtiliante diaeta, interpr. eod. f. 309. De euchimia et cacochymia, int. eod. f. 312. De phlebotomia, int. eod. f. 320. De ſimplici medicina f. 330. Liber pharmacorum f. 390. De uſu pharmacorum f. 392. De clyſteribus atque colica f. 392. Sex ultimi libri

de ſimplici medicina, int. Nic. de Regio f. 397. De cauſſis contentivis, interpr. eod. f. 443. De cauſſis procatarcticis, int. eod. f. 445. De diſpina, int. eod. f. 451. Liber epidemiarum Hippocratis f. 458. Galenus de marasmo f. 461. De cura yctericia f. 465. Liber megategni Galieni f. 467. De motibus liquidis, interpr. Marco Toletano f. 504. Liber paſſionum Galeni f. 509. Therapeutica Galieni f. 565. Tegni Galieni f. 608. Liber Galeni de ſomnis f. 42.

In bibliotheca academica Vratislavienſi duo continentur codices mſti, quorum alter eſt maximi folii, membranaceus, antiquus et bonus, continetque ſequentia Galeni ſcripta: 1. libr. III. de compleſſionibus. 2. de interioribus. 3. de accidenti et morbo. 4. libri de virtutibus naturalibus. 5. de differentiis pulſuum a burgundione judice piſano de graeco in latinum translatus. 6. de malicia compleſſionis diverſae. 7. de ingenio ſanitatis. — Alter codex pergamenus, antiquus et optimae notae, plenior priore eſt. Continet enim 1. de complexione. 2. de ſimplici medicina. 3. de elementis ſecundum ſummam ypocratis. 4. de differentiis febrium. 5. de juvamento. 6. de regimine ſanitatis, cujus in fine: Explicit liber Galeni de regimine ſanitatis. Finis ſexti ſermonis hygyenae: 1. ſanitatis cuſtoditivae a burgundione cive Piſano de graeco in latinum translati. 7. de juvamento membrorum. 8. de creticis (ſic) diebus. 9. de motibus liquidis, cujus in fine: Completus eſt tractatus Galeni de motibus liquidis translatus a Joannicio de graeco in arabicum, et a Marcho toledano de arabico in latinum. 10. de voce. 11. de virtutibus naturalibus. 12. de interioribus. 13. de malicia complexionis diverſae. 14. de morbis et accidenti. 15. Incipit liber Galeni de cibis. Rubrica: Viro provido et diſcreto magiſtro roſello de Aricio medico praecipuo ffr Guill's de Morbecha ordinis praedicator. bene valere et ſp oblime agere. In hiis quae per me ex graeco transferuntur operibus hoc in-

tendere consuevi, ut latinitati luminis adjiciat labor meus, qm fiem si in hoc opere attigi, illi gratias habeo agere qui dedit consumare. Si autem alicui forte videatur, quod ea, quae in hoc libro traduntur copiosius, in aliis plerisque habentur exposita, et ita superfluus videatur labor esse, excuset me nostra instantia, qm cum quanto affectu id exegeritis vos ipse nostis. (Eandem inscriptionem mutilam e cod. Colbertino posuit Echardus script. ord. praedicat. to. I. p. 389. n. 5.) 16. de caussis principalibus alterantibus pulsum. Incipit liber Galeni de utilitate (margo atramento *tactu* scriptum habet, deleta rubrica *utilitate*) pulsus; quem transtulit Joannicius filius Ysaac e graeco in arabicum et marchus tol'an^c (Toledanus) de arabico in latinum. 17. de virtutibus alimentorum: in fine, explicit liber Galeni de virtute alimentorum. 18. Sequitur rubrica; *Explicit liber VI. incipit VII.* et sic pergit lib. VIII. IX. XI. XII. XIII. in cujus fine est: *explicit liber Galeni de ingenio sanitatis,* et supra VII — XIII. in superiore pagina rubrica scriptum in singulis paginis *de ingenio sanitatis.* 19. de crisi. 20. de XII. partis. 21. de peryodis febrium. K.)

XVIII. Galeni operum omnium *editiones graecae* hae sunt:

Γαληνοῦ α΄. β΄. γ΄. δ΄. ε΄. *Galeni librorum pars* I. II. III. IV. V. *Venet. ap. Aldum*, sine anni mentione, qui tamen est ad finem privilegii Clementis Papae VII. quod datum est Romae sub annul. piscat. d. 27. Jan. ann. 1525. Idque privilegium ejusdem mensis et anni singulis partibus praefixum legitur. Forma est in fol. min. — Voluminibus V. ut plurimum in bibliothecis comprehensa opera Galeni in hac editione exstant. Molesta est, quod libri in capita divisi non sunt, et quod foliorum numeri in singulis partibus toties incipiunt. Quae etiam caussa est, cur exemplaria, non omnes Galeni libros continentia, ideoque manca, in bibliothecis prostent. Cui tamen incommodo sub-

venit et regiſtrum in ſingulas operum Galeni partes, a prima ad quintam, quod exſtat in principio partis quintae, et index librorum, qui in ſingula parte continentur, cuique parti praefixus. Multa de opera, quam in hac editione paranda adhibuerit, gloriatur *Aſulanus*, in praefatione dedicatoria part. I. ad Clementem VII., ſe incredibili ſtudio omnes codices Galeni, quotquot in Italia et in ipſa Graecia potuiſſent reperiri, conquiſiviſſe; ſuppleviſſe multiplici labore, quae in ſingulis Galeni libris deſiderarentur; redegiſſe in commodum ordinem libros ſingulos Galeni, eſſeque uſum in hoc labore judicio operaque Jo. BAPT. OPIZONIS, Papienſis, qui eum ad ſuſcipiendum hoc munus apprime fuerat hortatus. Alteram partem operum Galeni dedicavit Aſulanus ALBERTO PIO, Carporum principi: tertiam JO. MATTHAEO GIBERTO, epiſcopo Veronenſi, Clementis VII. Datario: quartam HIER. ALEANDRO, antiſtiti Brunduſino: quintam Jo. BPT. OPIZONI, Patricio Papienſi et medico. Hunc Aſulanus ſummopere laudat ob operam Galeno impenſam. *In eo reſtituendo,* ſcribit ad eum, *tantum tibi laboris ac pervigiliarum impenſum eſt, uti me ſaepe deſperatio coepti ſubiret operis.* Ea editio Aldina, in qua, quae ad externum nitorem ſpectant, non ſunt, quae poſſis deſiderare, continet opera Galeni, paucis exceptis, quae Charterius ſuae editioni ex mſſ. bibl. reg. Pariſ. addidit. Etſi ſummum ſtudium in reſtituendis lacunis in Galeni libris impenderunt Opizo et Aſulanus, collatis pluribus mſtis exemplaribus, tamen multas adhuc lacunas textus Aldinus habet, quarum magnam partem explevit Ren. Charterius ex mſſ. regiis Pariſinis, ex parte etiam expleverant jam antea editores ſingulorum operum. Hinc, etſi non omnia praeſtitiſſe Opizonem et Aſulanum in hac editione perficienda exiſtimandum eſt, eos tamen multa atque praeclara praeſtitiſſe certum eſt, eosque, qui hanc editionem non ſatis emendatam et vitiis laborantem perhibent, non quidem errare, nimis tamen acerba cenſura

notare utrumque hunc virum, longe meritissimos de Galeno, ac sine quorum opera dubium foret, quin Galeni textus talis hodie existeret, qualis exstat *).

Γαληνοῦ ἅπαντα. Galeni Pergameni, summi semper viri, quique primus artem medicinae universam, apud priores homines obscuram et veluti errantem, in perspicuam quandam et propriam expositionem traduxit, opera omnia, ad fidem complurium et perquam vetustorum exemplarium ita emendata ac restituta, ut nunc primum nata atque in lucem edita videri possint. Basil. ap. Andr. Cratandr. 1538. fol. Voll. V.

Huic editioni alteri graecae operum Galeni omnium operam impenderunt aliquot viri docti, qui conquisitis exemplaribus mstis non unius generis solum, sed diversis, curarunt primo, ut diligens fieret collatio prioris editionis ad haec msta exemplaria: deinde adhibitis viris diligentibus ac industriis, opus ingens instaurarunt. His negotium est datum, ut judicium suum adhiberent collationi exemplarium factae, quibusque in locis emendatio aut restitutio textus esset necessaria, utque universum opus diligenter ac religiose perpurgarent. Id factum esse sedulo, restitutis locis innumeris, qui corrupte legebantur, atque expletis etiam permultis, qui fuerant mutili, quibusd. etiam expunctis atque obelisco notatis: omnia haec religiose esse facta, nihil temere, nec sine multa praemeditatione aut absque magna fide esse factitatum, monet Hieronymus Gemusaeus, cui tertia et quinta operum Galeni pars corrigenda et restituenda obveniret, in fine praefationis ad partem I. eorum operum Galeni. Alterius partis emendationem curavit LEONH. FUCHSIUS, qui postquam in praefat. ad part. II. de erroribus mendisque editionis Aldinae valde conquestus est, ipse fatetur, se in emendandis his alterius partis Galeni libris (sunt vero

*) Vide de hac editione F. A. EBERT's *allgem. bibliograph. Lexic. IVte Liefer.* p. 643. no. 8054.

libri maximam ad partem de medicamentis) magis ingenio ſuo et latinis verſionibus, minus aliis, iisque praeſtantioribus auxiliis eſſe uſum. In praefatione ad part. III. maxima laus laboris, in hac editione impenſi, tribuitur JOACH. CAMERARIO et LEONH. FUCHSIO: particula etiam laudis tribuitur HIER. GEMUSAEO a typographis. Quartam partem curavit JOACH. CAMERARIUS, paucis etiam, ut videtur, codicibus mſſ. adjutus, magis vero verſionibus latinis. Editio haec eſt longe emendatior Aldina quidem, at ob cauſſas, quas adduxi, non omnibus numeris abſoluta. Typographos nec operae, nec ſumtibus peperciſſe ad efficiendum, ut ea editio prodiret quam emendatiſſima, eam tamen innumeris in locis eſſe depravatiſſimam, teſte etiam JAC. SYLVIO adducto, refert CONR. GESNERUS in embl. I. de operum Galeni edit., quod praefixum eſt editioni Frobenianae operum Galeni latinae tertiae. Continentur in ea ii tantum libri, quos Aſulanus prelo mandaverat, quae Aſulani editio, quidquid contradixerint ii, qui hanc curarunt, ei pro fundamento fuit. Additus eſt tantum parti quintae Galeni liber de oſſibus, et quidem latine. Textus in capita non diſtinctus eſt. Externa ceterum facies hujus editionis talis eſt, ut vix multa queas deſiderare, ſive chartae teneritudinem, ſive firmitatem, ſive albedinem ſpectes *).

Graeca et latina unica tantum editio prodiit, eaque voluminoſiſſima quidem, etſi non optima. — *Hippocratis Coi et Claud. Galeni Pergameni Archiatrων opera. Renat. Charterius, Vindocinenſis, Doct. med. Pariſ. Reg. chriſtianiſſ. conſiliar. medicus, ac profeſſor, plurima interpretatus, univerſa emendavit, inſtauravit, notavit, auxit, ſecundum diſtinctas medicinae partes in XIII. tomos digeſſit, et conjunctim graece et latine primus edidit. Lutet. Paris. ap. Jac. Villery, bibliop.* 1679. *f. mai.*

---

*) Vid. EBERT *l. c.* p. 643. no. 8055.

Tomi XIII. omnes annum 1679. in titulo notatum exhibent: tomus IX. in duas partes divisus est. Altera pars ejus tomi paginarum numerum peculiarem habet. Molitus est Charterius eam editionem molis maximae ab anno 1639. Ad finem perducta est demum post mortem Charterii anno 1679. Quaedam hinc est, etsi una tantum impressio singulorum tomorum est, in iis, praesertim in prioribus tomis, diversitas. Duas tabulas aeri incisas addidit Charterius tomo primo, quae vero, quoniam incidebantur, postquam tomi primi exemplaria multa erant divendita, in permultis exemplaribus desunt. (Desunt etiam in meo exemplari, in quo tomi primi titulus tantum ornatus est effigiebus, aeri incisis, Hippocratis et Galeni.) Tomus primus, qui jam anno 1639. editus est, aliqua habet propria, quae in eodem tomo, ubi editus est anno 1679., desunt, in eoque quaedam sunt, quae in priore editione desiderantur. Sic antiquior editio duabus schedis gaudet, quae in ultima desiderantur, in editione vero ejus tomi anni 1679. scheda est, quae in editione anni 1639. non reperitur. Magni tamen momenti hanc diversitatem, quae inter editionem tomi primi anni 1639. et anni 1679. intercedit, non esse, monet DE VILLIERS in epistola de editione operum Hippocratis et Galeni, per Ren. Charterium emissa, quae legitur in *Mémoires de Goulin*, et prodiit etiam seorsim: *Lettre de Mr. Villiers sur l'édition grecque et latine des oeuvres d'Hippocrate et de Galene publiée par Ren. Chartier. à Par.* 1746. 4. Medicinam per 39 annos jam exercuerat Charterius, quum anno 1639. primam operum Hippocratis et Galeni partem emitteret, edideratque jam anno 1607. paranymphum in gratiam V. laureae candidatorum. Non Renatum, sed potius Joannem Charterium Palladii synopsin de febribus edidisse, a Renato Charterio indicem in Galenum esse compositum, qui et lucem viderit (nos hunc indicem nunquam vidimus), refert idem *de Villiers.*

Ceterum Ren. Charterius ad edenda haec Hippocratis et Galeni opera ſumtus impendit 50,000 imperialium. Exemplaria operis, quae fiſcus regius ſibi mancipavit poſt obitum Charterii, ab eo divendita ſunt, cum idem fiſcus Tournefortii elementa, ipſi quoque mancipata, poſt factas impenſas 100,000 imperialium, anno 1694. non divenderet, ſed dono daret doctis viris, aliisque. Ceterum multa ſunt, quae laudat Villiers in hac editione, inprimis verſiones latinas, a Charteria fere omnes emendatas, optatque, ut ea Hippocratis et Galeni editio, iterato labore ad novam editionem impenſo, vulgatior fiat. — De labore, quem Charterius Hippocrati impendit, dictum eſt a Jo. Alb. Fabricio in biblioth. graec. lib. II. c. 23. §. 30. to. II. p. 605. ſequ. ed. Harles. Neque felicior fuit Charterius in Galeno edendo, quam in Hippocrate, imo minus adhuc felix, quod in Galeno edendo longe plura erant praeſtanda, quam in Hippocrate. Negandum quidem non eſt, habitum externum hujus editionis, niſi ſplendidum, tamen et talem eſſe, qui oculos, delicatorum etiam, non laedat; libros Galeni eo ordine eſſe diſpoſitos, quo facile poſſint a legentium quoque reperiri; textum eſſe expreſſum ſecundum Baſileenſem graecam editionem (Aldina ipſi defuit), et quidem multis locis mutatum ex codicibus mſtis bibliothecae reg. Pariſ. et aliarum bibliothecarum; verſionem correctiorem edidiſſe, non quidem omnium, tamen plurium librorum Galeni Charterium; addidiſſeque in conciſis notis ac variis lectionibus, quae tomis non quidem omnibus, tamen pluribus additae ſunt, multas lectiones e manuſcriptis codicibus, editori operum Galeni olim uſui futuras; ſed etiam non negandum eſt, multa eſſe facta a Charterio oſcitanter: textum, verſionem, omnia eſſe minus ſtudioſe correcta, quam par eſt, eumque et in emendando textu, et in hiatibus explendis minus ingenio eſſe uſum, magis vero ea fortuna, qua recepit bona malaque, prouti ea in codicibus mſtis reperire

ipſi contigerit. Graecum textum ſingulorum librorum ſecundum latinas verſiones praeſertim editionum Juntinarum in capita et ſectiones diſtinxit, quod uſui lectorum apprime inſervit. Judicium etiam de Galeni libris longe plurimis tulit in conciſis notis, ſed et minus ſubtile, et ſubinde a veritate alienum. Addidiſſe ſe editioni ſuae multos libros Galeni, in operum omnium editionibus graecis deſideratos, refert Charterius, ſed horum tituli etſi ſatis numeroſi ſunt, libri tamen, quos primus addidit, quique legentibus utilitatem quandam promittunt, valde numeroſi non ſunt. Praecipui libri, quos primum in hac operum Galeni collectione edidit, ſunt liber Galeni de humoribus; de oſſibus; de ſeptimeſtri partu; de faſciis; de clyſteribus. Correctiores ac reſtitutas magna ex parte edidit definitiones medicas; ſeptimum de uſu partium librum; librum de ſeptimeſtri partu; librum de comate ſecundum Hippocratem; de praenotione librum. *)

Editiones *latinae* proſtant numeroſiſſimae, libris Galeni a diverſis interpretibus ex graeco in latinam linguam translatis atque in unum collectis.

Galeni Pergamenſis, Medicorum omnium principis, *opera edita ſtudio Diomedis Bonardi, phyſici Brixienſis.* Praecedit *tabula librorum Galieni cum praefatione editoris.* Tum rubro: *Galieni Pergameni, medicorum omnium principis, opera feliciter inchoant. Et primo liber de ſectis: inſtruens introducendos, in medicina quam ſectam debeant imitari.* In fine: *Explicit liber galieni, qui communiter dicitur liber X. tractatuum* etc. Deinde: *Que in primo volumine continentur Galieni opera, feliciter expliciunt: venetiis per Phil. Pintium de Caneto impreſſa. Anno* 1490. *die vero* 27. *Auguſti. Auguſtino barbadico ſereniſſimo*

---

*) (Dav. Ruhnkenius ad *Timaei Lex. Plat.* p. 97. edit. II. Charterium judicat prope infinitos errores, emendandi ſpecie, in Galenum introduxiſſe. K.)

Venetorum principe. Accedit *Joann. pet. Pintii mantuani carmen in laudem galieni nuper integro volumine reparati.* Regiſtr. et ſymbol. typographor. Secundo volumini praefixus eſt titulus ſequens rubro: *Galieni principis medicorum Liber de elementis ſoeliciter incipit.* In fine: *Explicit liber galieni ad Glauconem. Tabula librorum galieni, qui in ſecundo volumine continentur.* Character gothicus cum ſignatura foliorum. — Vide de hac principe latina editione operum Galeni *Foſſium* in catal. codd. ſaeculo XV. impreſſorum bibl. Magliabech. to. I. col. 717 ſeqq. et *Panzerum* in annal. typogr. vol. III. p. 291. et auctores, quos ibi citat. Ignota fuit haec editio Conr. Gesnero. Vid. ejus emblema II. de Galeni operum editionibus latinis ed. III. Frobenianae praemiſſum. Conf. et de hac editione Jo. Herrmanni *progr. acad. de Galeni editione Veneta* 1490. *ad* Jo. Fr. Ehrmanni *orationem.* Argent. 1782. f. (Ita titulus ſeſe habet, nec uti Ackermann. eum exhibuit, qui Ehrmannum auctorem programmatis fecit. K.)

Pars ſecunda operum Galieni impreſſione ſecunda. fol. mai. Charact. Goth. Nulla ſignat. fol. In fine leguntur haec: *Hujus conſummatione omnia clauduntur hac ſola impreſſione G. opera tali munita a Sereniſſ. Venetor. Ducali Dn̄io gratia et privilegio: ut ſi qs i decenium aliena fuerit auſus impreſſione deferre Venetias vel ſub Venetorum dominium Galeni opa vel delata quomodo libet mercari noverit, ſe X ducator. penam pro eor. ſingulo volumine incurriſſe.*

Secundae partis ejus editionis mihi tantum copia eſt: primam tamen exiſtere, ſuadet et prima *latina* editio, in II. volumina diviſa, et inſcriptio libri. Adverſa pagina tituli haec verba leguntur: *Incipit ſecunda pars operum Galeni in qua poſt determinationem rerum naturalium cum annexis: Ad res praeter nām cisque annexa accedit. Incipit liber Galieni, quomodo oportet redarguere ſimulantes aegritudinem.*

Lego hanc editionem prodiiſſe cura HIER. SURIANI, Venet. p. Bernh. Benalium 1502. Circa annum 1511. prodiiſſe notat CONR. GESNERUS in emblem. II. de Galeni editionibus. Operum Galeni pars prima emendata opera HIER. SURIANI. Ven. 1502. f. reg. erat in biblioth. Gunzii p. 379.

Tertiam impreſſionem ego nunquam vidi: exſtare tamen eam, patet et ex titulo editionis quartae latinae, tertio volumine auctae, quam *Ruſticus Placentinus* *) curavit, et ex dedicatione voluminis primi *quartae* impreſſionis, in qua Ruſticus Placentinus id volumen Magiſtro Ambroſio Variſio Roſàto inſcripſit. Ejus verba haec ſunt: *Chalcographi Papienſes libros Galeni jam ter in duobus voluminibus impreſſos reimprimere ſtatuentes, me enixe rogaverunt, ut illis in memoriam aliquid meo adducerem conſilio, quo quarta eor. impreſſio Galeni doctrinam amantibus gratior redderetur et utilior.* Notat deinde Ruſticus, ſe, cum Gelani opera, tribus editionibus antea expreſſa, duobus voluminibus fuerint comprehenſa, tertium volumen addidiſſe.

---

*) Diu quaeſivi, quisnam hic *Ruſticus Placentinus* fuerit. Nuper autem amiciſſ. M. F. A. EBERTUS, bibliothecae reg. Dresd. a ſecretis, me docuit, PTR. ANT. RUSTICUM, lectorem publicum medicinae in univerſitate literar. Papienſi, trium librorum auctorem: 1) Obligationes *Strodi* cum commento Ruſtici. Papiae p. Ant. de Carcano, d. 9. Maii 1494. 4. 2) Liber hyſagoge *Joannitii*; liber *Phylareti* de pulſibus; liber *Theophili* de urinis; jus jurandum Hippocratis etc. . . . ; liber techni *Galieni* etc. Papiae p. Jac. de Burgo franco 1506. 8. (vid. PANZER *l. c.* IX. 555. no. 3b.) Duellum epiſtolare, Galliae et Italiae antiquitates ſummatim complectens. Trophaeum Chriſtianiſſimi Galliarum regis, Franciſci hujus nominis primi. Item complures illuſtrium virorum epiſtolae ad dominum Symphorianum Camperium. (Venet.) per Joan. Phiroben et Joann. Divineur, 10. Oct. 1519. 8. Conſ. (Gaetano *Poggiati*) memorie per la ſtoria letteraria di Piacenza. Vol. I. Piacenza 1789. 4. p. 20. not. B. K.

Quarta impreſſio ornatiſſima: continens omnes Galeni libros a l's impreſſos: melius, qm. prius ordinatos, et magis qm. antea emendatos. Emittensque alios ejusdem libros nunquam cum aliis impreſſos: impreſſione tamen dignos, doctrinam ipſius decorantes atque perficientes: in tertio volumine noviter imprimendo. In fine legitur: *Habes, humaniſſime lector, hoc primum volumen operum Galeni artium et medicinae doc. praefulgentiſſimi qm. plurimis erroribus emendatum: ac omni fere menda (ut humanitus fieri potuit) purgatum: Papiaeque ſummo cum ſtudio elaboratum: per* Jacob. *Paucidrapium de Burgofrancho. Anno Domini* 1515. *prid. Calend. Octobris.* Alterum volumen impreſſum eſt Papiae, eod. anno et per eundem, Id. Octobr. Voluminis tertii titulus in ultima parte differt a titulis duorum priorum voluminum. — *doctrinam ipſius decorantes atque perficientes: hoc tertio volumine aureo nuperrime impreſſo contentos.* In fine hujus voluminis tertii haec leguntur: *Habetis ſacre philoſophiae ac medicinae cultores candidiſſimi in hoc Tertio praeclaro volumine diverſa collectanea oper. Galeni, medicor. Monarchc, variis verſionibus dilucidata: exactiſſimaque cura per ſolertem virum Jacob Paucidrapenſem: de Burgofranco:* Papiae abſoluta Anno A virgineo partu 1516. Pridie Idus Junii. fol. — Tribus voluminibus conſtat haec editio. Ruſticus Placentinus, medicinae cultor, editionem curavit. Verſiones antiquas, ex arabico factas, et recentiores Laurentii Laurentiani, Nic. Leoniceni, Guil. Copi librorum Galeni non mutavit.

Primi voluminis Galeni impreſſio quinta. Quinta et ultima impreſſio continens omnes libros: quos prima, ſecunda, tertia et quarta continebat: verum longe melius, qm. unqm antea diſpoſitos: et emendatos. Cui addita fuere ſecundum varias traductiones, omnia nova, quae in aliis impreſſionibus habentur. Ad lectoris autem prorſus ambiguitatem tollendam, ac omnium

contentorum faciliorem inventionem, pulcherrimus index in fronte cujuscunque voluminis positus est, videlicet (Nunc sequuntur tituli primi voluminis Galeni). In fine: *Anno dni* 1522. *die quinto Januarii Venet. expensis Luce Anto. de giunta Florentini.* fol. maj.

Secundi voluminis impressio quinta. In fine: *Ven. Expens. Luc. Ant. de giunta Florentini. Anno* 1522. *die quinto Januarii.* fol. maj.

Tertii voluminis Galeni impressio quinta. In fine: *Habetis sacre philosophie ac medicine cultores candidissimi in hoc Tertio praeclaro volumine diversa collectanea oper. Galeni medicorum Monarche variis versionibus dilucidata: exactissima cura, mandato et Expensis D. Luce Ant. de giunta florentini. Venet. impressa anno a nativitate dni* 1522. *die* 5. *Januarii.* fol. maj. — Editionem curavit *Scipio Ferrarius*, Venetus, naturae, uti se ipsum vocat in praef., sermocinator et minister, rationalium medicorum, Venetiis habitantium, collega. Editio voluminis tertii est ad quartam Papiensem expressa. Post titulum vol. III. legitur etiam Rustici Placentini dedicatio ad Symphor. Campegium, quae et in Papiensi quarta in principio voluminis III. legebatur.

Galeni operum impressio novissima summo labore diligentique studio ab innumeris ferme erroribus asserta: omnes tam veteres qm. novas interpretationes continet: ac quatuor voluminibus digesta est: eos libros habet: quos index sequenti pagina collocatus significabit. 1528.

Secundum Galeni volumen novissime post omnes impressiones exactius emendatum: ac longe magis qm. unquam antea in melius redactum: in quo res praeternaturales praecipue continentur: quemadmodum index a tergo hujus pagine constitutus facillimo ordine demonstrabit. 1528.

Galeni terti voluminis impressio novissima: latina omnia ejus in Hippocr. commentaria: nec non alia quaedam ejusdem opuscula continens. modo post omnes

impressiones exactius emendata. Aphorismor. praeterea index ad Nicolai leoniceni translationem faciens noviter additus. Opera autem que in hoc volumine comprehenduntur ex indice qui a tergo hujus pagine descriptus est lector optime sigillatim cognosces. 1528.

Quartum Galeni volumen, in quo nove translationes: quaecunque ad hanc usque diem in lucem exiere: nec in superioribus tribus continentur collecta sunt: opus aureum: summa diligentia: omnique studio nuperrime castigatum: atque unde quaque perpolitum: velut deinceps ab epistola positus index dilucide commonstrabit. 1528. fol. maj. Charact. Goth.

Ad finem voluminis primi haec verba leguntur, postquam editor caussas tradidit, cur in primum volumen etiam libros de prognosi in morbis receperit: *Praedicto ergo de pronosticatione libro finito totam terminari volumus partem primam operum Galieni: ea que naturalia non naturaliave sunt cum eor. annexis apprehendentem: quam cum sequentibus correctam, erroribusve qm plurimis emendatam: ut humanitus fieri potuit tibi tradidit Scipio Ferrarius Venetus nature sermocinator et minister rationalium medicor. Venet. Expensis vero d. Luce Ant. de giunta Florentini Impressam.* — In praefatione voluminis primi excusat Luc. Ant. de Giunta institutum suum, quod in Galeno edendo tam sedulus elaboret: id fieri ob librariorum Basileensium et Gallicorum moram, quibus parva Galeni opuscula sat magno pretio venalia sint: se vero effecturum, ut omnia Galeni scripta vilius etiam, quam unum aut alterum basileensem et gallicanum librum, comparari posthac opera sua possint. In praefatione ad volumen tertium Jul. Martian. Rota refert, se ejus editionem curasse, antiquis versionibus rejectis novas easque politiores recepisse, addidisse etiam librum de oculis. Idem Jul. M. Rota novarum interpretationum praestantiam et in praefatione ad quartum volumen tuetur. Rarissima est haec editio et paucis visa.

Ignota erat CONR. GESNERO, neque Hallerus de ea refert. — Hactenus enarratas editiones latinas operum Galeni excepere, quae Venetiis apud Juntas prodierunt.

Primus Luc. Ant. Junta, magni animi vir, et in magna apud Venetos exiſtimatione, diſperſa Galeni opera, multa etiam in latinum ſermonem vel nondum, vel male translata, ac ſine ordine tam numeroſa, in unum colligi curavit, et vel de integro vertenda, vel, quae minus bene verſa erant, ad exemplaria graeca, quorum multa manuſcripta habuit, per doctiſſimos viros, Martianum Rotam, Ludov. Beliſarium, Jo. Bernardum Felicianum, Auguſtinum Gadaldinum et alios quosdam emendari, denique a celeberrimo medico et philoſopho Jo. Bpt. Montano in certum ordinem omnes redigi. Quum vero in media hujus primae editionis parte Luc. Ant. Junta fatis conceſſiſſet, filii ejus, Thomas et Jo. Maria, inchoatum opus abſolverunt. Prodiit haec *prima* editio operum Galeni Ven. ap. Juntas 1540. f. Conf. de ea CONR. GESNERUS in emblem. II. de Gal. op. editt. lat., quae hactenus typis ſunt publicatae, praefixo edit. Froben. tertiae. Alii referunt, eam primam operum Galeni editionem Juntinam prodiiſſe anno 1541.

Thomas et Joan. Maria, fratres Juntae anno 1550. *alteram* editionem edidere, et novo labore multa denuo et emendanda, et quaedam, non impreſſa prius, imprimenda curarunt atque adjicienda: tum quoque primo volumine, quae adhuc erant continua, a Jo. Bpt. Suſio aptiſſime in capita diſſecta ſunt. Index copioſiſſimus, a praeſtante medico, Ant. Muſa Braſſavolo, contextus eſt. Prodiit ea editio, ut prior, in folio. Curam ejus geſſit Auguſtinus Gadaldinus.

Tertia operum Galeni editio latina prodiit Venetiis apud Juntas, ann. 1556. in fol. Acceſſere ei editioni pauca quaedam, a Jo. Bpt. Raſario accepta, praeſertim quae librum de conſuetudine compleant.

Quarta operum Galeni editio Venet. ap. Junt. prodiit anno 1563. f.

Quinta editio prodiit 1570. f. Utrique huic editioni nova quaedam accesserunt: alia facta emendatiora.

Galeni opera ex VI. Juntar. editione. Ven. ap. Junt. 1586. f. — Accessit huic editioni commentarius II. Galeni in libr. II. Hipp. de morb. vulgar. Galeni in libros Hippocr. de humoribus commentarii III. Adjecta sunt etiam libris singulis loca parallela ex Hippocrate, Avicenna cet. Curavit hanc editionem Jo. Costaeus. Praefixa est Hier. Mercurialis tractatio de Galeni libris, Jo. Bpt. Montani ad Luc. Ant. Juntam de ordine librorum Galeni, et hujus vita. Constat haec editio ex isagogicorum classe, ex classibus librorum Galeni VII. quas sequuntur extra ordinem classium libri, libri spurii et fragmenta.

Galeni opera ex VII. Juntar. editione. Venet. ap. Junt. 1597. f. — Complectitur haec editio, ut sexta, praemissis libris, quos vocant, isagogicis, opera Galeni in VII. classes divisa. Deinde sequuntur extra ordinem classium libri, spurii libri et fragmenta. Omnia ipsius Galeni opera cum graecis codicibus et impressis exemplaribus graecis contulit atque emendavit Fabius Paulinus, medicus et graecarum literarum professor Venetus. Additus vero est huic editioni liber de clysteribus et de colica. Accessit etiam ad hanc editionem eique accommodatus est Brassavoli index in omnes Galeni libros, omnium longe plenissimus perfectissimusque. Hinc ea editio, ac eam sequentes, mox memorandae, prioribus longe praeferendae sunt.

Octava latina operum Galeni editio prodiit Venet. ap. Junt. 1600. f.

Nona prodiit ibidem ap. Junt. 1609. f.

Decima, qua tamen nona tantum iterum impressa est, Ven. ap. Junt. 1625. fol. His omnibus editionibus additus est index Brassavoli, qui tomum peculiarem, eumque ultimum, constituit. — Conf. de his operum Galeni editionibus *Bandinii* histor. typographicam Juntarum et operum, quae ex ea prodierunt, nec non Clar.

Baldingeri libros: *Medicinifches Journal* part. 28. p. 90. et *Neues Magaz. f. Aerzte* Bd. 14. St. 6. p. 519. feq.

Poft enarratam hanc *editionum latinarum* operum Galeni familiam, quae ap. Junt. Venet. prodierunt, enarranda eft alia, aeque, inprimis ob editionem tertiam, nobilis familia editionum *latinarum*, quae Bafileae apud Frobenium prodierunt.

Omnia Cl. Galeni, Pergameni, opera, quotquot apud Graecos in hunc usque diem extiterunt tum olim, tum non ita pridem hominum doctiffimorum diligentia in latinam linguam converfa, deinde recognita et priftinae integritati reftituta. Quibus praemiffa eft praefatio dedicatoria, medicinae primam inventionem ejusque incrementa, tum ipfam quoque Galeni vitam, ex ejus operibus partim decerptam, prolixe depingens. Duplex praeterea adjectus eft index totius operis. Baf. ap. Froben. 1542. f. —

Continet primum ifagogicos libros, dein operum Galeni to. I, II. III. IV, V. VI. VII. VIII. et indicem, fuo peculiari titulo inftructum. Hier. Frobenius et Nicol. Epifcopius, typographi incomparabiles, et per univerfam Europam merito celeberrimi, qui (verba funt Conr. Gesneri) ut ipfi doctrina atque virtutibus excellunt, ita doctiffimorum hominum opera libenter ac liberaliter utuntur, ut ea, quaecunque fuis prelis committunt, quam caftigatiffime fummaque fide, diligentia ac induftria publicentur, viri profecto literis illuftrandis nati, et praeclare magnificeque de univerfa republica literaria meriti, nec unquam fatis laudati, in hac prima editione operum Galeni latina primam Juntarum editionem fecuti funt.

Cl. Galeni opera, quae ad nos extant, omnia, partim jam pridem, partim jam penitus recens a viris doctiffimis in latinam linguam converfa, et nunc multis recentiffimis translationibus p. Janum Cornarium, medicum phyficum, exornata; ab eodemque recognita ex toto, et innumeris locis reftitutis abfolutiffima.

Acceſſerunt etiam nunc primum capitum numeri et argumenta per Conr. Gesnerum Medicum, in omnes libros, quae cum in alios multos, tum illos plerosque omnes, qui medicinae candidatis apprime neceſſarii lectu ſunt, ita copioſe ac methodice tractantur, ut legitimae epitomes inſtar haberi poſſint. His omnibus ſubjunctus eſt index foecundiſſimus, ab artis medicae peritiſſimo conſcriptus. Baſil. ap. Froben. 1549. f.

Conſtat haec *altera* editio FROBENIANA iſagogicorum librorum peculiari claſſe, et operum tomis VIII. — Index habet peculiarem titulum. Curavit hanc editionem JANUS CORNARIUS, qui translationes aliorum ad graecum exemplar contulit recognovitque, ipſas verſiones locis innumeris correxit, tantaque praeſtitiſſe in illa editione ipſe refert, ut ſingulatim exponere cum vellet, quanta in hac editione adornanda praeſtiterit, aliud opus ipſi eſſet inſtituendum, quod omnium operum Galeni magnitudinem longe eſſet ſuperaturum, etiamſi levi ſaltem brachio id agendum ipſi eſſet, ut, ubi, unde, quare alia atque alia mutaſſet, ſubſtituiſſet et repoſuiſſet, indicaret. Promittit etiam Cornarius, ſe brevi graecum Galenum editurum. In ordine librorum Galeni JO. BAPT. MONTANUM et JUNTINAS editiones ſecutus eſt. Verſiones Galeni librorum, quas antea confecerat, recepit Cornarius emendatiores, novas quoque permultorum librorum verſiones compoſuit, quae in hac editione primum leguntur. Quosdam etiam Galeni libros addidit, qui in editionibus hactenus deſiderabantur. Capitum argumenta ſingulorum librorum, et quidem non ſecundum latinas verſiones, ſed ſecundum graecum textum, CONR. GESNERUS ubique addidit, adjutus in eo labore a MART. MICRONIO, Gandavenſi. Ceterum, etſi non negandum eſt, Cornarium multum operae in hac editione adornanda impendiſſe, eam tamen magna ex parte Juntinis prioribus reſpondere, jam notavit CONR. GESNERUS in praef. et prolegom. ad edit. III. Frobenianam.

Cl. Galeni Pergameni omnia, quae extant, in latinum ſermonem converſa. Quibus poſt ſummam antea adhibitam diligentiam multum quoque nunc ſplendoris acceſſit, quod loca quam plurima ex exemplarium emendatorum collatione et illuſtrata fuerint, et caſtigata. His accedunt nunc primum CONR. GESNERI *praef. et prolegom. tripartita de vita Galeni ejusque libris et interpretibus. Ex III. off. Frobenianae editione. Baſ. ap. Froben.* 1562. f.

Claſſes ſunt poſt iſagogicam ſeptem. Deinde ſequuntur extra ordinem claſſium libri, libri Galeno adſcripti ac tandem index in omnia Galeni opera, a Guil. Gratarolo compoſitus. Index, titulo peculiari inſtructus, annum habet, uti titulus operum omnium, 1562. Reliquarum claſſium tituli annum in fronte gerunt 1561. — Ea editio eſt inter praeſtantiſſimas referenda ob CONR. GESNERI prolegomena in Galenum, in quibus is egit de vita Galeni, 1) de graecis Galeni operum editionibus, 2) de latinis editionibus eorundem, 3) de libris quibusdam Galeni non exſtantibus, et quinam in illorum vicem uſurpari poſſint, 4) de noſtri ſaeculi ſcriptoribus, qui communia quaedam argumenta circa Galeni libros tractarunt. Catalogum etiam exhibuit, ſive enumerationem librorum Galeni eo ordine, quo in hac editione et prius ex Jo. BAPT. MONTANI fere ſententia excuſi ſunt. Singulis etiam libris adſcripſit Geſnerus, qui et quot interpretes eos latinos fecerint. In multis etiam argumenta protulit admonuitque, qui quovis modo ſingulos commentariis, annotationibus, ſcholiis, compendiis illuſtraverint. Enarravit etiam catalogo alphabetico ipſos ſcriptores, qui in Galenum ſunt commentati, aut ejus libros latinos fecerunt. Sequutus eſt in ea editione CONR. GESNERUS tertiam Juntarum editionem, indice tantum excepto ac ſuis prolegomenis. Succenſet enim iis, non raro indoctis et ad talem laborem minus idoneis viris, qui latinas verſiones aliorum corrigendo perpetuo in-

fudant, quae cum dixit, Cornarium in mente forfan habuit: optat vero, ut graeca operum Galeni editio, textum exhibens, quam fieri poteft, emendatiffimum, in lucem emittatur.

Praeter has antiquas quinque ac Juntinas et Frobenianas editiones latinas operum Galeni fequentes adhuc notandae funt:

Galeni omnia opera latine prodierunt in octo claffes digefta. Venet. 1541. 8. Curata eft haec editio a VICTORE TRINCAVELLIO et AUGUSTO RICCIO.

Aliam *latinam* editionem operum Galeni, quae anno 1561 et 1562. Venetiis a Vinc. Valgrifio cudebatur, notante CONR. GESNERO in emblem. II. de oper. Gal. editt. lat., non vidi. Exftat vero haec editio Valgrifiana, et de ea *Vdenis Vtopienfis* (fine dubio Jo. BPT. RASARII) judicium f. l. 1565. Eft fcilicet id judicium pro editione hac Valgrifiana contra Juntinam 1565. Titulus hujus editionis Valgrifianae eft: *Galeleni omnia, quae exftant, latine converfa, diligentia et ftudio* JO. BPT. RASARII *emendata, novo ordine, claffibus fcil. fex difpofita, librorum nuper inventorum aucta; acc. et illi, quos non claffícos exiftimavit, nec non libri Galeno adfcripti a Rafario, tum nova interpretatione, tum plerisque correctionibus illuftrati.* Venet. 1562. f.

Galeni opera omnia latine. Lugd. ap. Jo. Frellonium 1550. f. — Vid. de ea Conr. Gefnerus in embl. II. de oper. Gal. editt. lat. Expreffa eft haec editio ad alteram Frobenianam. — HALLERUS refert de editionibus operum Galeni Lugd. 1536. f. et 1554. f. Priorem non vidi, neque Gefnerus de ea refert, hinc etiam eam non exftare exiftimo. Altera ab anno 1554. eft ea, quae ad alteram Bafileenfem Lugduni prodiit.

XIX. *Collectiones* etiam exftant librorum Galeni, ut non omnium. Partem earum jam enumeravi fingulos Galeni libros recenfendo. Hic vero omnes eas collectiones in unum colligam, et ita quidem, ut pri-

mum *graecas*, deinde *graeco-latinas*, poſtremo vero loco *latinas* enarrem.

Graecae: Γαληνοῦ θεραπευτικῆς μεθόδου λόγος πρῶτος. In fine: *Γαληνοῦ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν τῶν εἰς δύο τὸ δεύτερον. Ἐνετίῃσιν ἐτυπώθη ἡ παροῦσα βίβλος, ἀναλώμασι τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς, κυρίου Νικολάου βλαστοῦ τοῦ κρῆτος, ἐπὶ ἄρχοντος Αὐγουστίνου Βαρβαδικου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου τὴν βασιλιδα τῶν πόλεων νασίην δεξιῶς ἡνιοχοῦντος. οὐκ ἄνευ μέντοι προνομίου. ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γενέσεως χιλιοστῷ πεντεκοσιοστῷ πυανεψιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου.* f. mai. — Conſ. de hac editione, graecarum omnium prima, quibus aliquot Galeni libri excuſi ſunt, *Panzerum* in ann. typogr. vol. III. p. 479. et auctores, quos ibi citat. Character graecus eſt valde difficilis, typi ſunt rudes. Paginarum et foliorum numeri deſunt. Poſt ea, quae in fine leguntur, ſequitur regiſtrum operis, pariter graecum. Inſigne typographi librum claudit. Continentur in hac editione, quod et principium et finis indicat (titulus enim alius plane deeſt) libri Galeni de methodo medendi et libri II. ad Glauconem. (Vid. Cat. bibl. Lugd. Bat. p. 140. K.)

Galeni de urinis liber, nec non de boni et mali ſucci cibis liber, et de hirudinibus, revulſione, cucurbitula, ſcarificatione libellus. graece. Lutet. Paris, ap. Sim. Colinaeum, ſ. a. 8.

Galeni de elementis ſecundum Hippocr. libri II. Ejusd. de optima corporis noſtri conſtitutione. Ejusd. de bono habitu. Graece. Pariſ. ap. Sorbonam 1530. 8.

Cl. Galeni libri aliquot graeci, partim hactenus non viſi, partim a mendis, quibus ſcatebant, innumeris ad vetuſtiſſimos codices repurgati et integritati ſuae reſtituti, annotationibus illuſtrati per Jo. Cajum, Britannum, medicum. Baſil. ap. Froben. 1544. 4. Continentur in hac Caji collectione; 1. lib. I. de decretis Hippocr. et Platon. graece et lat. interprete Joa. Cajo. 2. *περὶ τοῦ παρὰ Ἱπποκράτην κώματος.* graece. 3.

περὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων libri IX. graece c. adnotation. et argumentis Jo. Caji. 4. περὶ ἀντεμβαλλομένων, graece. 5. περὶ μυῶν κινήσεων libri II. c. annotationib. Jo. Caji. 6. περὶ χρείας μορίων libri VII. fragmentum. 7. Hippocratis liber περὶ φαρμάκων, graece.

Galeni de ſeptimeſtri partu. Brevis deſignatio dogmatum Hippocratis. De ptiſana. De oſſibus libri. graece, emendati per Joan. Cajum. Baſil. ap. Jo. Oporinum. 1537. 8.

Graecae et *latinae* editiones librorum quorundam Galeni collectorum in unum volumen hae ſunt:

Medicorum ſchola, h. e. Claud. Galeni iſagoge ſeu medicus. Ejusd. definitionum medicinalium liber. Uterque graece pariter et latine ſummo ſtudio ac diligentia in artis medicae tyronum gratiam excuſus, adiecto duplici indice. Baſil. 1537. 8. Editor eſt Seb. Singkeler.

Galeni de temperamentis libri III. Ejusd. de inaequali intemperie libell. c. Hippocr. juramento. Graece c. verſione lat. Th. Linacri. Baſ. p. Th. Platterum 1538. 8.

Galeni liber de optimo dicendi genere. Quod optimus medicus idem ſit et philoſophus. Graece et lat. Baſil. 1556. 4.

Galeni opuſcula varia a D. Theod. Goulſtono graece recenſita, mendisque quamplurimis repurgata et in linguam latinam clarius puriusque, quam antehac, translata. Acceſſere ab eod. lectiones variae et annotationes criticae. Lond. 1641. 4. Continentur in ea collectione: 1. Oratio ad artes et medicinam hortatoria; 2. Quod optimus medicus idem et philoſophus; 3. de optimo dicendi genere; 4. de ſectis; 5. de optima ſecta; 6. de dignoſcendis curandisque animi adfectibus; 7. de curandis animi erratis; 8. de ſubſtantia facultatum naturalium; 9. Quod animi mores ſequantur temperamentum corporis.

Collectiones latinae librorum Galeni hae ſunt:

Nicolai Leoniceni in libros galeni e graeca in latinam linguam a ſe translatos praefatio communis,

Ejusd. in artem medicinalem Galeni praefatio. Galeni ars medicinalis nicolao leoniceno interprete que et ars parva dicitur. Ejusd. ad Franc. Castellum in opus de tribus doctrinis ordinatis ſecundum Galeni ſententiam preſatio. Ejusd. de tribus doctrinis ordinatis ſecund. Gal. ſentent. opus. Gal. de differentiis febrium libri II. Interprete Laurentio Laurentiano Florentino. S. l. et a. f.

Libri etiam quidam Galeni prodierunt in collectione, quam *Articellam* vulgo nominant, ſaepius edita. *Articella. Iſta ſunt opera, que in hoc preclaro libro continentur. Primo eſt liber Johannitii qui dicitur iſagoge in greco. Secundo libellus de pulſibus philareti. Tertio eſt libellus Theophili de urinis. Quarto ſunt hyppocratis aphoriſmi in ordinem collecti. Quinto ſunt aphoriſmi ejusd. cum commento Galieni. Sexto liber pronoſticorum c. translatione nova et antiqua. Septimo liber regiminis acutorum, continens quattuor particulas. Octavo liber epidimior. Hyp. cum comen. VII. partic. continens. Nono eſt libellus hyp. qui intitulatur de natura fetus. Decimo liber Galieni qui dicitur tegni. Undecimo libellus Gentilis de fulgineo de diviſione etc. Duodecimo libellus de lege hyp. et libellus qui dicitur jusjurandum. Venet.* 1513. Longe auctior, pluribus etiam Galeni libris. Lugd. 1515. 8. Proſtant et antiquiores editiones.

Geo. Valla, Placentino, interprete, in hoc volumine continentur: Nicephori logica. Geo. Valla de argumentis. Euclidis libri XIV. elementorum. Hypſiclis interpretatio ejusdem libri Euclidis. Nicephorus de aſtrolabio. Proclus de aſtrolabio. Ariſtarchi Samii de magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae. Timaeus de mundo. Cleonidis muſica. Euſebii de quibusdam theologicis antiquitatibus. Cleomedes de mundo. Athenagorae de reſurrectione. Ariſtoteles de coelo. Magna ethica. Ars poetica. Rhazes de peſtilentia. Galenus de inaequali distemperantia; de bono

habitu; de confirmatione corporis humani; de praesagitura; de praesagio; introductorium; de succedaneis. Alexander Aphrodis. de caussis febrium. Psellus de victu humano. Venet. p. Simon. Papiensem, dictum Bevilaquam. 1498. f. Vid. *Fossium* l. c. II. c. 232, seqq.

Geo. Vallae de urinae significatione ex Hippocrate, Paulo Aegineta ac Theophilo. Item Galeni quaestiones in Hippocratem. Dioclis epistola de bona valetudine. Argentor. s. a. 8.

Johannici ad Galieni tegni liber ysagoge cum libro Philareti de pulsibus et libro Theophili de urinis; acc. Hippocratis libri afforismorum a Theodoro Gaza e greco in latinum de novotranslatorum. Item Hipp. afforismi c. III. libris pronosticor. ejusd. et IV. regiminis acutor. et IV. Tegni Galeni; nec non aphorismi ad unam quamque egritudinem collecti, una cum aphorism. Jo. Damasceni et flosculis medicinalibus ex Corn. Celso extractis. Lugd. p. Fr. Fradin. 1505. 8. Idem liber prodiit cum quibusdam Avicennae et novo tractatu Almansoris et collectis Jac. de Partibus. Venet. p. Pt. Bergomensem 1507. 8. Fere respondet haec collectio Articellae.

Nicolai Leoniceni in libros Galeni e gr. in lat. linguam a se translatos Praef. ejusd. in artem medicinalem Galeni Praef. Galeni ars medicinalis, Nicol. Leoniceno interprete, ejusd. opus de tribus doctrinis ordinatis sec. Galeni sententiam c. praefat. Galeni de differentiis febrium libri II. interprete Laur. Laurentiano. Venet. p. Jac. Pentium de Leucho. 1508. *f.* — *Idem liber. Acc. Galeni in aphorismos Hippocratis, c. ipsis aphorismis, eod. Nic. Leoniceno interprete.* Ferrar. p. Joa. Macciochium Bondenum 1509. f.

Galeni opera Nic. Leoniceno interprete; scil. de differentia morborum libri II. de inaequali intemperatura liber I. de arte curativa ad Glauconem libri II. de crisibus libri III. Paris. in offic. H. Stephani 1514. 4.

Galeni de morbis et ſymptomatis libri VI. de morborum differentia liber unus. de morborum cauſis liber I. de ſymptomatum differentia liber I. de ſymptomatum cauſis libri III. Guil. Copo Baſil. interprete. Lutet. 1523. f.

Galeni diſſectionis venarum arteriarumque commentarium. Ejusd. de nervis compendium Antonino Fortolo interprete. Pariſ. ex off. S. Colinaei 1526. 4.

Galeni exhortatio ad bonas artes, praeſertim medicam; de optimo dicendi genere, et qualem oporteat eſſe medicum. Eraſmo Roterodamo interprete. Baſil. ap. Froben. 1526. 8.

Galeni de morbis et ſymptom. libri ſex. De morborum differentia liber I. De morborum cauſis lib. I. De ſympto. differentia lib. I. De ſymptomatum cauſis lib. III. Guil. Copo Baſil. interprete. Pariſ. in aedib. Hier. Denis 1527. 12.

Galeni de motu muſculorum libri II. Nic. Leoniceno interprete. Item quos oportet purgare et qualibus medicamentis purgantibus et quando. Pariſ. 1528. 8.

Galeni de differentiis ſymptomatum liber I. De cauſis ſymptomatum libri III. Thoma Linacro interprete. Pariſ. ap. Colinaeum 1528. 8.

Galeni aliquot libelli, ſcil. corporis temperaturam animi mores ſequi; de vitiis animi et eorum remediis; de ſectis; introductorius; de plenitudine; de optimo corporis ſtatu; de bono corporis habitu; de elementis libri II.; de atra bile; de tumoribus praeter naturam p. Jo. Guinterum partim recogniti, partim nunc primum verſi. Baſil. ap. Froben. 1529. 4.

Galeni de diebus decretoriis libri III. de morborum temporibus liber I. de generalibus morborum temporibus (Jo. Guintero interpr.). Pariſ. ap. Sim. Colinaeum 1529. 8.

Galeni diſſectionis venarum arteriarumque commentarium; ejusd. de nervis compendium, Anton. Fortolo interprete. Baſil. in aedib. Thom. Wolfii 1529. 8.

Galeni opera nunc demum a clariſſimis juxta et eruditis viris latinitate donata, jam vero ordine juſto et ſtudio exquiſitiore in lucem recens edita. Baſil. ap. Andr. Cratandrum 1529. f. min. Continentur in hac collectione Eraſmo interprete: Ad bonas artes exhortatio. De optimo dicendi genere. Quod optimus medicus ſit et philoſophus. Th. Linacro interprete: De temperamentis. De inaequali temperie. Method. medendi libri XIV. De ſanitate tuenda libri VI. De natural. facult. lib. III. De pulſuum uſu. Guil. Copo interprete: De locis affectis lib. VI. De morborum differentiis. De morborum cauſſis. De ſymptomatum differentia. De ſymptomatum cauſſis lib. III. Laurentio Laurentiano interpr. In Hippocratis praedictionum lib. III. Nicol. Leoniceno interpr. In Hippocratis aphoriſmos libr. VII. Ars medicinalis. Artis curativae ad Glauconem lib. II. De differentiis febrium lib. II. De criſibus lib. II. De motibus muſculorum lib. II. Anton. Fortolo interpr. De venarum arteriarumque diſſectione lib. I. De nervorum diſſectione, Theodorico Goudano interprete. De ratione curandi per ſanguinis miſſionem. De hirudinibus, revulſione, cucurbitula, ſcarificatione. Jona Philologo interpr. Medicarum definitionum lib. I. Jo. Pt. Valla, Placentino, interpr. Succidanea lib. I.

Galeni de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη lib. VII. p. Jo. Guinterium latinitate donati. Ejusd. de ponderibus et menſuris liber. Andr. Alciato interprete. Baſil. 1530. f.

Cl. Galeni de anatomicis adminiſtrationibus lib. IX. De conſtitutione artis medicae liber. De theriaca ad Piſonem commentariolus. De pulſibus ad medicinae candidatos liber. Per Joa. Guinterium, Andernacum, latinitate jam recens donata. Baſil. ap. Andr. Cratandr. 1531. f.

Hiſtoriales campi per Symphorianum Campegium in IV. libros digeſti. Acc. Symphor. Campegii clyſteriorum ſecundum Galeni mentem libellus, et

ejusd. de phlebotomia libri II. Baſil. ap. Andr. Cratandrum et Jo. Bebel. 1532. f.

Galeni in Hippocratis de victus ratione in morbis commentarii IV. Jo. Vaſſaeo interpr. nec non ejusd. de ſemine libri II. Jo. Guinterio interpr. Baſil. ap. Andr. Cratandrum 1533. f.

Galeni de uſu partium corporis humani libri XVII. Nic. Rhegio interprete. De Ptiſana, interprete Jo. Poleto. De renum affectus dignotione et medicatione interpr. Chr. Heyl. Baſ. 1533. f.

Galeni de Hippocratis et Platonis decretis latine Jo. Bernh. Feliciano interpr. Acc. Galeni de anatomia matricis et de foetuum formatione lib. I. eod. Feliciano interpr. De cibis boni et mali ſucci interpr. Ferdinando (Balamio) Siculo. De differentiis pulſuum. De dignoſcendis pulſibus. De cauſis pulſuum. De praeſagitione ex pulſibus. Hermanoo Cruſerio interpr. Baſil. ap. Cratandr. 1535. f.

Marcelli de medicamentis empiricis, phyſicis ac rationalibus liber, emendatus opera Jani Cornarii medici. Et Cl. Galeni libri novem latine facti opera ejusd. Cornarii, nempe de cauſis reſpirationis lib. I. de utilitate reſpirationis lib. I. de difficultate reſpirationis libr. III. de uteri diſſectione lib. I. de foetus formatione lib. I. de ſemine libr. II. Baſil. 1536. f.

Galeni de cauſis reſpirationis lib. I. de utilitate reſpiration. lib. I. de difficult. reſpiration. libr. III. jam primum in latinam linguam converſi Jano Cornario interpr. Baſ. ap. Froben. 1536. f.

Galeni de uteri diſſectione lib. I. de foetus formatione lib. I. et de ſemine libr. III. Jano Cornario interprete. Baſ. ap. Froben. 1536. f.

Cl. Galeni opera omnium utiliſſima, a doctiſſimis viris partim nunc primum latinitate donata, partim vero ad exemplaria graeca diligenter recognita. Baſ. ap. Cratandr. 1536. f. — Editor eſt *Joſeph. Tectander.* Continentur in hac collectione: Jo. Guinterio inter-

prete: De facultatum natural. ſubſtantia. Quod animi mores temperamenta ſequuntur. De propriorum animi cujusque affectuum agnitione et remedio. De ſectis. De elementis libri II. De optima corporis humani conſtitutione. De bono habitu. De plenitudine. De atra bile. De tumoribus praeter naturam. Introductio ſ. medicus. In librum Hippocr. de natura hominis comment. III. De antidotis libri II. *Jo. Vaſſaeo*, Meldenſi: De cauſis reſpiration. de utilitate reſpir. de ſpirandi difficultate libr. III. HERMANNO CRUSERIO, Campenſi: In I. libr. Hippocr. de morbis vulgaribus commentarius. JOACH. CAMERARIO: De theriaca ad Pamphilianum. HUBERTO BARLANDIO Philiatrio: de paratu facilibus. JOS. STRUTHIO: De aſtrologia ſ. prognoſtica de decubitu infirmorum. De urinis. FERD. BALAMIO: de oſſibus ad tyrones. JOS. TECTANDRO: De venaeſectione adverſus Eraſiſtratum, et de venaeſectione adverſus Eraſiſtrateos Romae degentes.

Galeni de curandi ratione per ſanguinis miſſionem liber. Ejusd. de ſanguiſugis, revulſione, cucurbitula, ſcarificatione tractatulus Theodorico Gaudano interprete. Venet. in off. Divi Bernardini. 1537. 12.

Geo. Vallae de ſimplicium natura lib. unus. Ejusd. de urinae ſignificatione ex Hippocr. Paulo Aegin. et Theophilo. Item Galeni quaeſtiones in Hippocratem. Dioclis epiſt. de bona valetudine tuenda. Chph. Baliſtae in podagram concertatio. Argent. 1538. 8.

Alexandri Aphrodiſei de febrium cauſis et differentiis opuſculum, Geo. Valla interpr. acc. Galeni praeſagium experientia confirmatum, eod. interpr. Jo. Damaſceni de exquiſita febrium curatione compendioſum diegema, Albano Torino auctore. Ejusd. aphoriſmorum libellus, eod. Torino paraphraſte. Ad haec Sim. Grynaei medicinae commendatio ſ. encomium. Baſ. in offic. Rob. Winther, 1542. 8.

Chirurgia e graeco in latinum converſa, Vido Vidio, Florentino, interprete, cum nonnullis ejusd. Vidii commentariis. Pariſ. 1544. f. — Continentur in eo Hippocr. libri de fracturis, de articulis et de officina medici cum commentariis Galeni. Galenus de faſciis.

Oribaſius de muſculorum diſſectione ex Galeno, Junio Paulo Craſſo interprete. Eſt autem pars libri XXV. Galeni diſſectionis venarum et arteriarum commentarium. Ejusd. Galeni de nervis compendium. Anton. Fortolo Joſerienſi interpr. Pariſ. ex typogr. Jo. Barbaei 1546. f.

Augerii Ferrerii Toloſatis medici liber de ſomniis. Hippocr. de inſomniis liber. Galeni liber de inſomniis. Synesii lib. de ſomniis. Lugd. 1549. 12.

Galeni aliquot opuſcula, nunc primum Venetorum opera inventa et excuſa, lat. ſcil. de muſculorum diſſectione ad Tyrones liber integer; de vocalium inſtrumentorum diſſectione, Auguſtino Gadaldino interprete; brevis denotatio dogmatum Hippocr. Conr. Gesnero; fragmentum ex IV. commentariis, quos ipſe Galenus inſcripſit, de iis, quae medice dicta ſunt in Platonis Timaeo, Aug. Gadaldino; principium commentarii I. in libr. I. Hippocr. epidemiorum, Nic. Machello interpr.; Oribaſii de cucurbitulis, ſcarificatione, hirudinibus, derivatione, et revulſione ſermo, Aug. Gadaldino interprete. Lugd. ap. Gul. Bouillium 1550. 8. Prodiit et Lugd. 1556. teſte cat. bibl. Platner.

Galeni aliquot opera a Leo. Fuchſio, Tubingenſis ſchol. prof. publ., latinitate donata et commentariis illuſtrata. De inaequali intemperie liber. De differentiis et cauſis morborum ſymptomatumque libr. VI. De judiciis libri III. De curatione per ſanguinis miſſionem liber unus. Pariſ. ap. Arn. Birkmann et Jac. Dupuys 1550. f. Eſt tomus primus commentariorum L. Fuchſii in Galenum. Alter comment. in libb. de diffe-

rentiis febrium et de temperamentis continet, editusque eſt Pariſ. ap. Jac. Dupuys 1554. f. Tertius continet comm. in libb. de locorum adfectorum notitia. Pariſ. 1554. f.

Galeni de natural. facultat. libr. III. Th. Linacro interpr. Acc. Jac. Sylvii cum ſcholia, tum epitome in eosd. libros in tabulis expreſſa. Additus eſt de naturalium facultatum ſubſtantia liber et an ſanguis in arteriis contineatur, Vict. Trincavello interpr. Lugd. 1550. 12.

Galenus de oſſibus ad tyrones. De nervorum, muſculorum, venarum et arteriarum, vocalium inſtrumentorum, vulvae diſſectione libri. De motu muſculorum libri II. Acc. Oribaſii de muſculorum diſſectione libellus. Lugd. ap. Rouillium 1551. 12.

Galeni de temperamentis libri III. De differentiis febrium a Leonh. Fuchſio latinitate donati et commentariis illuſtrati. Par. ap. Jac. Dupuys 1554. f.

Chirurgia. De chirurgia ſcriptores optimi quique veteres et recentiores plerique, in Germania antehac non editi, nunc primum in unum conjuncti volumen. Tiguri p. Andr. et Jac. Geſner. fratres. 1555. f. Continentur in ea collectione Galen. de faſciis, Oribaſ. de machinamentis.

Jo. Caji opera aliquot et verſiones, partim jam nota, partim recognita et aucta, ſcil. Caji de medendi methodo libr. II. de ephemera Britannica lib. I. acc. Galen. de libris ſuis lib. 1. de ordine librorum ſuorum lib. I. de ratione victus ſec. Hippocr. in morbis acutis lib. 1. non ante editus, de placitis Hipp. et Plat. liber I. eod. Cajo interpr. Louan. ap. Ant. Mar. Bergagno 1556. 8.

Galeni de theriaca ad Piſonem, interpr. et commentatore Jo. Juvene, una cum Galeni de antidotis libris II. ab Andr. Lacuna in epitomen redactis; acc. Jo. Juvenis epiſt. de medicamentis bezoardicis, quorum

usus a peste praeservat. Antwerp. ap. Jo. Bellerum 1575. 12.

Galeni 1) *de optima corporis nostri constitutione,* 2) *de pleniore habitu,* 3) *de inaequali intemperie,* 4) *quomodo simulantes morbum sint deprehendendi,* 5) *de ptisana, item et Joa. Lalamentii de ptisana sui temporis libellus; emendata per eund. Lalamantium versio latina.* Heduae 1578. 8.

Iidem tractatus ex Jo. Lalamantii recognitione et castigatione graeci codicis locis innumerabilibus; acc. ejusd. Lalamantii de ptisana sui temporis libellus. Genev. ap. Santandreanum. 1579. 8. Titulus est: Cl. Galeni operum omnium latine propediem edendorum specimen. Galeni tractatus, quos Lalamantius edidit, consignati sunt in pagina aversa.

De herba panacea, quam alii tabacum, alii pedum aut nicotianam vocant, ab Aegidio Everato in ordinem redactus. Antwerp. 1587. 12. Continentur in hoc libro simul Galeni liber de theriaca ad Pison. Jo. Juvene interpr. et commentatore, et Galeni de antidotis libr. II. ab Andr. Lacuna in compendium redacti. Repetita est haec de tabaco Everati tractatio Ultraj. 1644. 8. in qua vero hi Galeni libelli desiderantur.

Galeni historiae medicinales, a Jo. Bpt. Sylvatico, Mediolanensi medico, Jo. Pt. filio enarratae. Acc. historiar. et rer. memorab. ind. copiosiss. Hanov. typogr. Wechel. 1605. f.

Cl. Galeni adhortatio adhortatoria ad artium liberal. studium capessendum. Idem quod optimus medicus, nisi etiam philosophus, non sit. Ex interpr. nova Sixti Arcerii cum notis ejusd., in quibus partim textus graecus emendatur, partim illustratur. Franeck. 1616. 4.

(*Anglica* plurium Galeni opusculorum versio haec exstat: *Certaine workes* of Galens, called methodus medendi, with a brief declaration of the worthie art of

medicine, the office of a chirurgeon and an epitome of the third book of Galen of natural faculties: all translated into English by Thom. Gale. Lond. 1548. f.)

XX. *Epitomen* quidam etiam e Galeni operibus confecerunt, nimis voluminofis, quum ut fperari potuiffet, fore, ut omnes ea legant. Hinc redacti in fpatium anguftius medicis melius arridebant. Primum laborem epitomes Galeni operum componendae fufcepit ANDR. LACUNA. Prima editio eft: *Epitome Galeni operum in IV. partes digefta, pulcherrima methodo univerfam illius viri doctrinam complectens, p. Andr. Lacunam.* Baf. 1551. f. Altera ejus epitomes editio eft: *Epitomes omnium Galeni operum fectio prima p. Andr. Lacunam.* Lugd. 1553. 12. *Sectio altera.* ibid. eod. 12. *Tertia* ib. eod. 12. Tria funt volumina fatis fpiffa.

Alia editio, cui acceflerunt *Andr. Lacunae annotationes in Galeni interpretes, it. de ponderibus et menfuris medicinalibus,* prodiit Baf. 1571. f.

Epitome Galeni Pergameni operum in IV. partes digefta, pulcherrima methodo univerfam illius viri doctrinam complectens, p. Dnum Andr. Lacunam fumma fide ftudioque collecta. Acceff. ejusd. A. Lacunae annotationes in Galeni interpretes, quibus varii loci, in quos hactenus impegere lectores, et explicantur, et fumma fide reftituuntur. It. de ponderibus et menfuris utilis commentarius. Argent. 1604. f. Non in capita divifa eft haec epitome, fed in margine argumenta adfcripta funt apte et diligenter. Laudata haec epitome eft a multis, ob omnia in ea tradita, quae ad Galeni doctrinam ullo modo facere poffint, omiffa vero, quae Galenus aut contentiofe aut nimis prolixe protulerat. — Exftat quoque *A. Lacunae epitome omnium rer. et fententiar. memorab., commentarior. Galeni in Hippocratem, digeftis in alphabetic. ordinem, seu aphorifmis ....*

Theatrum Galeni h. e. univerfae medicinae a

medicor. principe Galeno diffuſe ſparſimque traditae promptuarium, quo vel indicis loco in omnes Galeni libros, vel locorum communium inſtar in re medica lector utatur. Aloyſii Mundellae, Brixienſis, ſtudio et labore per multos annos conditum, nunc demum editum. Baſ. ap. Epiſcop. 1568. f. — Praebet hoc theatrum operum Galeni, quae genuina ſunt, epitomes ſimul juſtae, et indicis alphabetici copioſi utilitatem, et ſimul fere locorum communium. Seorſim et in ſpurios libros elenchum condidit *Mundella.*

De Symphoriani Campegii ſpeculo Galeni dictum eſt ſupra. Eſt, quem ipſe Symphorianus adpellabat, Galenus abbreviatus vel inciſus.

Galeni tot libris uti commode non poſſumus, niſi indice bono atque continente notanda omnia adjuti. Ad primam editionem Baſileenſem index eſt ab Hier. Gemuſaeo confectus, ſatis bonus utilisque. Separavit is genuinorum Galeni operum indicem a ſpuriorum, quem ſeparatim compoſuit. Indicem in ſecundam editionem Baſileenſem alius quidam vir doctus confecit, etiam boni ac facilis uſus. Ad tertiam editionem Baſileenſem index eſt a Guil. Gratarolo compoſitus cum ſummo ſtudio atque uſus hinc commodi. Attamen hi indices multa quidem, nec omnia notanda continent. Hinc praeferendus index eſt in Galeni opera ab Ant. Muſa Braſſavolo compoſitus, et nimia vero prolixitate laborans, atque omnium longe copioſiſſimus. Is Juntarum editioni ſecundae primum acceſſit: acceſſit quoque, ut puto, reliquis Juntarum editionibus: ad ſextam ſaltem ſeptimamque, quas ad manus habeo, exſtat. Reperitur etiam editionibus Juntarum poſt ſeptimam adaptatus. Id quoque ad commendandum hunc indicem Braſſavoli, Juntarum editionibus additum, facit magnopere, quod, qui has editiones curarunt, praecipua ex libris Galeni, qui ſingulis editionibus acceſſerunt, excerpſerunt, atque in indice ac ſuis locis quaeque notarunt. Lugdunenſis editio Jo. Frellonii indicem Gemuſaei uſurpavit.

Leonh. Legius, Papienſis medicus, anno 1519. edidit collectas a ſe propoſitiones ex Galeni libris quam plurimas, et ſimul indicem alphabeticum ſecundum libros et capita, ſed non valde copioſum.

Etſi quidem de vero rectoque ordine Galeni librorum nemo cogitavit, (is autem alius eſſe non poteſt, niſi chronologicus) praeter Labbeum: multi tamen de ordine librorum Galeni et cogitarunt et ſcripſerunt. — Primus de ordine librorum Galeni ſyſtematico cogitavit Jac. Sylvius in libro: *Ordo et ordinis ratio in legendis Hippocratis et Galeni libris.* Pariſ. 1549. f. Deinde Jo. Bpt. Montanus duabus epiſtolis, altera ſcripta ad Luc. Ant. Juntam, altera ad lectores, quae epiſtolae leguntur in fronte editionum Juntinarum. Fatetur autem, ſi per otium licuiſſet, ſe diligentius, accuratius et eruditius omnia fuiſſe conſcripturum. Conr. Gesnerus in catalogo operum Galeni, tertiae editioni Frobenianae latinae praefixo, paſſim de librorum Galeni ordine dixit, et, ubi eum immutavit, id non fecit, niſi cauſa tradita. Jul. Alexandrinus etiam in libro V. c. 5. dialogi ſui de medicina et medico idem argumentum tractavit, et Gentilis olim libellum edidit de diviſione librorum Galeni eorumque ordine et numero. Ait autem in epilogo, ſe collegiſſe ſuum libellum e dictis ſpeculatoris in medicina.

XXI. *Commentarios* ſcripſere in plura Galeni opera, in unum collectos, permulti auctores, quorum partem maximam longe enumeravi in recenſione ſingulorum Galeni librorum. Notandum vero eſt, omnes fere Arabes Galenum eſſe ſecutos, praeſertim in ea medicinae parte, quae internos morbos reſpicit, nec non in ea parte theoretices, quae explicationi originis morborum operam dat, ac in anatome. Eadem et Arabiſtarum omnium ratio eſt. — Galeno operam impendit laudabilem ſuo tempore *Symphorianus Champerius* (Champier, etiam Campegius appellatus) ſuoque exemplo, ſuaque commendatione effecit, ut loco Arabum atque Arabiſtarum Galenus a medicis diligen-

tius legeretur. Is permulta ſcripſit, quae huc faciunt, et ad illuſtrandum Galenum, et ad efficiendum, ut Galenus in anguſtius ſpatium contractus medicis magis arrideret. Huc referenda ſunt ejus ſcripta ſequentia:

Epitome Galeni. Galenus conciſus, quae in ſpeculo D. Symphoriani continebantur, apprehendens: acc. Galeni opera cum argumentis Symphoriani. Ejus propugnaculum medicinae in ſpeculum medicum Galeni. Lugd. 1512. 8. Cum aliis Symphoriani libellis, ibid. eod. an. 8.

Roſa Gallica, omnibus ſanitatem affectantibus utilis et neceſſaria, quae continet praecepta ex Hippocratis, Galeni, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, Dioſcoridis, Rhazis, Haly Abbatis, Iſaac, Avicennae, multorum aliorum clariſſ. virorum libris collecta. Par. 1514. 8.

Speculum ſ. epitome Galeni, ejus vita, epitome libror. de elementis, ſylva febrium, de gynaeceis, de dynamidiis ſ. myarmir, de oculor. morbis. Conſtantini Africani magna techne ſuper l. de ingenio ſanitatis Galeni. Lugd. 1516, 1517. 8.

Ej. medicinale bellum inter Ariſtotelem et Galenum. Lugd. 1516. 8.

Ej. practica in artem parvam Galeni. Epitome commentarii Galeni in Hippocratis aphoriſmos, prognoſtica, epidemica, regimen acutorum. Centiloquium iſagogicum. Categoriae medicinales. Lugd. 1516. 8.

Ej. ſymphonia Platonis cum Ariſtotele, Galeni cum Hippocrate. Hippocratica philoſophia ejusd. Platonica medicina in duplici mundo cum ſcholiis ejusd. Speculum medicinale Platonicum. Pariſ. 1516. 8.

Cribratio, lima et annotamenta in Galeni, Avicennae et Conciliatoris opera. Pariſ. 1516. 8. Venet. 1565. f.

Catalogus librorum Galeni. Medulla philoſophiae naturalis et medicinae. Lugd. 1534. 8.

Maxime meriti ſunt, praeter Symphorianum, de Galeno:

Andr. Lacuna, inprimis ob epitomen operum Galeni. — Andr. Vesalius, anatomes instaurator, qui Galenum longe plurimis locis illustravit. — Ant. Musa Brassavolus, ob indicem in Galeni opera ab eo confectum. — Augustin. Gadaldinus, ob versos longe multos Galeni libros. — Conr. Gesnerus, summus vir, maxime ob prolegomena ad edit. Froben. tertiam. — Franc. Valleriola, maxime ob locos med. communes, qui compendium e Galeno constituunt. — Herm. Cruserius, ob libros Galeni de pulsibus omnium optime explicitos. — Hier. Gemusaeus, ob curatam ab eo secundae edit. graec. operum Galeni partem maximam. — Jac. Sylvius, vir omnium judicio eloquentia et doctrina summus, medicinae a barbarie verus vindex, cujus opera cujusque exemplo factum est, ut Galenus medicis Arabistarum et Paracelsistarum loco esset. — Janus Cornarius, ob longe plurimos Galeni libros versos, correctos et quosdam illustratos commentariis. — Nic. Rheginus, Calaber, ob versos multos Galeni libros, et satis bene quidem, barbariei temporibus. — Jo. Argenterius. — Jo. Bpt. Montanus, qui primus Galeni libros in classes digessit. — Jo. Bern. Felicianus, interpres Galeni, et interpretationum ante se factarum emendator. — Jo. Cajus, Britannus, vir doctissimus, ac de Galeno vel ea de causa longe meritissimus, quod, quum, qui sua aetate vivebant, Galeno in latinam linguam vertendo operam dabant maximam, is Galeni plures libros, mancos antea, aut graece non prostantes, graece integros edidit. — Jo. Crato de Kraftheim, vir non quidem insigniter doctus, at acer Galenista, qui auctoritate sua (erat medicus cubicularius imperatoris Rom.) multos movit, ut, repudiato Paracelso, Galenum sequerentur. — Jo. Guintherius, Andernacus, (Jani Antoniaci aut Jani Philologi nomine interdum usus) vir in solida doctrina plane praestans, ob versos multos Galeni libros, et quidem egregie, quosdam commentariis illustratos. — Jos. Struthius, ob operam impensam libris de pulsi-

bus, quibus a paucis labor eſt impenſus, quo in aliis Galeni libris eſt inſudatum. — JUL. MARTIANUS ROTA, ob correctas priorum, ac factas novas interpretationes librorum Galeni. — LAURENTIUS LAURENTIANUS, ob idem meritum. — LEONH. FUCHSIUS, vir pulchre doctus, at contentioſus, ob verſos et doctiſſimis commentariis illuſtratos multos Galeni libros. — LUD. BELLISARIUS. — MART. GREGORIUS. — NIC. LEONICENUS, ad primos principesque inſtauratores medicinae Graecorum, inprimis Galenicae referendus. — THEORIC. GERARDUS GAUDANUS, memorandus ideo inter praecipuos Galeni interpretes, quod ejus inprimis ſtudio medicamenta ſimplicia, poſt Arabum atque Arabiſtarum compoſitiones artificioſas, vulgatiora facta ſunt. — THEOD. ZWINGERUS, ſcitus tabularum artifex, in quas, uti Hippocratis libros permultos, ita et Galeni redegit. — THOM. LINACER, vir doctiſſimus, celeberrimus et ſtili politiſſimus. — VICT. TRINCAVELLUS ſ. TRINCAVELIUS, clarus, quod Galeni editionem curavit, et aliquot libros vertit. — CASP. HOFMANNUS, medicinae profeſſor Altorfinus, ſaeculi ſui Symphorianus atque Cajus, de Galeno omnium fere longe meritiſſimus. — DAN. CLERICUS, ob vitam Galeni ſcriptam et ejus ſyſtema melius digeſtum. — JO. CONR. BARCHUSEN, ob dogmata Galeni melius expoſita. — ALB. HALLERUS, ob ea, quae ad rem literariam Galeni pertinent, praeclare digeſta.

COMMENTARII praecipui, praeter dictos in ſingulorum Galeni recenſione, hi ſunt:

ANT. LUDOVICI, *medici Olyſiponenſis, de re medica opera, nempe* 1) *erotematum ſ. commentariorum in libros de criſibus Galeni libri III.* 2) *erotematum numeri ternarii libri VI., in quibus tota fere ars medica continetur;* 3) *erotemata de difficili reſpiratione;* 4) *erotemata de uſu reſpirationis liber alius;* 5) *de corde liber unus, in quo tam Ariſtotelis, quam alior. plurimi errores explicantur, tum vero plurimae quaeſtiones enodantur;* 6) *Galeni liber de ptiſſana;* 7) *Galeni de eo,*

quod animal ſit, quod utero continetur; 8) *de eo, quod Galenus animam eſſe immortalem dubitaverit, liber unus.* Olyſiponae 1540. f.

Galeni operum omnium pars ſecunda ſectionis VII. continens commentariorum in Hippocr. I. de morb. vulgar. libri III. Commentarior. in III. Hippocr. de morb. vulgar. libb. III. Commentarior. in VI. de iisd. libb. VI. Commentarior. in Hippocr. de his, quae in officina medica, libb. III. Commentarior. de fractur. libb. III. de faſciis lib. I. Oribaſii de laqueis lib. I. Herm. Cruſerio Campenſi interpr. Venet. 1545. 8.

(Alph. Lupeyi in omnia opera Galeni annotationes. Caeſarauguſtae 1548. f. K.)

Methodus Jo. Bpt. Montani *de elementis. Acc. ejusd. auctoris de ſyphillidos lue tractatus.* Vienn. 1553. 4. Continet methodos in libris de elementis, de humana natura, de atra bile, de temperamentis, de facultatibus naturalibus.

Andr. Lacunae *annotationes in Galeni interpretes.* Lugd. 1553. 12.

Galeni aliquot opera a Leonh. Fuchsio *latinitate donata et commentar. illuſtrata. De inaequali intemperie lib. I. de differentiis et cauſis morbor. ſymptomatumque libri VI. De judiciis III. De curatione per ſanguinis miſſionem lib.* Pariſ. 1550. f. *Commentarii to. II. in libr. III. de temperamentis et libb. de different. febr.* Pariſ. 1554. f. *To. III. Commentar. in libr. de laborantium locorum notitia.* ib. eod. f.

De febribus commentarius ex libris aliquot Hippocratis et Galeni parte plurima ſelectus a Jac. Sylvio. *Denuo p. Alex. Arnaudum caſtigatus.* Venet. 1555. 8. Baſ. 1556. 12. Ven. 1556. 8.

Jo. Cratonis *ad artem medicam iſagoge. Additae ſunt in libros Galeni de temperamentis, de natura humana, de atra bile, et de temperamentis ac facultatibus naturalibus periochae* Jo. Bpt. Montani. *Cum epiſt.* Jo. Cratonis, *qua recte Galenum legendi*

ratio breviter oſtenditur. Venet. ex off. Valgriſiana 1560. 8. Hanov. 1595. 4.

ALPH. DE CORELLA *in omnia Galeni opera commentarii.* Saragoſſ. 1565. f. Matr. 1582. 4.

VICT. TRINCAVELLII *in Galeni libros de differentiis febr. atque in priorem de arte curandi ad Glaucon. explanationes.* Ven. 1575. f.

Achillis Gaſſari aphor. Hipp. nova methodus libr. V. opera CONR. GESNERI *illuſtrata; acc.* JO. MORISOTI *adnotat. in aphor. Hipp.* 61. *libri IV. adverſ.* CORN. CELSUM *de dieb. crit.; it.* CP. WOLPHII *vett. et recentior. ſcriptt. in Hippocr. opera exſtantium catalogus; it.* CONR. GESNERI *perioche III. libri Galeni de temperamentis; it. de ſimplic. medicam. ex I. Galeni libro — ſtudio* CP. WOLPHII. Sangalli 1584. 8.

FERD. MENA *commentaria in libros Galeni de ſanguinis miſſione et purgatione, quib. additur libell. de ratione permiſcendi medicamenta.* Aug. Taur. 1587. 8.

FRC. VALLESII *comm. in Galeni libros XXIII. opera et induſtria Jo. Pt. Ayroldi.* Colon. 1594. f.

De pulſibus tractatus abſolutiſſ., in quo expon. libell. de pulſib. ad tyron. et omnia, quae de pulſibus, differentiis, dignotione, cauſis deque praeſagitione XVI. plane libris perſcripſit Salenus (ſic). Auctore Leone Rogano, medico. Nec non de urinis libri III. ex Galeni et Hippocr. doctrina quam diligentiſſime excerpti. Venet. 1597. 8.

SIM. A CAMPI, *Neapol., comm. in libr. Galeni de diff. febr. in text. XIII. nempe a textu XLVI. usque ad text. LVIII. tertii libri art. medicin. In libr. de tumoribus praeter natur. A* SIM. A CAMPO *juniore, A. M. D. et ſacerd. Neap. recognita et in luc. edita.* Neap. 1642. 4.

FR. VALLÆSII comm. illuſtria in Galeni libros etc. Colon. 1594. f. Francf. 1645. f. (Pleniorem titulum vid. ſupr. p. LXXX. An non idem cum paulo ante laudato libro? K.)

Commentarius in libellos Galeni de curandi ratione per ſanguinis miſſionem: de hirudine: de revul-

ſione: de cucurbitula: de ſcarificatione, publice olim Argentoratenſium univerſitate praelectus authore Melch. Sebizio. Argent. 1652. 4.

Magno cum detrimento anatomiae et ſcientiae medicinalis factum eſt, ut ANDR. VESALIUS, calumniis adverſariorum incenſus, ſuas in Galenum annotationes flammis traderet.

Catalogum compoſuit CONR. GESNER., eumque editioni Frobenianae tertiae praefixit, in quo continentur ordine alphabetico ſcriptores, qui libros Galeni quoquo modo illuſtrarunt interpretando, adnotationibus, ſcholiis, paraphraſibus, problematis, enantiomatis, epitomis, indicibus, tabulis cet. Expoſuit ſimul Gesnerus ſingulatim, quid quisque horum praeſtiterit, quos et quot numero quisque Galeni libros transtulerit, aut aliter illuſtrarit.

Locis in diverſis Galeni libris emendandis, explicandis, illuſtrandis, operam dedere permulti viri, qui correctionum, animadverſionum, antiquarum, variarum lectionum libros conſcripſerunt.

HIER. MERCURIALIS in variar. lectionum libris. (Pariſ. 1585. 8.) — MARSIL. CAGNATUS in variar. obſervat. libr. IV. Rom. 1587. 8. — JO. MANARDUS in epiſt. medicin. Baſil. 1535. f. 1549. f. etc. — JO. LANGIUS in epiſtol. medicinal. Baſ. 1554. 4. Hanov. 1605. 8. — TH. REINESIUS in epiſt. ad Cp. Hofmann. et Chr. Ad. Rupertum. Lipſ. 1660. 4. et in epiſtol. ad Daumium. — *Idem* in variar. lection. libris. Altenb. 1640. 4. — CP. HOFMANNUS in variar. lection. libris VI. (Lipſ. 1619. 8.) — D. W. TRILLER. in obſervat. critic. in var. auctores graec. et latinos libr. IV. Francf. ad Moen. 1742. 8.

XXII. Ad *Galeni* loca quaedam explicanda multa ſcripta ſunt a diverſis auctoribus. Praecipuos eorum enumerabo. Alii ſcripſerunt aut ad defendendum, aut ad confutandum Galenum: alii animadverſiones in vel omnes, vel ſaltim permultos libros Galeni compoſuerunt. Enarrabo ſingulos.

Paſſionarius Galeni. Galeni Pergameni paſſionarius a doctis medicis multum deſideratus: egritudines a capite ad pedes usque complectens: in quinque libros particulares diviſus, cum febrium tractatu earumque ſintomatibus. Lege igitur: et ni tibi mens hebes fuerit, eundem Galeni, et non alterius, ut falſo quidam credunt, eſſe perpendes. Editio mea prodiit Lugduni in aedib. ANT. BLANCHARDI ſumtu Barth. Trot. 1526. 4. Epitome eſt librorum Galeni de medendi methodo, aliorum medicor. Graecor. et Arabum ſcriptis ſimul uſurpatis. Auctor eſt *Gariopontus*, quod probavit Th. Reineſ. in var. lection. — Codices ejus libri, qui exſtant, citantur ab Haller. in bibl. med. pract. to. I. p. 267.

MATTH. SYLVATICUS in opere pandectarum, quod prodiit Tridini 1499. f. et ſaepius. Galeno et Plinio maxime uſus eſt ad illuſtranda permulta Arabum et Arabiſtarum loca. Hinc hae pandectae ad intelligendum, quid Arabes et Arabiſtae de Galeno ſenſerint, et qua ratione eo uſi ſint, perutiles ſunt.

NIC. LEONICENI *de* PLINII *et plurium aliorum medicorum in medicina erroribus opus primum ad Angelum Politianum. De iisd. opus novum ad Frc. Tottum.* In fine: *Ferrar. p. Jo. Macioch.* 1509. 4.

LEONH. LEGHII *floſculi e Galeni libris.* Venet. 1514. f. — *Symphoriani Camperii ſymphonia* etc. ejusque *Medicin. bellum* jam commemorata ſunt §. XXI.

PHIL. BEROALDI *varia opuſcula, nempe de VII. ſapientum ſententiis, ſymbola Pythagorae moraliter explicata, de optimo ſtatu et felicitate, declamationes aliquot et oratio proverbialis, item opuſc. de terrae motu et peſtilentia. Et annotationes in Galenum.* Baſ. 1517. 4.

NIC. LEONICENI *opuſcula, ſc. de Plinii aliorumque in medicina erroribus libr. IV. de trib. doctrinis ordinatis ſecund. Galeni ſententiam lib. I. de virtute formativa lib. I. de dipſade et pluribus aliis ſerpentibus lib. I. de Tiro ſ. vipera lib. I. de morbo Gallico lib. I. Apologia contra ſuarum translationum obtrectatores,*

et medici Romani, NIC. LEONICENI *diſcipuli, antiſophiſta.* Baſ. 1532. f.

Novae academiae Florentinae opuſcula adverſus Avicennam et medicos neotericos, qui Galeni diſciplina neglecta barbaros colunt. Lugd. 1534. 8.

FR. EMERICI *medicor. auxilior. dexter uſus, ad veram Hippocratis et Galeni mentem depromptus.* Norimb. 1537. 4.

Medicinae herbariae libri II., quorum primus habet herbas hujus ſeculi, communes cum veteribus, Dioſcoride, Galeno — ſecundus a recentibus inventas continet herbas. Baſ. 1539. 8.

Methodus ſ. ratio compendiaria perveniendi ad veram ſolidamque medicinam, mirifice ad Galeni libros recte intelligendos utilis, nec recens in lucem edita LEONH. FUCHSIO *autore.* Baſ. 1541. 8. Pariſ. 1550. 8.

Compendium ex Actuarii libris de differentiis urinarum. it. Galeni univerſalis doctrina de compoſ. pharmacor. ſec. locos affectos. it. Galeni ſylva experimentor. et alior. aliquot opera CONR. GESNERI. Tigur. 1541. 8.

Syruporum univerſa ratio ad Galeni cenſuram diligenter expolita — MICH. VILLANOVANO *auctore.* Ven. 1545. 8. Eſt liber rariſſimus et ob auctoris ſui, MICH. SERVETI, fatum infelix memorabilis.

ALOYS. TRISSINI *problematum e Galeni ſententia libr. VI.* Baſ. 1546. 8.

Galeni enantiomaton aliquot liber, JUL. ALEXANDRINO, *medico Tridentino, auctore. Ejusd. Galeni encomion.* Ven. ap. Junt. 1548. 8.

HIER. CARDANI *contradicentium medicorum lib. II.* Lugd. 1548. 8. Pariſ. 1565. 8. ſaep.

Ex Hippocrate et Galeno, omnium medicorum κορυφαίοις, excerpta quaedam univerſis ferme hominibus omnique paene tempore ad ſanitatem tuendam utilia, praecipue magnatibus, nec non hypocraticae diſciplinae candidatis ſcitu tum jucunda, tum neceſſaria. Per JO. KARZSCHIUM *in ſex res non natural. congeſta. Lipſ. Mich. Blum imprimebat.* 1549. 4.

Vesani cujusd. calumniar. in Hippocr. Galenique rem anatomic. depulsio p. JAC. SYLVIUM. Paris. 1551. f.

Epitome omnium rerum et sententiarum, quae annotatu dignae in Galeni commentar. in Hippocr. exstant, p. ANDR. LACUNAM *in elenchum minime poenitendum congesta.* Lugd. 1554. 8.

DOM. BUCII CARMIGNOLII *quaesita IV. medicinalia juxta Hippocrat. Galeni et probatissimor. medicor. sententiam discussa.* (*Acc. M. Ant. Montisiani s. Geminianensis quaestion. medicin. XXIV.* Venet. 1551. 4. Paris. 1556. 16. K.) Lug. 1554. 8. 1557. 12.

De febribus commentarius ex libris aliquot Hipp. et Galeni parte plurima selectus a JAC. SYLVIO. Ven. 1555. 8.

DOMIN. BELLII *quaesita IV. juxta Hippocr. et Galeni sententiam discussa.* Lugdun. 1555. 8. (Est idem c. antecedente proxime Bucii libro, nomine auctoris p. scribendi errorem in Bellii mutato. K.)

In Hippocr. et Galeni physiologiae partem anatomicam isagoge a JAC. SYLVIO *conscripta.* Venet. 1556. 8.

BLASII HOLLERII *morbor. curandor. brevis institutio juxta Galeni sententiam.* Bas. 1556. 8. saep.

ALPH. BERTOLII *methodus general. et compendiaria, ex Hippocr. Galeni et Avicennae placitis depromta ad omnes morb. curand.* Venet. 1556. 8.

LEONH. FUCHSII, *num morbifica aliqua de Galeni sententia sit causa continens, disceptatio ad* FR. VALLERIOLAM. Bas. 1557. 8.

GEO. PICTORII *medicinae — ex Hippocr. Galeno, Avicenn. Aegin., et aliis conscriptae cum aliis.* Basil. 1560. 8.

JAC. PELETARII *de conciliatione locorum Galeni sectiones duae.* Paris. 1560. 4.

JAC. SYLVII *in Hippocr. et Galeni physiologiae partem anatomicam isagoge.* Paris. 1561. 8.

GABR. CUNEI *apologiae* FR. PUTEI *pro Galeno in anatome examen.* Ven. 1564. 4.

Jul. Alexandrini *Antargentericorum suorum defensio adversus Galeni calumniatores.* Ven. 1564. 4.

Thaddaei Duni *muliebrium morbor. omnis gener. remedia ex Dioscor. Gal. Plin. barbarisque et Arab. collecta.* Argent. 1565. 8.

Ferrarii de regulis medicinae libr. III. ex Hipp. Gal. et Avicenna summa c. diligentia collecti. Brix. 1566. 8.

Bern. Baldini *problemata ex Galeni commentariis in Hippocratem.* Ven. 1567. 8.

Oddi de Oddis *de pestis — causis, signis, praecautione, curatione libri IV. Apologiae pro Galeno tum in logica, tum in philosophia, tum etiam in medicina libri III. De coenae et prandii portione libr. II. illustrati opera* Marc. Oddi, *filii.* Ven. 1570. 4.

Melch. Guilandini *papyrus sive commentarius in III. Plinii de papyro capita. Acc.* Hier. Mercurialis *repugnantia, qua pro Galeno strenue pugnatur. it.* Guilandini *assertio sententiae, in Galen. a se pronunciatae p.* 224. Ven. 1572. 4.

Institutionum medicinae, ad Hippocr. Gal. aliorque vett. scripta recte intelligenda mire utilis libr. V. Leonh. Fuchsio *auctore.* Bas. ex off. Opor. 1572. 8. Lugd. 1555. 8. 1560. 8. 1566. 8.

Jo. Stratiandri *elenchus rerum et voc. in Galeni supposititiis ann.* 1562. *primum Bas. c. Galeno editus. — Contradictiones, dubia et paradoxa in libros Hippocr. Celsi, Galeni, Aetii, Aeginetae, Avicennae. Cum eorund. conciliationib.* Nicol. Rorario *auctore.* Ven. 1566. 8. 1572. 8.

Jo. Planerii *febrium omnium simplicium divisio et compositio ex Galeno et Avic. excerpta, et in arbores redacta.* Ven. 1574. 4.

Hippocratis aphorismi gr. et lat. Cl. Campensio interprete, c. ejusd. annot. quibus Galeni errata illustrantur. Acc. ejusd. animadv. c. apolog. in Galenum. Lugd. 1579. 8.

Rabbi Moysis, *medici antiquiss. aphor. ex Galeno*

collecti et locorum quorund. ap. Galenum ſibi ipſis contradicentium caſtigatio et notatio. Jo. Damasceni *aphor. ad filium.* Baſil. 1579. 8. Editio etiam ad manus eſt Bononiae impreſſa impenſa Bened. Hectoris, opera Platonis, impreſſor. Bonon. 1489. 4. — [Dan. Moegling *Galeni doctrina de didaſcaliis, ſ. methodo, qua is totam medicinam pertractavit.* Heidelb. 1584.]

Frc. Valleriolae *loci medicinae communes ex Galeno collecti.* Lugd. 1604. 8. Prodiere jam antea ſaepius. — *Apologia pro Hippocr. et Galeni medicina adverſus Quercetani librum de priſcorum philoſoph. verae medicinae materia, praeparationis modo atque in curandis morbis praeſtantia.* Pariſ. 1603. 12. *Ad famoſam Turqueti apologiam reſponſio.* Pariſ. 1603. 12. Jo. Audarueti *apologia pro judicio ſcholae Pariſ. de alchimia.* Pariſ. 1604. 12. *Brevis excurſus in Battologiam Quercetani.* Pariſ. 1604. 12. *Comparatio veteris medicinae c. nova, auct.* Jo. Riolano. Pariſ. 1605. 12. *Incurſionum Quercetani depulſio.* 1605. 12. *Cenſura demonſtrationum Harveti pro veritate alchimiae.* Pariſ. 1606. 12. huc pertinent.

Adm. Zuluzanii a Zuluzaniis *animadverſion. medic. in Galen. et Avicenn. libr. VII.* Francof. 1607. 8.

Jo. Bpt. Sylvatici *hiſtoriae 86 Galeni medicinales.* Hanov. 1605. f.

Controverſiarum medicar. et philoſoph. Frc. Valleſii libri X. Acc. libell. de locis manifeſte pugnantib. ap. Galenum eod. Valleſio auctore. Ed. III. Francof. 1590. f. *Ed. IV.* Hanov. typ. Wechel. 1606. f. — H. Lavater. *defenſio Galenicor. medicor. adverſ. calumn. Ang. Salae.* Hanov. 1610. 8. — *De morbis nobiliores animae facultates obſidentibus libri III. Cart. Marinello authore. Quib. acc. liber patefaciens Galenum et omnes alios, qui poſt ipſum medicinam fecerunt — omnia aut majorem partem eor., quae de his morbis pronuntiaverunt, ab antiquioribus deſumſiſſe. Denique opuſculum quodd., cont. nonnullas controver-*

ſtas, inconſtantias atque admirationes, in dictis Galeni adinventas. Ven. ap. Junt. 1615. 4.

Cp. Hofmann *de thorace ejusque partibus commentar. in quo diſcutiuntur praecipue ea, quae inter Ariſtotelem et Galen. controverſa ſunt.* Frcf. 1617. f.

Jo. Scaligeri *loci cujusd. Galeni difficillimi explicatio ex muſ.* Joach. Mersi. L. B. 1619. 4.

Jo. Ca. Amati *fructus medicinales ex Galeni libris.* Lugd. 1623. 12. — *Apologia pro Germanis contra Galenum inſtituta a* Cp. Hofmanno *in promotione* Pt. Heygii. Amberg. 1625. 4. Contra locum Galeni, in quo adverſus Germanos invehitur. — *Apologia apologiae pro Germanis contra Galenum.* Amberg. 1626. 4. — *Apologia dictor. Ariſtot. de origine et principatu membrorum adverſ. Galen. Caeſaris Cremonini.* Ven. 1627. 4.

Compendium abuſuum autoritate Galeni et Hippocr. damnator. cum pro novitiis medicis, tum pro illis, qui medicina et ſanguinis detractione utuntur. Auct. Jo. Fuchſio. Monach. 1629. 8. — *Cp. Hofmanni collatio doctrinae Ariſtot. c. doctrina Galeni de anima.* Helmſt. 1637. 8. — *Galeni et Botalli placita de via ſanguinis a dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum.* Ven. 1640. 4. — *Relatio hiſtor. judicii acti in campis Elyſiis coram Rhadamantho contra Galen. c. approb. Apollinis in Parnaſſo communicata p: Mercurium Cp. Hofmanno.* Norimb. 1642. 12. — *Jo. Bpt. van Helmont opuſc. med. inaudita* 1) *de lithiaſi,* 2) *de febrib.* 3) *de humorib. Galeni,* 4) *de peſte.* Col. Agripp. 1644. 8. — *Cp. Hofmanni opuſc. medica, quor. prima habentur pro veritate opellae tres; nimir. Adraſtea Galeni. Exercitatt. juveniles contra Aemil. Pariſanum. Antargenterius. Secunda parte continentur Aug. Buccii de principatu partium corporis quaeſtiones. Collatio doctrinae Ariſtot. c. doctr. Galeni de anima. Cp. Hofmanni pathologia parva. Ejusd. rejectanea pathologica. Prodiere c. Cp. Hofmanni inſtitutt. medicc. libr. VI.* Lugd. 1645. 4.

Cp. Hofmanni pathologia parva, qua methodus Galeni practica explicatur, quam olim Fr. Frisimelica promiserat. 1647. 8.

Hier. Franzosii de motu cordis et sanguinis in animalibus pro Aristotele et Galeno adversus anatomicos neotericos libr. II. Veron. 1651. 4.

Cp. Hofmanni de partibus similaribus lib. sing., defectum quoque modo suppleturus ejusd. prorsus argumenti libri, quem Galen. scripsisse se ait VIII. sentent. Hippocr. et Plat. S. 1. nat. hum. praef. Frcf. 1667. 4. *Ej. apologiae pro Galeno s. χρηστομαθειῶν libri III. To. I. contin. isagogica et physiologica. Ex bibl. Guidon. Patini. Liber tertius, quo continentur pathologica. To. II.* Lugd. 1668. 4.

Fr. Ant. Stebler or. an et quomodo verum sit: Dat Galenus opes. Ingolst. 1738. 4. *Ej. orat. Galenus, p. anagramma Angelus, an bonus, an malus in medicina habendus sit.* Ingolstad. 1739. 4. — *G. F. Sigwart fragmenta dynamices Hippocratico-Galenicae, sparsis monumentis memoriae prodita.* Tubing. 1759. 4. et in Baldingeri sylloge opusc. — *Demetrii Polychronii epist., qua Galen. adversus Vesalium defenditur.* Lipf. 1777. 4.

XXIII. *Editiones* operum Galeni omnium quidam viri docti moliti sunt, quae vero lucem non viderunt. Th. Goulston, medicus e Londinensium collegio, aggressus fuerat opus, Galeni, quotquot supersunt, universa, in classes certas digerere, graeca recensere, exemplaribus tam scriptis, quam excusis, secum invicem collatis, scripturam mentemque Galeni genuinam elicere, latinis auribus gratiora purioraque exhibere, omnia analysi accurata, notisque criticis adjectis illustrare. Sed mors acerba et immatura intercepit eum, priusquam ad finem perduxerat, quae erat molitus, et in ipso fere laborum suorum limite. Quae ad edendum elaborata erant, tradita sunt Th. Gatackero, qui ea edidit titulo: *Cl. Galeni opuscula varia a viro clariss.* Theod. Goulstono *graeca recensita, mendisque, quibus scatebant, quam plurimis repurgata et in*

linguam latinam clarius puriusque, quam antehac, traducta. Quorum titulos ſequens pagina indicabit. Acceſſ. ab eodem variae lectiones et annotationes criticae. Lond. 1640. 4. Sunt vero in hac opuſ. Galeni collectione: Oratio ad artes et medicinam hortatoria. Quod optimus medicus idem et philoſophus. De optimo docendi genere. De ſectis. De optima ſecta. De dignoſcendis curandisque animi adfectibus. De dignoſcendis curandisque animi erratis. De ſubſtantia naturalium facultatum. Quod animi mores ſequantur temperamentum corporis. Praemiſſa eſt Goulſtoni praefatio de Galeni operibus, ex qua ſi judicium de labore ferre licet, quem Galeno impendit, eum ſyſtemati nimis adhaeſiſſe et omnia ſtudio nimis ſevero diſpoſiturum atque digeſturum fuiſſe in operum Galeni editione, vero ſimile eſt. Variae tamen lectiones, operi additae, multum eum inſudaſſe et in colligendis iis, et in lectione Galeni meliore reddenda, demonſtrant. Conf. etiam de hac editione operum Galeni TH. GATACKERUM in adverſ. c. 12.

Graecam operum Galeni editionem paratam habebat JAN. CORNARIUS, ut ſcribit ipſe in praef. ad alteram latinam editionem operum Galeni Frobenianam, quam curavit. Ejus emendationes textus Galeni adſcriptae ſunt editioni operum Galeni Aldinae, quae Jenae in bibl. univerſitatis adſervatur.

CP. HOFMANNUS, medicinae profeſſor Altorfinus, vir ſuo aevo longe celeberrimus, et eorum omnium, qui Galeno a reſtauratis literis operam dederunt, facile princeps, non ſolum plures libros Galeni, v. g. de ſanitate tuenda, de uſu partium et de methodo medendi, partim interpretatus eſt, partim vero commentariis, adnotationibus, cet. auxit; verum etiam conſilium cepit Galeni operum omnium, et quidem graece et latine edendorum. Ejus conſilii ipſe rationem reddit in commentariis in Galeni de uſu partium corporis humani libr. XVI, ubi in averſa parte ejus folii, cui titulus impreſſus eſt, haec verba leguntur. *Bonum factum.*

Viri integerrimi, typographorum eximii, iidemque non propria tantum, ſed et paterna, avita, abavita induſtria clari, D. D. Daniel et David Aubrii, fratres, nec non D. Schleich, et poſtquam jam bis dederunt Hippocratem graeco-latinum, opera et ſtudio D. Anutii Foeſii, non emendatiſſimum tantum, ſed et maxime perſpicuum, cogitationes inſtituerunt de Galeno quoque. Eam in rem cum diu quaeſiviſſent Foeſium aliquem, occaſione horum commentariorum inciderunt in Cp. Hofmannum, quem orarunt et exorarunt, ut boni publici cauſſa hunc laborem in ſe reciperet. Recepit ille quidem, nec hactenus pepercit ulli operae et ſumtui, ut Galenus fiat quam ornatiſſimus: verum cum cupiat opus eſſe (ſi pote) omnibus numeris abſolutiſſimum, voluit is publice hoc ſignificatum rogatumque omnes bonos et cordatos, per ſalutem et incolumitatem methodi Galenicae, ut, ſi quae habeant Galeni ſcripta, ſive nunquam edita, ſive edita ſeorſim, ſive cum, ſive ſine emendationibus, qua graecae, qua latinae orationis, ad ſe (vel ad typographos) mittant, certi, de hoc ipſorum facto publice olim conſtiturum. Si qui etiam ſint, in quorum manibus correctiones nondum editae Veſalii, Dodonaei, Cornarii, Lalamantii, Gregorii, Budaei, Riccii, Falckenburgii, aliorum, immo vero ſi qui emendationes habeant, ex collatione mſſ. in Germanicis, Italicis, Gallicis, Hiſpanicis, Anglicis bibliothecis reconditorum, eos pariter rogat et obſecrat, uti ſecum communicent, certi, unicuique ſua ſine livore tributum iri. Hoc ille ſpondet fide ſua. Actum Altorfii XVIII. Calend. April. MDCXXIII.

Diligentiſſime vero Hofmannus in ſuo opere verſatus eſt, et reliquit, poſtquam fato fuerat functus, Galeni opera omnia, ſuo labore emendata atque digeſta, cum verſione latina ſingulorum librorum, aut ab ipſo compoſita, aut, ubi bona verſio latina proſtaret, ea emendata et commentariis illuſtrata, in viginti ſex voluminibus in folio manu ſua ſcripta. Haec Galeni opera erant primo Norimbergae, in theſauro librario Jo.

Geo. Volcameri, qui Galenum ab Hofmanno, de hoc opere valde ſollicito, juſtae pecuniae ſumma redemit, e quo tranſierunt hereditatis jure in bibliothecam Chr. Thomasii. Quae cum ſub haſta divenderetur, transiere ea XXVI. immenſi et laboris et doctrinae volumina ad Cl. Aſkew, Anglum, quo fato functo incertum eſt, in cujus manus pervenerint. Pt. Laurembergius ait, ſe cum Cp. Hofmanno eam editionem praeparaſſe, in laur. Delphic. p. 34. 40. Conf. ceterum de hoc Hofmanni labore Cph. Mart. Meelfuhreri acceſſiones ad Almeloveenii bibliothecam promiſſam et latentem p. 139. ſeq. Wagenſeilii peram libror. juvenil. pa. IV. 2. p. 782. Morhof. in polyhiſt. lib. I. p. 306. Jo. Jac. Baier in vit. profeſſ. med. Altorf. p. 60 ſeq. — Dolendum ſane eſt, Hofmannum in Galeno elaborando idem fere effeciſſe, quod noſtro ſaeculo Trillerus in Hippocrate, eum nimis indulſiſſe ingenio ſuo, congeſſiſſe omnia, eoque modo opus quidem ſumme doctum, at mole ſua ipſa laborans compoſuiſſe. Si enim indolem commentariorum, quos in libros Galeni de uſu partium et de ſanitate tuenda compoſuit Hofmannus, reſpicimus, menteque noſtra cogitamus, commentarios in ſingulos Galeni libros, qui in his XXVI. voluminibus ſcriptis cum Galeni textu et verſione ejus continebantur, ejusdem fuiſſe indolis ac naturae, tunc ſane non adeo invehendum eſt in bibliopolarum prudentiam, quod in communi hoc literarum contemtu non auſi ſunt ſumtu in tantum opus impenſo rem familiarem ſuam disperdere. Sed e re literaria utique fuiſſet, praecipuas Hofmanni adnotationes a docto aliquo viro excerpi, et relatas ad paginas editionis vel Charterii, vel Baſileenſis cum locis Galeni hactenus male intellectis enotari, tum deſcriptis quoque medicis obſervationibus, quae in illo Hofmanni opere occurrunt ſingulares et non contemnendae, uno mediocri volumine tot tantorumque laborum fructus cum lectoribus communicari.

Latinam operum Galeni editionem Jo. Lalamantius molitus eſt, teſte praefatione libri: *Operum Ga-*

leni omnium latine propediem edendorum ſpecimen. Ex Jo. Lalamantii *recognitione et caſtigatione Graeci codicis locis innumerabilibus. Ejusd. Lalamantii de ptiſana ſui temporis libellus.* Genev. 1579. 8. Volebat ipſas graecas editiones primum corrigere, quo facto verſionem *latinam* librorum graecorum longe correctiorem et textui longe magis reſpondentem conficere. Specimen etiam edidit interpretationum ſuarum librorum Galeni de optima corporis noſtri conſtitutione, de pleniore habitu, de inaequali intemperie, quomodo ſimulantes morbum ſint deprehendendi et de ptiſana, in hoc ſpecimine editorum, ex quibus ſi judicium ferre de toto hoc inſtituto Galeni verſionum corrigendarum licet, verſiones latinae Galeni librorum utique correctiores fuiſſent editae. Sed ſexageſimum quartum annum jam agebat Lalamantius, quum hoc conſilium cepiſſet, a ſenili languore in hoc propoſito exſequendo impeditus. — Conſilium Galeni operum, prouti latine verſa deprehenduntur in editione Charterii, in 8. edendorum nuper communicavit cum erudito orbe Aug. Fr. Heckerus, medicinae (tunc temporis) profeſſor in ſtudio Erfordenſi. Sed non adriſiſſe videtur doctis viris id propoſitum, neque poteſt adridere, in tanta latinarum editionum operum Galeni, quarum partem haud exiguam curarunt viri doctiſſimi et in emendandis latinis verſionibus diligentiſſimi, copia. Neque Charterius is eſt reputandus, a quo latinae verſiones omnibus numeris abſolutae atque textui ad omnem partem reſpondentes proficiſci potuerint. (Simile conſilium cepit J. F. Pierer, qui in bibliotheca iatrica poſt Hippocratem, cujus III. volumina in forma 8. Altenburg. 1806. prodiere, edere conſtituerat Galenum. Sed promiſſo non ſtetit Vir Illuſtris. K.)

(Cujus libri Galeni ſequens verſio italica ſit, ignorat mecum Clar. Ebertus, utrum no. 125. an 132. aut 133. Ne tamen quid in hiſtoria operum Galeni literaria deſit, eam coronidis loco addere lubuit: Recetta-

rio de Galieno optimo e probato a tutte le infermità, che achadeno a homeni et a donne e di fuori li corpi. Tradutto in volgare per Juane Saracino. Venez. 1514. 4. Brefcia 1537. et 1545. 8. Ven. 1542. 1547. 1551. et 1619. in 8. et ibid. 1670. 12. quae poftrema editio omnium dicitur teterrima. K.)

(Sequentium codicum manufcriptorum notitiam gratus debeo Excellentiffimo et amiciffimo Spohnio. In coenobiis montis Atho varii et omnium operum Galeni, et fingulorum librorum codices fervantur manufcripti, v. c. in coenobio Batopaidi Galenus mftus et Hippocrates mftus (Vid. Walpole memoirs on Turkey. Lond. 1817. 4. p. 202.); in coenobio Iveron felecta Galeni et Ariftotelis, ibid. p. 209. in conventu Stae Laurae duo codices manufcripti, bene confervati, ibid. p. 211. denique in conventu Dionyfio Aphorifmi Hippocratis MS. ibid. — Praeter hos Harlesius (introduct. in lingu. graec. vol. I. praefat.) gratus agnofcit, Siebenkeesium hanc fibi notitiam mff. codicum fingulorum librorum Galeni et Hippocratis, Romae in bibliotheca Barberina latentium, fuppeditaffe, nempe no. 137. Galenus de diebus criticis; no. 205. Galen. in aphor. Hippocratis; no. 245. Galeni judicia de infirmo; no. 273. 274. Idem de offibus; no. 274. Idem de generatione pilorum; no. 136. 145. Hippocratis aphorifmi; 205. Ejusd. prognoft. — Denique in Gaisfordi catal. codd. Clarkianor. Vol. I. p. 62. adfertur cod. 26. qui no. X. continet *Γαληνοῦ περὶ σφυγμοῦ πρὸς Ἀντώνιον* f. 74b. usque ad f. 83a. extr. et no. XVI. *Γαληνοῦ περὶ ἐβένου* f. 95. K.)

HOC PRIMO VOLVMINE CONTINENTVR:

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΜΗΝΟΔΟΤΟΥ
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΠΙ ΤΑΣ ΤΕΧΝΑΣ.

Ed. Chart. to. II. [p. 3.] Ed. Baſ. to. I. (p. 1.)

Κεφ. α'. Εἰ μὲν μηδόλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἄδηλόν ἐστι. ἴσως γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν, ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τοῦ γε κατὰ τὴν ψυχὴν, ὃν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. Ὅτι μέντοι

GALENI PARAPHRASTAE
MENODOTI
ADHORTATIO AD ARTES ADDISCENDAS.

Cap. I. An animantia, quae dicuntur bruta, prorſus expertia ſint rationis, nondum ſatis liquet. Fortaſſis enim, tametſi non habent eam rationem, quae in voce ſita eſt, nobiscum communem, quam vocant *enuntiativam*, certe eam, quae eſt in anima, quam *mente conceptam* appellant, nobiscum habent communem omnia, licet alia magis, alia minus. Perſpicuum ſane eſt hominem hac

Ed. Chart. II. [3.] Ed. Baf. I. (1.)

πλεῖστον ὅσον αὐτῶν διενηνόχασιν οἱ ἄνθρωποι, πρόδηλον ἡμῖν ἐστιν, ὁρῶσι τό τε πλῆθος τῶν τεχνῶν, ὧν μεταχειρίζεται τὸ ζῶον τοῦτο, καὶ ὅτι μόνος ἄνθρωπος ἐπιστήμης ἐπιδεκτικὸς, ἣν ἂν ἐθελήσῃ, τέχνην μανθάνει. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα σχεδὸν ἄτεχνα πάντ' ἐστὶ πλὴν ὀλίγων δὴ τινῶν ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα φύσει μᾶλλον, ἢ προαιρέσει τεχνῶν εὐτύχηκεν. Ὁ δ' ἄνθρωπος οὔτέ τινος τῶν παρ' ἐκείνοις ἀμελέτητος· ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαντικὴν ἐμιμήσατο τὰς ἀράχνας, καὶ πλάττει, καθάπερ αἱ μέλισσαι, καὶ τοῦ νεῖν οὐκ ἀνάσκητός ἐστι, καίτοι πεζὸς ὤν· ἀλλὰ καὶ τῶν θείων τεχνῶν οὐκ ἀπολείπεται, ζηλῶν μὲν Ἀσκληπιοῦ τέχνην ἰατρικὴν, ζηλῶν δ' Ἀπόλλωνος αὐτήν γε ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ἃς ἔχει, τοξικὴν, μουσικὴν, μαντικήν· ἔτι τε τῶν Μουσῶν τὴν ἑκάστης ἰδίαν. Οὐδὲ γὰρ γεωμετρίας, οὐδ' ἀστρονομίας ἀφίσταται, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γῆς νέρθεν, καὶ τὰ ὕπερθε τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ Πίνδαρον, ἐπισκοπεῖ. ἐξεπορίσατο δὲ

parte longe caeteris animantibus antecellere, cum ex illo, quod cernimus, quanta ſit artium multitudo, quas hoc animal tractat: tum ex hoc, quod ſolus homo, ſcientiae capax, quamcunque velit, artem percipit. Caetera enim animalia fere omnia ſunt artium expertia, ſi pauca quaedam hinc excipias. Quin his etiam ipſis natura magis, quam inſtituto contigerunt artes. Caeterum nec apud illa quicquam eſt artium, quod homo non meditetur. Sed in arte texendi imitatus eſt araneas, in arte fingendi, quam plaſticen vocant, apes: nec imperitus eſt natandi, cum ſit animal terreſtre. Jam nec divinis artibus deſtituitur, imitans et Aeſculapii, quae eadem eſt Apollinis, medicam artem, ac caeteras item omnes, quas habet Apollo, jaculandi, canendi, divinandi; ad haec quam unaquaeque Muſarum habet peculiarem. Nec geometriae, nec aſtronomiae expers eſt. Verum et *ea, quae ſubter terram ſunt,* et *ea, quae ſupra coelum ſunt,* ut ait Pindarus, *contemplatur.* Deni-

ὑπὸ φιλοπονίας καὶ τὸ μέγιστον τῶν θείων ἀγαθῶν, φιλοσοφίαν. Διὰ ταῦτα τοίνυν, κἂν λόγου μέτεστι τοῖς ἄλλοις ζώοις, κατ᾽ ἐξοχὴν αὐτῶν καὶ ὁ ἄνθρωπος μόνος ὀνομάζεται λογικός.

Κεφ. β΄. [4] Πῶς οὖν οὐκ αἰσχρὸν, ᾧ μόνῳ τῶν ἐν ἡμῖν κοινωνοῦμεν θεοῖς, τούτου μὲν ἀμελεῖν, ἐσπευκέναι δὲ περί τι τῶν ἄλλων, τέχνης μὲν ἀναλήψεως καταφρονοῦντα, τύχῃ δ᾽ ἑαυτὸν ἐπιτρέποντα; ἧς τὴν μοχθηρίαν ἐμφανίσαι βουληθέντες οἱ παλαιοὶ, γράφοντες καὶ πλάττοντες αὐτὴν, οὐ μόνον ἐν εἴδει γυναικὸς ἠρκέσθησαν· (καίτοι τοῦθ᾽ ἱκανὸν ἦν ἀνοίας σύμβολον) ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χεροῖν ἔχειν αὐτῇ, καὶ τοῖν ποδοῖν ὑπέθεσαν βάσιν σφαιρικὴν, ἐστέρησαν δὲ καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν· ἐνδεικνύμενοι διὰ τούτων ἁπάντων τὸ τῆς τύχης ἄστατον. Ὥσπερ οὖν ἐν νηῒ χειμαζομένῃ σφοδρῶς, ὡς ἐπικλύζεσθαί τε τοῖς κύμασι, καὶ κινδυνεύειν βυθισθῆναι, μοχθηρῶς ἄν τις πράξειεν, ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον κἂν τῷ βίῳ, μειζόνων ναυαγίων περὶ πολλοὺς

que bonorum divinorum maximum ſua ſibi paravit induſtria, philoſophiam. Has igitur ob cauſas, quamquam caeteris animantibus non deeſt ratio, tamen ſolus homo vocatur ratione praeditus, quod omnibus antecellat.

Cap. II. Quomodo igitur non turpe eſt, id, quod unum nobis ineſt commune cum Diis, negligere, aliarum vero rerum ſtudio teneri, ac ſpreta artium perceptione, fortunae nos ipſos committere? Cujus improbitatem nobis ob oculos ponere volentes priſci, non ſat habuere, eam repraeſentare muliebri ſpecie (quamquam hoc ipſum ſatis magnum erat amentiae ſignum) et picturis et ſtatuis: verum et clavum ei dederunt in manibus, ac pedibus ſubjecerunt baſim figura ſphaerae: tum et oculis eam privarunt; nimirum his omnibus declarantes illius inconſtantiam. Quemadmodum igitur in navi vehementer jactata tempeſtate, adeo, ut periculum ſit, ne procellis ac fluctibus obruta demergatur in profundum, perperam fecerit, qui coeco gubernatori clavum commiſerit; itidem, opinor, in vita,

Ed. Chart. II. [4.] Ed. Baf. I. (1.)

οἴκους γιγνομένων, ἢ περὶ τὰ σκάφη κατὰ θάλατταν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντος ἐστὶν, ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν ἐν τοιαύταις περιστάσεσι πραγμάτων τυφλῇ δαίμονι, μήδ᾽ αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ. Ἔμπληκτός τε γάρ ἐστι καὶ ἄνους εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοὺς ἀξιολόγους ἄνδρας παρερχομένη, πλουτίζειν τοὺς ἀναξίους· οὐδὲ τούτους βεβαίως, ἀλλ᾽ ὅσον πάλιν αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι τὰ δοθέντα. Ταύτῃ τῇ δαίμονι πλῆθος ἀνδρῶν ἀμαθῶν οὐκ ὀλίγον ἕπεται, μηδέποτ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ μενούσῃ διὰ τὸ τῆς βάσεως εὐμετακύλιστον, ἥτις αὐτὴν ἄγει καὶ φέρει καὶ κατὰ κρημνῶν ἐνίοτε καὶ θαλάττης. Ἔνθα συναπόλλυνται μὲν ἀλλήλοις, ἑπόμενοι πάντες αὐτῇ· μόνη δ᾽ ἀβλαβὴς ἐκείνη διεξέρχεται, καταγελῶσα τῶν ὀλοφυρομένων καὶ καλούντων αὐτὴν, ὅτ᾽ οὐδὲν ὄφελος. Τὰ μὲν δὴ τῆς τύχης ἔργα τοιαῦτα.

Κεφ. γ'. Τὸν δ᾽ Ἑρμῆν, ἅτε λόγου μὲν ὄντα δεσπότην, ἐργάτην δὲ τέχνης ἁπάσης, θέασαι πάλιν, ὅπως ἐξ

cum hic in permultis aedibus (familiis) graviora fiant naufragia, quam fcaphis accidunt in mari, non recte judicarit, qui femet ipfum in tantis negotiis, undique circumftantibus ac vallantibus, coecae commiferit Deae, nec huic fatis ftabili. Adeo enim ftupida ac demens eft, ut plerumque bonis viris praeteritis, quorum oportebat haberi rationem, locupletet indignos, ac ne id quidem conftanter, fed tantisper, donec rurfus (pari, qua dederat, temeritate) eripiat donata. Hanc Deam fequitur turba non mediocris hominum ineruditorum, nunquam eodem in ftatu manentem, propter bafis, cui infiftit, volubilitatem, quae illam huc illuc agit rapitque perque praecipitia nonnumquam, et in mare. Ibi pariter intereunt omnes, illam fequentes: at ipfa fola evadit illaefa atque incolumis, ridens interim plorantes et ipfius opem fruftra implorantes. Atque hujusmodi funt Fortunae facta.

Cap. III. Porro Mercurium, tamquam rationis dominum omnisque artis auctorem, confidera rurfum, quam

ὑπεναντίου τῇ τύχῃ κεκοσμήκασι πάλιν οἵ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες. Νεανίσκος ἐστὶν ὡραῖος, οὐκ ἐπίκτητον, οὐδὲ κομμωτικὸν ἔχων κάλλος, ἀλλ' εὐθὺς ὥστε συνεμφαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ. ἔστι δὲ φαιδρὸς μὲν τὰς ὄψεις, δέδορκε δὲ δριμὺ, καὶ ἡ βάσις τὸ πάντων σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπτωτότατον ἔχει, τὸν κύβον. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τούτῳ τῷ σχήματι κοσμοῦσιν. Ἴδοις δ' ἂν τοὺς θιασώτας αὐτοῦ φαιδροὺς μὲν ὁμοίως τῷ καθηγουμένῳ θεῷ, μεμφομένους δ' οὐδέποτε αὐτὸν, ὥσπερ οἵ τὴν τύχην, οὐδ' ἀπολειπομένους πότ', οὐδὲ χωριζομένους· ἀλλ' ἑπομένους τε καὶ διὰ παντὸς ἀπολαύοντας τῆς προνοίας αὐτοῦ.

Κεφ. δ'. Τοὺς δέ γε τῆς τύχης συνεπομένους ἅπαντας μὲν ἀργοὺς θεάσῃ καὶ τεχνῶν ἀμαθεῖς· ὀχουμένους δ' ἐπ' ἐλπίδων ἀεὶ, καὶ θεούσῃ τῇ δαίμονι συνθέοντας· ἐνίους μὲν ἐγγὺς, ἐνίους δὲ [5]ποῤῥωτέρω, τινὰς δὲ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς ἐξημμένους. Ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τὸν Κροῖσον

diverſa, quamque pugnante cum Fortunae ſimulacro forma repraeſentarunt illi priſci, tum picturis, tum ſtatuis. Adoleſcens eſt maturus, nequaquam habens pulchritudinem adſcititiam, aut artificio comptorum additam, ſed nativam quamdam, ut ex ea reluceat animi virtus. Eſt autem hilari vultu, oculis acribus. Baſis autem, cui inſiſtit, eſt omnium figurarum firmiſſima, minimeque volubilis, videlicet undique quatuor angulis nitens teſſera. Interdum et ipſum Deum hac figura repraeſentant. Videas autem et hujus cultores ſimiliter hilares, quemadmodum eſt is, quem ſequuntur, nec unquam de illo querentes, quod ſolent ii, qui ſequuntur Fortunam. Nec deſtituuntur unquam, nec ſejunguntur ab eo, ſed perpetuo ſequuntur illum et illius providentia fruuntur.

Cap. IV. Contra, qui Fortunam ſequuntur, videre licet inertes ac diſciplinarum rudes, ſpe ſemper duci cumque currente Dea currere, alios quidem propius, alios vero procul: nonnullos vero etiam ab illius manu pendere. Inter hos omnes videbis et Croeſum illum

ἐκεῖνον τὸν Λυδὸν ὄψει, καὶ τὸν Πολυκράτην τὸν Σάμιον, καὶ ἴσως θαυμάσεις, τῷ μὲν τὸν Πακτωλὸν ἰδὼν ῥέοντα χρυσὸν, τῷ δὲ καὶ τοὺς θαλαττίους ὑπηρετοῦντας ἰχθῦς. Μετὰ τούτων δὲ καὶ Κῦρον θεάσῃ, καὶ Πρίαμον καὶ Διονύσιον. Ἀλλὰ καὶ τούτων ὀλίγον ὕστερον ὄψει Πολυκράτην μὲν ἀνεσταυρωμένον, ὑπὸ Κύρῳ δὲ Κροῖσον, αὐτὸν δὲ τὸν Κῦρον ὑπ᾽ ἄλλοις. Ὄψει δὲ καὶ Πρίαμον καθειργμένον καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ. Εἰ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκέψαιο τοὺς ἀπωτέρω μὲν αὐτὴν θέουσαν διώκοντας, οὐ μὴν τυχόντας γε, μισήσεις ὅλως τὸν χορόν. εἰσὶ γὰρ ἐνταῦθα καὶ δημαγωγοὶ πολλοὶ, καὶ ἑταῖραι καὶ πόρνοι καὶ προδόται φίλων· εἰσὶ δὲ καὶ φονεῖς καὶ τυμβωρύχοι, καὶ ἅρπαγες· πολλοὶ δὲ μηδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν πεφεισμένοι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἱερὰ συλήσαντες.

Κεφ. ε'. Ὁ δὲ ἕτερος τῶν χορῶν, πάντες μὲν κόσμιοι καὶ τεχνῶν ἐργάται. οὐ θέουσι δὲ, οὐδὲ βοῶσιν, οὐδ᾽ ἀλ-

Lydum et Polycratem Samium, ac fortaffis miraberis alteri quidem Pactolum fluentem (ferentem) aurum, alteri vero marinos etiam pifces fervientes. Cum his rurfum et Cyrum videbis et Priamum et Dionyfium. Verum paulo poft ex his ipfis haud eodem in ftatu confpicies Polycratem cruci affixum, tum Cyro fubactum Croefum: rurfus Cyrum aliorum imperio fubjectum: videbis et Priamum inclufum et Dionyfium Corinthi. Quodfi contempleris reliquos, qui procul infequuntur eam currentem, nec tamen affequuntur, nimirum prorfus oderis eum chorum. Sunt enim hic demagogi permulti, meretrices et fcortatores et amicorum proditores: funt et homicidae, et monumentorum perfoffores ac rapaces. Complures item, qui ne Diis quidem pepercerint, verum et horum templa fpoliaverint.

Cap. V. Alter autem chororum *eft hujusmodi: in hoc* omnes modefti et artium opifices, neque currunt, neque vociferantur, neque inter fe decertant: fed inter

λήλοις μάχονται· ἀλλ᾽ ἐν μέσοις μὲν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἀμφ᾽ αὐτὸν δὲ ἅπαντες ἐν τάξει κεκόσμηνται, χώραν ἕκαστος, ἣν ἐκεῖνος ἔδωκεν, οὐκ ἀπολιπόντες. Οἱ μὲν ἔγγιστα τῷ θεῷ, καὶ περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ κεκοσμημένοι, γεωμέτραι καὶ ἀριθμητικοὶ καὶ φιλόσοφοί τε καὶ ἰατροὶ καὶ ἀστρονόμοι καὶ γραμματικοί. Τούτων δ᾽ ἐφεξῆς ὁ δεύτερος, ζωγράφοι, πλάσται, γραμματισταὶ, τέκτονές τε καὶ ἀρχιτέκτονες, καὶ λιθογλύφοι, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς δὲ ἡ τρίτη τάξις, αἱ λοιπαὶ τέχναι πᾶσαι, κατὰ μέρη μὲν οὕτω κεκόσμηται· πάντες δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι, κοινῷ τῷ παρ᾽ αὐτοῦ προστάγματι πειθόμενοι. Θεάσῃ δὲ κἀνταῦθα πολλοὺς μετ᾽ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, τετάρτην δέ τινα τάξιν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔκκριτον, οὐχ οἷοί τινες ἦσαν οἱ μετὰ τῆς τύχης. οὐ γὰρ ἀξιώμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ (2) τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς οὗτος εἴθισται κρίνειν· ἀλλὰ τοὺς καλῶς μὲν βιοῦντας, ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν τέχναις πρωτεύοντας, ἑπομένους δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ καὶ νομίμως τὰς τέχνας ἐργαζομένους τιμᾷ τε καὶ πρὸ τῶν ἄλλων

illos medius eſt Deus, et circum hunc ſuo quisque loco diſpoſitus, nec ordinem, quem cuique dedit Deus, deſerunt. Alii quidem Deo proximi ſunt, et hunc ordine compoſito cingentes, videlicet geometrae, arithmetici, philoſophi, medici, aſtronomi et grammatici. Hos ſequitur alter chorus, pictores, plaſtae, grammatiſtae, fabri et architecti, lapicidae. Poſt hos ſequitur ordo tertius, reliquas artes omnes continens, ſic in ordinem digeſtis ſingulis, ut omnes tamen ad Deum vertant oculos communibus illius mandatis obtemperantes. Conſpicies autem et hic multos cum ipſo Deo, quartum quendam ordinem e caeteris ſelectum *efficientes*, non quales erant illi, qui Fortunam comitabantur. Non enim ex dignitatibus civilibus, neque ex generis claritate, neque ex divitiis conſuevit Deus hic praeſtantiſſimos judicare, ſed qui cum virtute vitam agunt, quique in ſuis artibus excellunt, ipſiusque obſequuntur praeceptis ac legitime ſuas artes exercent: hos et magni facit et cae-

ἄγει, περὶ αὐτὸν ἔχων ἀεί. Τοῦτον, οἶμαι, τὸν χορὸν νοήσας, ὁποῖός ἐστιν, οὐ μόνον ζηλώσεις, ἀλλὰ καὶ προσκυνήσεις. Σωκράτης ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ Ὅμηρος, καὶ Ἱπποκράτης καὶ Πλάτων, καὶ οἱ τούτων ἐρασταὶ, οὓς ἴσα καὶ τοῖς θεοῖς σέβομεν, οἷον ὕπαρχοί τινες καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ. Τῶν δ᾽ ἄλλων ἁπάντων οὐκ ἔστιν ὅστις ἠμελήθη ποτὲ πρὸς αὐτοῦ. οὐ μόνον γὰρ τῶν παρόντων πεφρόντικεν, ἀλλὰ καὶ πλέουσι σύμπλους ἐστὶ καὶ ναυαγούντων οὐκ ἀπολείπεται. Ἀρίστιππος γοῦν ἐπειδή ποτε πλέων, τοῦ σκάφους ἀπολομένου, ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠϊόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάῤῥησε θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν· ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. Ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος,

[6] Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ᾽ ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;

προσιόντας τέ τινας ἔσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντας ὅστις εἴη,

teris anteponit, eos femper fibi habens conjunctiffimos, Hunc, ni fallor, chorum fi cognoveris, qualis fit, non modo admiraberis, verum etiam adorabis. In hoc et Socrates et Homerus et Hippocrates et Plato et horum ftudiofi, quos pari cum Diis honore dignamur, tamquam legati ac miniftri quidam Dei. Caeterorum autem omnium nemo eft, qui ab eo unquam eft neglectus. Non folum enim praefentium curam habet, verum etiam et navigantibus adeft, nec in naufragio deftituit. Ariftippus faltem, cum aliquando navigans, fracta fcapha, in littus Syracufanum ejectus effet, primum quidem bono animo effe coepit, cum in arena vidiffet defcriptas lineas geometricas: reputabat enim fefe ad Graecos ac fapientes viros, non ad barbaros veniffe. Poft cum veniffet in Syracufiorum gymnafium, et hosce verfus pronuntiaffet:

Quis Oedipum in diem vagantem et exulem
Bonis recipiet hoc die rariffimis?

et habuit, qui ipfum convenirent et agnito protinus omnia,

καὶ πάντων, ὧν ἐδεῖτο, μεταδιδόντας εὐθέως. Ὡς δ' εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο, μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει, κελεύειν αὐτοῖς ἔφη ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει.

Κεφ. ϛ'. Πολλοὶ δὲ τῶν κακοδαιμόνων καὶ πάντα πρὸς τὸν πλοῦτον ἀποβλεπόντων, ἐν τοιαύταις πραγμάτων περιστάσεσι γενόμενοι, χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἐξαψάμενοί τε καὶ περιθέμενοι τῷ σώματι, προσαπώλεσαν αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχὴν, οὐδὲ τοῦτο δυνάμενοι συνιδεῖν, ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων αὐτοὶ πρῶτοι τὰ ταῖς τέχναις κεκοσμημένα μᾶλλον ἀσπάζονται. Καὶ γὰρ τοὺς πολεμικοὺς ἵππους καὶ τοὺς θηρατικοὺς κύνας πρὸ τῶν ἄλλων τιμῶσι, καὶ τοὺς μὲν οἰκέτας ἐκδιδάσκονται τέχνας, πάμπολυ πολλάκις εἰς αὐτοὺς ἀργύριον ἀναλίσκοντες· ἑαυτῶν δ' ἀμελοῦσι. Καίτοι οὐκ αἰσχρὸν τὸν οἰκέτην μὲν ἐνίοτε δραχμῶν εἶναι μυρίων ἄξιον, αὐτὸν δὲ τὸν δεσπότην αὐτοῦ μηδὲ μιᾶς; καὶ τί λέγω μιᾶς; οὐδ' ἂν

quibus opus erat, impertirent. Deinde cum eſſent, qui Cyrenen, illius patriam, navigaturi percunctarentur, *numquid ſuis renuntiari vellet: Jubete,* inquit, *illos has ſibi parare poſſeſſiones, quae, navi fracta, ſimul enatant cum poſſeſſore.*

Cap. VI. At multi miſeri omnia ad divitias referentes, quum in talia tempora inciderint, aurum vel argentum arripientes, illoque corpus circumdantes, ſuam ſibi animam perdiderunt: ne id quidem apud ſe reputantes, quod ipſi ex brutis animantibus ea potiſſimum amplectuntur, quae ſunt artibus ornata. Siquidem equos ad bellum edoctos, et canes venandi peritos caeteris anteponunt, quin et ſervos curant artibus inſtituendos, et frequenter in eos plurimam impendunt pecuniam: ſe vero ipſos negligunt. Quid? annon turpe videtur, famulum nonnumquam aeſtimari drachmarum decem millibus, ipſum autem dominum ne unius quidem haberi? Quid autem dixi unius?

Ed. Chart. II. [6.] Ed. Baf. I. (2.)

προῖκά τις τὸν τοιοῦτον λάβοι. Μή ποτε αὑτοὺς μόνους ἠτιμήκασιν ἐκ πάντων μηδεμίαν ἐκμαθόντες τέχνην; Ὅταν γὰρ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐν τεχνικοῖς ἐπιτηδεύμασι παιδεύωσι, καὶ οἰκέτην ἀργὸν καὶ ἄτεχνον οὐδενὸς ἄξιον εἶναι νομίζωσιν· ἐπιμελῶνται δὲ καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων, ὅπως ἕκαστον εἰς δύναμιν ὅτι βέλτιστον ᾖ· μόνων δ᾽ ἑαυτῶν ἀμελῶσι, μηδ᾽ εἰ ψυχὴν ἔχουσι γιγνώσκοντες, εὔδηλον, ὅτι τοῖς ἀποβλήτοις τῶν οἰκετῶν ἐοίκασιν. ὥστε τὶς ἐπιστὰς ἀνδρὶ τοιούτῳ προσηκόντως ἂν εἴποι πρὸς αὐτόν· ὦ ἄνθρωπε, οἰκία μέν σοὶ εὖ ἔχει, καὶ τὰ ἀνδράποδα πάντα, καὶ ἵπποι δὴ καὶ κύνες, καὶ χωρία, καὶ ὅσα κέκτησαι διάκειται καλῶς· αὐτὸν δὲ σὲ οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει. Καλῶς οὖν καὶ ὁ Δημοσθένης, καὶ ὁ Διογένης, ὁ μὲν, χρυσᾶ πρόβατα καλῶν τοὺς πλουσίους καὶ ἀπαιδεύτους· ὁ δὲ, ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς ἀπεικάζων αὐτούς. ἐκείνων τε γὰρ τὸν καρπὸν οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ κόρακας ἢ κολοιοὺς ἐσθίειν, τούτων τε τὰ χρήματα μηδὲν μὲν ὄφελος

nemo talem vel gratis acceperit in famulitium. Annon tandem fe folos viliffimos omnium reddiderunt, qui foli nullam artem didicerint? Etenim quum bruta quoque artium exercitationibus erudiant, et fervum ignavum nulliusque peritum artis nullo pretio dignum judicent: curent autem et agros et reliquas poffeffiones, ut quaeque, quantum fieri poteft, fit quam optima, feipfos folos negligant, ne hoc quidem intelligentes, animam habeant, nec ne: perfpicuum eft, eos fimiles effe famulis contemtiffimis, ut jam aliquis tali homini adftans merito verbis hujuscemodi illum alloquatur: O homo, familia quidem tua tibi recte habet, mancipia omnia, et equi et canes et agri et quidquid poffides bene compofitum eft: at ipfe tu parum curatus es. Praeclare igitur Demofthenes et Diogenes, quorum alter divites indoctos appellavit *oves onuftas aureo vellere:* alter dixit eos fimiles ficis arboribus, in praeruptis locis ftantibus. Nam harum fructibus non homines, fed corvos et graculos vesci: fic horum pecunias nulli effe ufui viris probis, verum ab

εἶναι τοῖς ἀστείοις, δαπανᾶσθαι δ' ὑπὸ τῶν κολάκων, οἵτινες, ἐὰν οὕτως τύχῃ, πάντων αὐτοῖς ἀναλωθέντων, ἀπαντῶντες παρέρχονται, μὴ γνωρίζειν προσποιούμενοι. Ὅθεν οὐδ' ὁ ταῖς κρήναις τοὺς τοιούτους εἰκάσας ἄμουσός τις ἦν. καὶ γάρ τοι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κρηνῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὰν μηκέτ' ἔχωσιν ὕδωρ, ἀνασυράμενοι προσουροῦσι. καὶ ἔστιν εὔλογον, τοὺς διὰ μηδὲν ἀλλ' ἢ τὰ χρήματα περιβλέπτους, ἅμα τῷ στερηθῆναι τούτων, εὐθὺς καὶ τῶν ἄλλων, ἃ διὰ ταῦτ' εἶχον, ἐστερῆσθαι. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιεν, ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀγαθὸν κεκτημένοι, ἀεὶ δ' ἐπ' ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς παρὰ τῆς τύχης ἐπαιρόμενοι;

Κεφ. ζ'. [7] Τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι καὶ οἱ τὴν εὐγένειαν προβαλλόμενοι καὶ φρονοῦντές ἐπ' αὐτῇ μέγα. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι σπάνισι τῶν ἰδίων ἀγαθῶν ἐπὶ τὸ γένος ἥκουσιν· οὐδὲ τοσοῦτον γιγνώσκοντες, ὅτι ἄρα ἡ εὐγένεια αὕτη, ἐφ' ᾗ σεμνύνονται, τοῖς κατὰ πόλιν νομίσμασιν

assentatoribus consumi, qui quidem, si sic acciderit, ut nihil sit reliquum, forte obvios factos praetereunt, perinde quasi ne nossent quidem. Unde quidam non inelegans dixit istos similes fontibus. Etenim qui prius e fontibus aquari solent, simulatque fontes aquam non amplius habeant, sublatis vestibus iisdem admingere solent. Et sane videtur aequum, qui nulla re suspiciendi sunt, nisi ob divitias, simulatque his spoliati fuerint, pariter et illis spoliari, quae ob divitias habeant. Quid enim isti facerent, qui nullum proprium possident bonum, sed perpetuo pendent ab alienis et a rebus fortuitis?

Cap. VII. Tales autem et ii sunt, qui generis nobilitatem venditant et hinc sibi placentes tollunt cristam. Nam et isti, quoniam propriis bonis carent, ad majorum imagines confugiunt: non saltem hoc intelligentes, quod ista generis nobilitas, qua gloriantur, similis est singularum urbium numismatibus, quae

Ed. Chart. II. [7.] Ed. Baf. I. (2.)
ἔοικεν, ἃ παρὰ τοῖς θεμένοις ἰσχύοντα, παρ᾽ ἄλλοις ἐστὶ κίβδηλα.

Οὐδ᾽ εὐγένειά σ᾽ ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Κακὸν τὸ μὴ ᾽χειν, τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

καλὸς οὖν, ἥ φησιν ὁ Πλάτων, θησαυρὸς αἱ τῶν πατέρων ἀρεταὶ, κάλλιον δ᾽ ἀντιθεῖναι δύνασθαι τὸν τοῦ Σθενέλου λόγον·

Ἡμεῖς τῶν πατέρων μέγ᾽ ἀμείνονες εὐχόμεθ᾽ εἶναι.

Ταύτην γὰρ μόνην ἔχοιμεν ἂν, εἰ δή τις ἐστὶν εὐγενείας χρεία, πρὸς οἰκεῖον παράδειγμα τὸν ζῆλον ἡμῖν γίγνεσθαι· ὡς εἴγε καταπολὺ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ἀπολειπόμεθα, λύπη μὲν ἂν εἴη κἀκείνοις, εἴ τις αὐτοῖς ἐστιν αἴσθησις· αἰσχύνη δ᾽ ἡμῖν αὐτοῖς τοσῷδε μείζων, ὅσῳ καὶ τὸ γένος περιφανέστατον. Οἱ μὲν γὰρ ἀμαθεῖς, παντάπασιν ἄσημοι τῷ γένει, τοῦτο γοῦν αὐτοὶ κερδαίνουσι, τὸ μὴ γινώσκεσθαι τοῖς πολλοῖς, ὁποῖοί τινές εἰσιν. Ὅσοις δὲ τὸ λαμπρὸν καὶ διάσημον τοῦ γένους οὐδὲ τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν δίδωσι, τί

apud eos quidem valent, qui inftituerunt, apud alios vero adulterina habentur.

Annon te in altum generis evexit decus?
Malum eft egere: non alebat me genus.

Praeclarus igitur, ut ait Plato, *thefaurus eft parentum virtutes:* fed praeclarius eft huic opponere poffe Stheneli dictum:

Atqui nos patribus longe praeftamus avisque.

Nam fi qua omnino eft nobilitatis utilitas, ea fola eft, quod, propofito exemplo domeftico, hinc accenditur ftudium imitandi. Proinde fi degeneremus a majorum virtute, merito discrucientur illi, fi quis modo fenfus infit defunctis: nobis autem tanto plus eft dedecoris, quanto genus eft illuftrius. Si quidem imperiti, qui genere funt prorfus obfcuro, hoc lucrifaciunt, quod plerique nefciunt, quales fint. Caeterum quos decus et claritudo generis non finit latere, quid fructus ferunt

ἄλλο ἢ περιφανέστερον οὗτοι δυστυχοῦσι; καὶ μέν γε καὶ καταγινώσκονται μᾶλλον οἱ ἀνάξιοι τοῦ γένους. ὥστ᾽ εἰ καί τις ἠλίθιος ὢν ὑπομιμνήσκοι τὸ λαμπρὸν τοῦ γένους, ἀσυγγνωστότερον ἑαυτῷ τὸ κακὸν ἀποφαίνει. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐξετάζομέν τε καὶ βασανίζομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ἀνθρώπους τοῖς ἐκ γένους λαμπροῦ· ἀλλὰ τοὺς μὲν, κἂν μέτριοί τινες ὦσιν, ἀποδεχόμεθα, τῇ δυσγενείᾳ τῆς ἐνδείας τὴν αἰτίαν ἀναφέροντες· τοὺς δὲ, εἰ μηδὲν τῶν προγόνων ἄξιον ἔχοιεν, οὐδέπω θαυμάζομεν, ἂν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πολὺ διαφέρωσιν. ὥστ᾽ εἴ τις εὖ φρονεῖ, τέχνης ἀσκήσει προσίτω, δι᾽ ἣν, κἂν εὐγενὴς ᾖ, τοῦ γένους οὐκ ἀνάξιος φανεῖται· κἂν μὴ τοιοῦτος ὑπάρχῃ, τὸ γένος αὐτὸς ἐπικοσμήσει, μιμησάμενος τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Θεμιστοκλέα, ὃς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ γένει, Ἀλλ᾽ ἐγὼ τοῖς ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ, ἔφη, τοῦ γένους ἄρξω, καὶ τὸ ἐμὸν ἀπ᾽ ἐμοῦ γένος ἄρξεται· τὸ δὲ σὸν εἰς σὲ τελευτήσει. Ὁρᾷς, ὡς οὐδὲν κωλύει τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν καὶ θαυμά-

ex nobilitate, niſi ut illorum infelicitas ſit illuſtrior? Et ſane qui generi ſuo non reſpondent, majore reprehenſione digni ſunt, quam obſcuro loco nati. Itaque fit, ut, ſi vecors praedicet claritatem generis, declaret, ſuum ipſius vitium minus venia dignum eſſe. Neque enim eadem trutina aeſtimamus aut exploramus plebejos homines, qua claro genere natos. Sed illos, ſi vel mediocri virtute praediti ſint, probamus et amplectimur, quod deeſt eorum virtuti, generis obſcuritati attribuentes. Rurſus hos, qui nihil habent dignum imaginibus majorum, etiamſi caeteris omnibus antecellant, nondum tamen ſuſpicimus. Proinde, ſi quis ſapit, ad exercendam artem ſeſe conferat, per quam, ſi nobilis fuerit, videbitur genere non indignus: ſin minus, ipſe genus ornabit ſuum: veterem illum Themiſtoclem imitatus, cui quum probro objiceretur, quod nothus eſſet, *At ego*, inquit, *poſteris meis auctor ero generis; ac meum quidem genus a me incipiet, tuum vero in te deſinet.* Vides, non obſtitiſſe Anacharſidi Scythae, quominus eſſet in admiratione et inter

ζεσθαί τε καὶ σοφὸν ὀνομάζεσθαι, καίτοι βάρβαρος ἦν τὸ γένος. οὗτός ποτε πρός τινος ὀνειδιζόμενος, ὅτι βάρβαρος εἴη καὶ Σκύθης, Ἐμοὶ μὲν ἡ πατρὶς ὄνειδος, σὺ δὲ τῇ πατρίδι· πάνυ καλῶς ἐπιπλήξας τῷ μηδενὸς ἀξίῳ λόγου, μόνον δ' ἐπὶ τῇ πατρίδι σεμνυνομένῳ. Εἰ γὰρ ἐπιστήσαις τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, οὐ διὰ τὰς πόλεις εὕροις ἂν ἐν δόξῃ τοὺς πολίτας γιγνομένους· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοὐναντίον, διὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν μνημονευομένας. Τίς γὰρ ἦν Σταγείρων λόγος, εἰ μὴ δι' Ἀριστοτέλην; τίς δ' ἂν Σόλων, εἰ μὴ δι' Ἄρατόν τε καὶ Χρύσιππον; ὅπου καὶ τῶν Ἀθηνῶν αὐτῶν μέχρι πόῤῥω τοὔνομα πεφοίτηκεν, οὐ διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετὴν, λεπτόγεως γὰρ, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας, οἳ πλεῖστοί τε καὶ ἄριστοι γενόμενοι, μετέδοσάν τι καὶ τῇ πα(3)τρίδι τοῦ σφετέρου κλέους. Μάθοις δ' ἂν ἐναργέστατα τὸ τοιοῦτον ἀληθὲς ὂν, εἰ τὸν Ὑπέρβολον ἢ [8] τὸν Κλέωνα λογίσαιο τοσοῦτον ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν κερ-

ſapientes numeretur, tametſi genere barbarus eſſet. Huic quum quidam exprobraret, quod genere barbarus eſſet ac Scytha, *Mihi quidem*, inquit, *patria dedecori eſt, tu vero patriae:* egregie admodum increpans hominem nihili, nec alia re, quam patriae nomine gloriantem. Quod ſi fixius et attentius contempleris res hominum, comperies, non homines factos illuſtres ex civitatibus, ſed contra per viros bonos et artibus praeſtantes horum patrias fuiſſe nobilitatas. Etenim quod nomen, aut quam dignitatem habuiſſent Stagira, niſi per Ariſtotelem contigiſſet? Rurſus quae Solorum fuiſſet dignitas, niſi per Aratum et Chryſippum? quin et Athenarum nomen unde tam procul dimanavit? non ob terrae foecunditatem: habuit enim agros parum feraces: ſed per eos potius, qui illic nati ſunt, quorum plerique, dum in viros optimos evaſerunt, nonnullam ſuae gloriae portionem impertierunt et patriae. Hoc autem eſſe veriſſimum evidentiſſime perſpicies, ſi tecum reputes Hyperbolum et Cleonem, quibus ad nihil aliud profuit Athenarum

δήσαντας, ὅσον ἄν τις εἰς περιφάνειαν κακῶν ἐπικτήσαιτο.

Ἦν ὅτε σύας βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον,

ὁ Πίνδαρος φησί· καὶ πάλιν ὁ αὐτός·

Εἰ ἐκφεύγομεν βοιωτίαν
Σῦν.

ἀξιῶν, ὅλου σχεδὸν ἔθνους τὸν ἐπ᾽ ἀμαθίᾳ ψόγον ἀπολύεσθαι διὰ τὴν ἑαυτοῦ μουσικήν.

Κεφ. η'. Ἐπαινέση δ᾽ ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι. τέχνης ἁπάσης κατ᾽ ἐκεῖνον μάλιστα τὸν χρόνον ἀσκουμένης, ἡνίχ᾽ ὡραιότατα φαίνηται τὰ σώματα, πολλοῖς συνέβη περιβλέπτοις διὰ κάλλος γεγενημένοις ἀμελῆσαι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, εἶθ᾽ ὕστερον, ὅτ᾽ οὐδὲν ὄφελος, λέγειν·

Εἴθ᾽ ὤφελεν τὸ κάλλος, ὅ με διώλεσε,
Κακῶς ὀλέσθαι.

nobilitas, nisi ut illorum maleficia nobilitata magis essent atque testata.

Quondam Boeotios vocabant sues,

inquit Pindarus. Et idem rursus:

An effugimus Boeotiam
Suem?

volens totius fere gentis de imperitia probrum aboleri per suam poëticam.

Cap. VIII. Jam vero et legislatorem Athenienſem fortasse laudarit aliquis, qui vetuit parentem alimoniae jus a filio petere, quem nullam artem docuisset. Cum id potissimum temporis omnis ars exerceatur, quum corpora maxime vigent, multis usu venire solet, ut ob corporis formam conspicui animum negligant, deinde sero frustraque deplorent, dicentes:

Utinam forma, quae me perdidit,
Pereat male!

Τηνικαῦτα δ' αὐτοὺς καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος εἰσέρχεται, σκοπεῖσθαι κελεύοντος ἐν τοῖς μάλιστα τὸ τέλος τοῦ βίου. εἶτα καὶ τῷ γήρᾳ λοιδοροῦνται, δέον ἑαυτοῖς· καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσι λέγοντα·

οὐ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς
Περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσῳ λαβεῖν.

Ἄμεινον οὖν ἐστὶν ἐγνωκότας τὴν μὲν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιόν τε τὴν τέρψιν ἔχουσαν, ἐπαινεῖν τε τὴν Λεσβίαν λέγουσαν·

Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσον ἰδεῖν πέλεται·
Ὁ δὲ κἄγαθος αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται.

πείθεσθαι δὲ καὶ Σόλωνι τὴν αὐτὴν γνώμην ἐνδεικνυμένῳ· τὸ δὲ γῆρας καθάπερ χαλεπὸν ἐφεδρεύοντα χειμῶνα, δεόμενον οὐχ ὑποδημάτων μόνον καὶ ἐσθῆτος, ἀλλὰ καὶ οἰκήσεως ἐπιτηδείας καὶ μυρίων ἄλλων, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτὸ, καθάπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐκ πολλοῦ πρὸς χειμῶνα. Μοχθηρὸν γὰρ τὸ

ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Tum illis et illud Solonis in mentem venit, qui jubet inprimis *fpectari vitae finem.* Deinde et fenectutem incufant, cum fe ipfos debuiffent incufare: Euripidemque laudant dicentem:

non enim tutum eft,
Pulchritudinem fupra quam mediocrem paraffe.

Praeftat igitur intelligere, adolefcentium formam vernis floribus fimilem effe, ut quae voluptatem habeat temporariam, fimulque laudare Lesbiae dictum:

Nam qui formofus eft, tantisper eft, dum cernitur:
At quisquis bonus eft, protinus et formofus erit.

Parendum autem et Soloni, eandem fententiam proferenti: Adverfus fenectutem, quae tanquam procella vehemens irruit, quaeque non calceamentis folum et veftitu, verum et domicilio commodo aliisque innumeris rebus eget, adverfus hanc igitur nos probi gubernatoris exemplo multo ante velut in venturam tempeftatem oportere praeparatos effe. Miferum enim illud eft:

Vecors intelligit acta.

Πρὸς τί γὰρ ἂν καὶ φαίη τις εἶναι χρήσιμον ἀνάσκητον νέου κάλλος; ἆρά γ' εἰς πόλεμον; καὶ μὴν οὐκ ἀστόχως τις ἐπιφωνήσειε τοῖς τοιούτοις·

Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.
Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.

καὶ γὰρ ὁ Νιρεὺς

κάλλιστος μὲν ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην.

καὶ διὰ τοῦθ' ἅπαξ αὐτοῦ μόνον ἐμνημόνευσεν Ὅμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ, πρὸς ἐπίδειξιν, ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς τῶν καλλίστων ἀνδρῶν ἀχρηστίας, ὅταν αὐτοῖς ὑπάρχῃ μηδὲν ἄλλο τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων. Οὐδὲ μὴν εἰς πόρον χρημάτων, εἴ τινες τῶν κακοδαιμόνων λέγειν τολμῶσι, τὸ κάλλος ἐστὶ χρήσιμον. Ὁ μὲν γὰρ ἐλευθέριός τε καὶ ἔνδοξος καὶ βέβαιος χρηματισμὸς ἀπὸ τέχνης γίγνεσθαι πέφυκεν· ὁ δ' ἀπὸ σώματος καὶ κάλλους αἰσχρός ἐστι, καὶ διὰ παντὸς ἐπονείδιστος. Χρὴ τοίνυν τὸν νέον, πειθόμενον τῷ παλαιῷ

Ad quid enim dixeris utilem esse formam adolescentis nulla excultam arte? Num ad bellum? Atqui non abs re quis illud Homericum in tales jaculetur:

Quin tu conjugii tractas mulcentia facta!
Ito domum et tracta tibi convenientia facta!

Siquidem Nireus

Venerat ad Trojam cunctis formosior unus,
Verum mollis erat.

Eoque non nisi semel hujus meminit Homerus in recensendis navibus, haud quidem ob aliud, mea sententia, nisi ut declararet, quam sint inutiles viri forma praestantissimi, quoties illis praeter formam nihil adest, quod ad usum vitae conducat. Neque vero ad parandas opes, quod improbi quidam et perditi homines dicere non verentur, utilis est forma: cum liberalis honestus firmusque pecuniarum census ex arte parari soleat: reditus vero ex corporis forma turpis semper et infamis sit. Oportet igitur adolescentem juxta vetus praeceptum

παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεα[9]σάμενον, εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκῆσαι, τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχὴν, ἄτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν· εἰ δ᾽ αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς, ἵν᾽ ἔχῃ λέγειν τὸ Ὁμηρικόν·

Ἄλλος μὲν γάρ τ᾽ εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ·
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει· οἱ δέ τ᾽ ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὃ δ᾽ ἀσφαλέως ἀγορεύει·
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν·
Ἐρχόμενον δ᾽ ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὥς, εἰσορόωσιν.

Ἐξ ἁπάντων τοίνυν τῶν εἰρημένων τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις ἐναργῶς φαίνεται, μήτ᾽ ἐπὶ γένους λαμπρότητι, μήτ᾽ ἐπὶ πλούτῳ τε καὶ κάλλει θαῤῥήσαντα καταφρονῆσαι τέχνης ἀσκήσεως. αὐτάρκη μὲν οὖν καὶ ταῦτα. Κάλλιον δ᾽ ἴσως προσθεῖναι καὶ τὸ τοῦ Διογένους, οἷον ἀγαθόν τινα ἐπῳδόν. Ὃς ἑστιώμενος παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων

ſuam ipſius formam ad ſpeculum contemplari, qui ſi ſe conſpexerit facie pulchra, advigilandum eſt, ut talis ſit et animus, exiſtimetque vehementer abſurdum in formoſo corpore animum habitare deformem; rurſus ſi ſe viderit forma corporis infelici, tanto majori ſtudio animum excolet, ut dicere poſſit illud Homericum:

Eſt alius, cui forma parum ſit corpore felix,
Sed comptis formam verbis Deus ornat, et illi
Defixis oculis vultum hujus cernere gaudent.
Ille ſine offenſa loquitur, placido ora rubore
Suffuſus, reliquosque foro toto eminet inter,
Utque Deum adſpiciunt, incedit quando per urbem.

Ex his igitur perſpicuum eſt, iis, qui non prorſus mente carent, non eſſe negligenda artium ſtudia, nec in divitiis aut formae venuſtate aut denique ſplendore generis ſpem eſſe ponendam rerum noſtrarum. Atque haec quidem ſufficiebant. Attamen melius, opinor, fuerit ceu pulchrum epodon accinere Diogenis illud. Is cum apud

ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος, ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος· Οὐδὲν, ἔφησεν, ὁρᾶν, οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον. τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι, τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας, ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρὰ, καὶ τὴν στρωμνὴν καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι· μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον· εἰθίσθαι δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπων ἀποπτύειν. Μὴ τοίνυν ἐάσῃς, ὦ μειράκιον, ἄξιον τοῦ προσπτύεσθαι γενέσθαι σεαυτὸν, μήδ' ἂν ἅπαντά σοι τἄλλα κάλλιστα διακεῖσθαι δοκῇ. σπάνιον μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ τυχεῖν αὐτῶν ὁμοῦ πάντων, ὡς εὐγενῆ τε καὶ πλούσιον

quemdam acciperetur convivio, qui res omnes, quas poſſidebat, accurata providentia nitidas et inſtructas habebat, caeterum ſui ipſius nullam curam habuerat, ſcreans veluti ſputum ejecturus, cum undique circumſpexiſſet, nihil vidit, in quod exſpueret, ſed in ipſum ſolum domus herum exſpuit. Ille cum indignaretur, rogaretque, quam ob cauſam id faceret, reſpondit, ſe nihil in tota domo tam ſordidum ac neglectum videre, quam eſſet ipſe: nam parietes omnes egregiis picturis ornatos eſſe, pavimentum autem ex teſſellis pretioſis eſſe concinnatum, deorumque variis imaginibus diſtinctum, vaſa omnia pura ac nitentia, quin ſtragulas et lectos pulchre magnificoque artificio elaboratos eſſe: ſolum ipſum videri neglectum et incompoſitum: omnibus autem eſſe morem, ut in locum omnium, qui adſunt, inhoneſtiſſimum exſpuant. Ne committas igitur, adoleſcens, ut te praebeas dignum, in quem ſputum ejiciatur, etiamſi reliqua omnia pulcherrima tibi videantur adeſſe. Rarum enim eſt iſtis ſimul univerſis potiri, ut idem pariter et nobilis ſis et

εἶναι καὶ καλὸν ἅμα τὸν αὐτόν· εἰ δ' ἄρα καὶ συνέλθοι ποτὲ, δεινὸν ἂν εἴη μόνον ἐν ἅπασι τοῖς ὑπάρχουσιν ἑαυτὸν κατάπτυστον εἶναι.

Κεφ. θ'. Ἄγετ' οὖν, ὦ παῖδες, ὁπόσοι τῶν ἐμῶν ἀκηκοότες λόγων, ἐπὶ τέχνης μάθησιν ὥρμησθε, μή τις ὑμᾶς ἀπατεὼν καὶ γόης ἀνὴρ παρακρουσάμενός ποτε, ματαιοτεχνίαν διδάξηται, γιγνώσκοντας, ὡς ὁπόσοις τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἐστὶ τὸ τέλος βιωφελὲς, ταῦτ' οὐκ εἰσὶ τέχναι. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑμᾶς καὶ πάνυ πέποιθα γιγνώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶ τέχνη, οἷον τό τε πεττευριπτεῖν καὶ βαδίζειν ἐπὶ σχοινίων λεπτῶν, ἐν κύκλῳ τε περιδινεῖσθαι μὴ σκοτούμενον, οἷα τά τε Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. Τὸ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα μόνον ὑποπτεύω, μήποτ' ἄρα τοῦτο καὶ ῥώμην σώματος ἐπαγγελλόμενον, καὶ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐπαγόμενον, δημοσίᾳ παρὰ τοῖς πατράσι τετιμημένον ἡμερησίαις ἀργυρίου δόσεσι, καὶ ὅλως ἴσα τοῖς ἀρι-

dives et formofus. Quodfi tibi fane fimul illa contingant aliquando, tamen abfurdum fuerit, te unum in omnibus tuis facultatibus videri confpuendum.

Cap. IX. Agite igitur, o pueri, quicumque, audita mea oratione, ad cognofcendas artes animum appuliftis, videte, ne quis unquam veterator et impoftor homo vos aut inutiles artes aut improbas doceat: fed certum vobis exploratumque fit, quibus artibus nullus eft propofitus finis ad vitam utilis, has artes non effe. Ac plane perfuafum habeo, de caeteris quidem vos ipfos perfpicere, quod nihil iftiusmodi rerum artis nomine fit dignum, veluti jacere talos, ire per extentum funem, et rotatu circumagi in gyrum fine vertigine: qualia fuerunt ftudia Myrmecidae Athenienfis et Callicratis Lacedaemonii. Tantum athletarum exercitium fufpectum habeo, ne veluti corporis robur pollicens, et gloriam apud vulgus concilians, publicitus etiam apud majores diurnis pecuniae largitionibus honoratum, parique in pretio habitum cum

στεῦσι [10] τετιμημένον, ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων, ὡς προκριθῆναι τινὸς τέχνης. Ὅθεν ἄμεινον προδιασκέψασθαι περὶ αὐτοῦ· εὐεξαπάτητος γὰρ ἕκαστος ἐν οἷς ἐστιν ἀπρόσκεπτος. Τὸ δὴ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὦ παῖδες, ἐπικοινωνεῖ τοῖς θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις· τοῖς μὲν καθ' ὅσον λογικόν ἐστι, τοῖς δὲ καθ' ὅσον θνητόν. Βέλτιον οὖν ἐστὶ τῆς πρὸς τὰ κρείττονα κοινωνίας αἰσθανόμενον, ἐπιμελήσασθαι παιδείας, ἧς τυχόντες μὲν, τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἕξομεν· ἀποτυχόντες δὲ, οὐκ αἰσχυνούμεθα τῶν ἀχρήστων ζώων ἐλαττούμενοι. Σώματος δ' ἄσκησις ἀθλητικὴ, ἀποτυγχανομένη μὲν αἰσχίστη, ἐπιτυγχανομένη δὲ, τῶν ἀλόγων ζώων οὐδέπω κρείττων· τίς γὰρ λεόντων ἢ ἐλεφάντων ἀλκιμώτερος; τίς δ' ὠκύτερος λαγωοῦ; Τίς δ' οὐκ οἶδεν, ὡς καὶ τοὺς θεοὺς δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ τὰς τέχνας ἐπαινουμένους; ὡς καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀρίστους θείας ἀξιω-

praeſtantiſſimis viris, decipiat aliquem adoleſcentem, eoque ſeducat, ut hoc arti cuipiam anteponat. Unde ſatius eſt adverſus haec praeparatum et praemeditatum eſſe. Nam facile quisque fallitur in his, quae non paulo ante praemeditatus secum mente pertractavit. Sane genus hominum, o pueri, communionem habet cum Diis et cum brutis animalibus. Cum illis quidem, quatenus utitur ratione; cum his vero, quatenus eſt mortale. Satius eſt igitur, ut, animis ad meliorem communionis partem adjectis, curemus eruditionem: quam aſſecuti, quod eſt in bonis ſummum, habebimus: ſin eam non fuerimus aſſecuti, non tamen hoc nomine pudeſcemus, quod brutis ignaviſſimis ſimus facti inferiores. Athletica vero corporis exercitatio, ſi non contingat affectanti, turpiſſimum eſt: ſi maxime contingat, nihilo tamen praeſtantior eſt brutis animantibus. Quis enim robuſtior leonibus aut elephantis? Quis lepore velocior? Quis vero neſcit, ipſos etiam Deos non ob aliud laudari, quam propter artes? adeo, ut ob has etiam eximios homines dignati ſimus divinis honoribus, non quod bene

θῆναι τιμῆς, οὐχ ὅτι καλῶς ἔδραμον ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἢ δίσκον ἔῤῥιψαν, ἢ διεπάλαισαν, ἀλλὰ διὰ τὴν (4) ἀπὸ τῶν τεχνῶν εὐεργεσίαν. Ἀσκληπιός γέ τοι καὶ Διόνυσος, εἴτ᾽ ἄνθρωποι πρότερον ἤστην, εἴτ᾽ ἀρχῆθεν θεοὶ, τιμῶν ἀξιοῦνται μεγίστων, ὁ μὲν διὰ τὴν ἰατρικὴν, ὁ δ᾽, ὅτι τὴν περὶ τὰς ἀμπέλους ἡμᾶς τέχνην ἐδίδαξεν. Εἰ δ᾽ οὐκ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, τόν γε θεὸν αἰδέσθητι τὸν Πύθιον. οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Σωκράτην εἰπὼν ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον εἶναι, καὶ τῷ Λυκούργῳ προσφωνήσας, ὧδ᾽ εἶπεν·

Ἥκεις, ὦ Λυκόεργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν.
Δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.
Ἀλλ᾽ ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.

Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Ἀρχίλοχον τεθνεῶτα φαίνεται τιμῶν οὐ τὰ μέτρια. τὸν γοῦν φονέα, βουλόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεὼν αὐτοῦ, διεκώλυσεν εἰπών·

Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ.

cucurrerint in ſtadiis, aut diſcum ſcite jecerint, aut in palaeſtra probe luctati ſint, ſed propter artium beneficium. Profecto Aeſculapius et Bacchus, ſive quondam homines fuerunt, ſive Dii ab initio, ſummos honores promeruerunt: alter ob monſtratam artem medendi, alter, quod nos docuerit vitium colendarum rationem. Quod ſi mea fidem tibi non facit oratio, certe Pythii dei te moveat auctoritas. Hic eſt ille, qui et Socratem virorum omnium ſapientiſſimum pronuntiavit, et Lycurgum affatus, hunc in modum ſalutat:

Huc adveniſti ad mea ditia templa, Lycurge,
Grate Iovi et cunctis, quibus altus habetur Olympus.
At dubito, anne Deum te dico hominemve, Lycurge:
Spero tamen, magis eſſe Deum numenque verendum.

Hic rurſum idem videtur honorem haud mediocrem habuiſſe Archilocho mortuo. Cum enim hujus interemptor vellet illius templum ingredi, vetuit dicens:

Occiſor clari vatis, ne templa ſubito.

Κεφ. ί. Λέγε δή μοι καὶ σὺ τὰς τῶν ἀθλητῶν προσαγορεύσεις· ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς, ὅτι μηδ' ἔχεις εἰπεῖν, εἰ μή τι τοῦ μάρτυρος, ὡς οὐκ ἀξιόχρεω, κατέγνωκας· ἐμφαίνειν γάρ ἔοικάς τι τοιοῦτον, ὅταν ἐπὶ τοὺς πολλοὺς τὸν λόγον ἄγῃς μάρτυρας, καὶ τὸν παρὰ τούτων ἔπαινον προχειρίζῃ. Καίτοι οὔτε νοσῶν, εὖ οἶδ', ὅτι τοῖς πολλοῖς ἂν ἐπιτρέψαις σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ἐξ ἁπάντων, καὶ τούτοις τοῖς ἰατρικωτάτοις· οὐδ' ἂν πλέων ἅπασι τοῖς συμπλέουσιν, ἀλλ' ἑνὶ τῷ κυβερνήτῃ· ἤδη δὲ κἀπὶ τῶν σμικροτάτων, τέκτονι μὲν, τεκταινόμενος, ὑποδημάτων δὲ χρήζων τῷ σκυτοτόμῳ. Πῶς ἂν οὖν, ἔνθα περὶ πρωτείων ὁ ἀγών ἐστι, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων, ἢ κατὰ σαυτόν. παρίημι γὰρ τό γε νῦν εἶναι μεμνῆσθαι τῶν θεῶν. ἄκουσον οὖν, ὅπως Εὐριπίδης φρονεῖ περὶ τῶν ἀθλητῶν.

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
Οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους,

Cap. X. Nunc mihi tu refer athletas hujusmodi titulis honoratos: at non facies, non enim habes, quod dicas, nifi forte teftem afpernaris, velut indignum, cui credatur. Videris enim tale quiddam fubindicare, dum fermonem refers ad vulgi teftimonia, et nobis objicis hujus laudationem. Et tamen neque morbo laborans, fat fcio, te ipfum vulgo commiferis, fed ex omnibus paucis aliquot, atque his quidem medicae rei peritiffimis: neque navigans cuivis e numero vectorum, fed uni videlicet gubernatori. Denique in rebus minimis, fi aedificas, fabro credis, fi calceamentis egeas, coriario. Qui fit igitur, ut, ubi de rebus fummis contentio eft, tibi vindices judicandi poteftatem, adimens eam his, qui plus fapiunt, quam tu? Nam in praefentia quidem omitto de diis facere mentionem. Audi igitur, quid de athletis fentiat Euripides:

Innumera cum fint mala per omnem Graeciam,
Haud aliud ullum eft pejus athletis genus.

Οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὐδὲ μανθάνουσιν εὖ,
Οὐδ᾽ ἂν δύναιντο· πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ᾽ ἀνὴρ
[11] Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ᾽ ἡττημένος,
Κτήσαιτ᾽ ἂν ὄλβον εἰς ὑπεκτροφὴν πατρός;
Οὐδ᾽ αὖ πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν τύχαις
Οἷοί τ᾽· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ,
Σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανον.

Ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευομένων αὐτοῖς ἕκαστον ἄχρηστόν ἐστιν, ἄκουε πάλιν, εἴπερ θέλεις, ἅ φησι·

Τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
Ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον πλήξας καλῶς,
Πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;

Εἰ δὲ καὶ τούτων ἔτι λεπτομερέστερον ἀκούειν ἐθέλεις, ἄκουε πάλιν, ἅ φησι·

Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν, ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι᾽ ἀσπίδων ποσὶ
Θέοντες, ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;

Primum ii domi sibi consulunt parum bene,
Nec liceat: etenim quomodo vir, qui fiet
Gulaeque servus, atque ventri deditus,
Opes pararet, unde viveret domi?
Egere rursus non potest, nec casibus
Servire: pravis nam assueti moribus,
Sunt duriores ad ferenda incommoda.

Jam ut intelligas, et omnia, quorum studio tenentur isti, nihil habere utilitatis, audi rursus, quae dicit, si libet:

Quis enim in palaestra, quis pedum cursu valens,
Feliciter versatus, aut disco bene
Misso, aut probe sciteque mala icta viri,
Patriae corona opem tulit parta suae?

Quod si cupis audire his etiam expressiora, ausculta:

Num adversus hostes praeliabuntur, manu
Discos ferentes, sive vibrata aspide,
Pedibus citi hostem submovebunt patria?

Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Πότερον οὖν Εὐριπίδου μὲν καὶ τῶν τοιούτων καταγνῶμεν, τοῖς δὲ φιλοσόφοις ἐπιτρέψομεν τὴν κρίσιν; ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτων ἁπάντων, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος, ὡμολόγηται, φαῦλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα. Οὐδὲ μὴν οὐδὲ τῶν ἰατρῶν τὶς ἐπήνεσεν αὐτό. Πρῶτον μὲν τοῦ Ἱπποκράτους ἀκούσῃ λέγοντος· Διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἀρίστων ἰατρῶν. Ὅλως μὲν οὖν ἐπὶ μάρτυρος οὐκ ἐβουλόμην κρίνεσθαι· ῥητορικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον μᾶλλον ἢ τιμῶντος ἀλήθειαν ἀνδρός· ὅμοις δ᾽ ἐπειδὴ τινὲς ἐπὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔπαινον καταφεύγουσι καὶ τὴν παρὰ τούτων κενὴν δόξαν, ἀφέντες αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα γυμνὸν τῶν ἔξωθεν σκοπεῖν, ἠναγκάσθην κἀν τούτοις προχειρίζεσθαι τοὺς μάρτυρας, ἵν᾽, ὅτι μηδ᾽ ἐνταῦθα πλέον ἔχουσί τι, γιγνώσκωσιν. Ὅθεν δὲ τὸ τῆς Φρύνης εὔκαιρον ἤδη μοι

Nullus profecto: vana fiunt omnia haec,
Ubi cominus ferrum micare coeperit.

Utrum igitur Euripidem et hujus generis alios auctores rejiciemus, philofophis autem permittemus judicandi jus? Imo vero horum omnium fuffragio, velut uno ore loquentium, damnatur iftorum ars, adeo, ut eam nec medicorum quisquam probarit. Primum enim audies Hippocratem ita dicentem: *Affectio athletica non eft fecundum naturam, melior eft habitus falubris:* deinde optimos quosque medicos, qui Hippocratis aetatem fecuti funt. Equidem nolim a teftibus pendere judicium. Nam id oratorum eft potius, quam hominis, apud quem in pretio fit ipfa veritas. Attamen, quoniam nonnulli confugiunt ad multitudinis approbationem, et hinc inanem captant gloriam, nec curant hoc exercitium rebus externis nudatum quale fit ipfum confiderare, coactus fum et hic objicere teftes, quo videlicet intelligant, fe ne hic quidem effe nobis fuperiores. Unde mihi non intempeftivum videtur commemorare, quod fecit Phryne. Haec

διηγήσασθαι. αὕτη ποτ᾽ ἐν συμποσίῳ, παιδιᾶς τοιαύτης γενομένης, ὡς ἕκαστον ἐν μέρει προστάξαι τοῖς συμπόταις, ἃ βούλοιτο, θεασαμένη παρούσας γυναῖκας ἀγχούσῃ τε καὶ ψιμμυθίῳ καὶ φύκει κεκαλλωπισμένας, ἐκέλευσεν, ὕδατος κομισθέντος, ἀρυσαμένας ταῖς χερσὶ, προσενεγκεῖν ἅπαξ αὐτῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μετὰ τοῦτο εὐθέως ἀπομάξασθαι σινδονίῳ, καὶ αὐτὴ πρώτη τοῦτ᾽ ἔπραξε· ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις ἁπάσαις σπίλου τὸ πρόσωπον ἐπληρώθη, καὶ ἦν ὁμοιοτάτας ἰδεῖν τοῖς μορμολυκείοις· αὕτη δὲ καλλίων ἐφάνη· μόνη γὰρ ἦν ἀκαλλώπιστός τε καὶ αὐτοφυῶς καλὴ, μηδεμιᾶς πανουργίας κομμωτικῆς δεομένη. Ὥσπερ οὖν τὸ αληθινὸν κάλλος ἀκριβῶς ἐξετάζεται μόνον αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ, τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσιόντων ἁπάντων γυμνωθὲν, οὕτω καὶ τὴν ἀθλητικὴν ἐπιτήδευσιν ἐξετάζεσθαι προσήκει μόνην,. εἴ τι φαίνοιτο ἔχειν χρήσιμον, ἢ κοινῇ ταῖς πόλεσιν, ἢ ἰδίᾳ τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτήν.

Κεφ. ια΄. Ἀγαθῶν οὖν τῶν ἐν τῇ φύσει τῶν μὲν περὶ

eum effet in convivio quodam, in quo ludus hic agebatur, ut finguli per vices convivis imperarent, quae vellent, vidiffetque adeffe mulieres anchufa, ceruffa et fuco pictas, juffit inferri aquam, moxque praecepit, ut omnes aquae immerfas manus femel admoverent ad faciem, deinde, ut illico linteo abstergerentur. Atque hoc ipfa prima omnium fecit. Ac caeteris quidem omnibus foeminis facies maculis opplebatur: diceres, te videre quasdam ad terrorem arte factas imagines. Ipfa vero pulchrior apparebat, quam antea: fola enim carebat artificio formae, fed fpeciem habebat nativam, non ad formae commendationem malas artes adhibens. Quemadmodum ergo vera pulchritudo certe exploratur ipfa per fe fola, rebus omnibus foris accidentibus nudata: fic et athletarum exercitationem expendi convenit folam, an videatur aliquid utilitatis afferre vel publice civitatibus, vel privatim iis, a quibus exercetur.

Cap. XI. Cum igitur variae fint bonorum fpecies

ψυχὴν ὄντων, τῶν δὲ περὶ σῶμα, τῶν δ' ἐκτὸς, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδενὸς ἄλλου γένους ἀγαθῶν ἐπινοουμένου· ὅτι μὲν τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν οὐδ' ὄναρ ποτὲ μετειλήφασιν οἱ ἀθλοῦντες, εὔδηλον παντί. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδ' εἰ ψυχὴν [12] ἔχουσι γιγνώσκουσι, τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ λογικὴν αὐτὴν ἐπίστασθαι. Σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος, ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσι κατεσβεσμένην, οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένην, ἀλλ' ἄνουν, ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις. Ἴσως δ' ἀμφισβητήσειαν, ὡς τῶν περὶ τὸ σῶμα τινὸς ἀγαθῶν ἐπήβολοι. πότερον οὖν τῆς τιμιωτάτης ὑγιείας ἀμφισβητήσουσιν; ἀλλ' οὐδένας ἄλλους ἂν εὕροις ἐν σφαλερωτέρᾳ διαθέσει σώματος, εἴπερ Ἱπποκράτει δεῖ πιστεύειν εἰπόντι· Τὴν καὶ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαν σφαλερὰν ὑπάρχειν, ἣν μεταδιώκουσιν οὗτοι· καὶ δὴ καὶ ὅτι ἄσκησις μὲν ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων, Ἱπποκράτει καλῶς εἰρημένον, ἐπαινεῖται πρὸς ἁπάντων.

quae infunt naturae, puta quae pertinent ad animum, quae ad corpus, quae ad externa, nec praeter haec ullum aliud bonorum genus poffit excogitari; cuivis perfpicuum eft, quod athleticam exercentes animi bona ne in fomnis quidem affecuti fint, quando prorfus illud ignorant, an habeant animum: tantum abeft, ut illum fciant effe rationis participem. Etenim cum femper aggerant vim carnium et fanguinis, habent animum fuum veluti multo immerfum coeno, ut nihil exploratum cognitumque habeat, verum non minus ftupidus fit, quam brutorum animae. At fortaffis contendent athletae, tamquam aliquod ex bonis corporis adepti fint. Num igitur bonam valetudinem, qua nihil pretiofius, vindicabunt? Atqui non alios reperies corporis affectione magis periculofa: fiquidem Hippocrati fides habenda, qui dixit, *fumme bonam corporis habitudinem periculofam effe*, quam affectant ifti. Quin et illud ab Hippocrate recte dictum, quod *fanitatis ftudium eft non fatiari cibis, et impigrum effe ad labores*, laudatur ab omni-

Οἱ δὲ τοὐναντίον ἐπιτηδεύουσιν, ὑπερπονοῦντές τε καὶ ὑπερπιπλάμενοι, καὶ ὅλως τὸν τοῦ παλαιοῦ λόγον, ὡς κορυβαντιῶντες, κατεγνωκότες. Ὁ μὲν γὰρ ὑγιεινὴν δίαιταν ὑποτιθέμενος ἔλεγε· Πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. Οἱ δὲ τὰ γυμνάσια πέρα τοῦ προσήκοντος ἑκάστης ἡμέρας διαπονοῦσι, τροφάς τε προςφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν· ὡς προσηκόντως ἄν τινα ἐπ᾿ αὐτῶν εἰπεῖν·

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ·
Ἀλλ᾿ οὐκ ἀθλητὰς κακοδαίμονας ὕπνος ἔμαρπτεν.

(5) Ἀνάλογον τοίνυν τούτοις καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει συμμετρία. ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ φύσιν βιοῦντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἥκουσιν ἐδεσμάτων δεόμενοι, τηνικαῦθ᾿ οὗτοι διανίστανται τῶν ὕπνων. ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν ὑῶν διαγωγῇ· πλήν γε ὅσον οἱ μὲν ὗες οὐχ ὑπερπονοῦσιν, οὐδὲ

bus. At iſti contra faciunt, dum et ſupra modum laborant, et iidem ſupra modum explentur, et omnino ſenis illius ſermonem, ceu Corybantum furore correpti, contemnunt. Nam ille demonſtrans, quae vitae ratio ſit accommodata tuendae bonae valetudini, dixit: *Labores, cibi, potus, ſomni, venus, omnia moderata.* Iſti vero quotidie, ſupra quam convenit, laboribus exercentur, et ingurgitant ſe nonnumquam e vi, et ad mediam usque noctem producunt comeſſationes, ut aliquis non immerito torſerit in illos illud Homeri:

Dormibant reliqui Divique hominesque per omnem
Noctem praedulci reſoluti corpora ſomno:
At nullus miſeros athletas ſomnus habebat.

Itaque quemadmodum ſe habent in cibis et laboribus, eodem modo moderantur et ſomnum. Etenim quo tempore caeteri juxta naturam viventes ab opere veniunt, et cibum requirunt, tum iſti ſurgunt a ſomno: ut illorum vita ſimilis videatur ſuillae: niſi quod ſues non

πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσιν· οἱ δὲ καὶ ταῦτα πάσχουσι καὶ ῥοδοδάφναις ἐνίοτε τὰ νῶτα διακναίονται. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς Ἱπποκράτης, πρὸς οἷς εἶπεν ἔμπροσθεν, ἔτι καὶ ταῦτα φησί· Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν ἢ κενοῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. πᾶν γὰρ, φησὶ, τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Οἱ δ᾽ οὔτε τούτων ἐπαΐουσιν, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅσα, καλῶς εἰπόντος ἐκείνου, παραβαίνουσιν· ἀλλὰ πάντ᾽ ἐξ ὑπεναντίου τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν ἐπιτηδεύουσιν. καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἂν ἔγωγε φαίην, ἄσκησιν οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου μᾶλλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα. Τοῦτο δ᾽ οἶμαι καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην φρονεῖν, ἐπειδὰν λέγῃ· Διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. Οὐ γὰρ μόνον τοῦ κατὰ φύσιν ἐστερῆσθαι τὸ ἐπιτήδευμα δι᾽ ὧν εἶπε ἐδήλωσεν· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἕξιν ὠνόμασε τὴν διάθεσιν αὐτῶν, ἀφαιρούμενος καὶ τῆς προσηγορίας αὐτῶν, ᾗ προσαγορεύουσι ἅπαντες οἱ παλαιοὶ τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας. ἡ μὲν γὰρ ἕξις ἔμμονός

ultra modum laborant, neque coguntur ad edendum: isti vero et haec faciunt, et nonnumquam iisdem rhododaphnis terga perstringuntur. Proinde priscus ille Hippocrates praeter haec, quae dicta sunt, addit et illa: *Universim ac repente corpus explere vel inanire, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quocunque modo movere, periculosum est. Quicquid enim*, inquit, *est nimium, inimicum est naturae.* Isti vero nec his auscultant, nec aliis, quae bene ab hoc dicta transgrediuntur: quin potius utuntur omnibus, quae pugnant cum his praeceptis. Quapropter ego sane dixerim, istud vitae institutum non esse sanitatis, sed morbi potius studium. Nam id, ni fallor, sentit Hippocrates, cum ait: *Affectio athletica non est secundum naturam, sed habitus saluber melior.* His dictis non solum palam negavit, illorum exercitationem esse naturalem, verum ne habitum quidem appellavit eorum affectionem, spolians illos etiam nominis honore, quo cuncti veteres appellare solent homines, qui vere sint bonae valetudinis. Siqui-

τις καὶ δυσαλλοίωτος διάθεσις· ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξία σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος. οὔτε γὰρ πρόσθεσιν ἔτι διὰ τὴν ἀκρότητα χωρεῖ, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι μένειν ἐπὶ ταὐτοῦ, μήδ᾽ ἀτρεμεῖν, λοιπὴν ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁδόν. Οὕτως μὲν ἀθλοῦσιν αὐτοῖς διάκειται τὸ σῶμα· καταλύσασι δὲ πολὺ δή τι χεῖρον. Ἔνιοι μὲν γὰρ μετ᾽ ὀλίγον ἀποθνήσκουσιν· ἔνιοι δ᾽ ἐπὶ πλέον ἥκουσιν ἡλικίας, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοὶ γηρῶσιν, οὐδὲ, [13] κἂν ἐφίκωνται ποτὲ εἰς τοῦτο, τῶν Ὁμηρικῶν οὐδὲν ἀπολείπονται Λιτῶν,

Χωλοί τε ῥυσοί τε παραβλῶπές τ᾽ ὀφθαλμώ

ἀποτελούμενοι. Ὡς γὰρ τὰ διασεισθέντα τῶν τειχῶν ἀπὸ μηχανημάτων ἑτοίμως ὑπὸ τῆς τυχούσης διαλύεται βλάβης, οὔτε σεισμὸν, οὔτ᾽ ἄλλην τινὰ βραχυτέραν δυνάμενα φέρειν περίστασιν· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν σώματα σαθρὰ καὶ ἀσθενῆ ταῖς κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν γεγονότα πληγαῖς, ἑτοι-

dem habitus eſt affectio quaedam ſtabilis ac perpetua: contra athletarum ad ſummum progreſſa bona corporis habitudo tum obnoxia periculo eſt, tum facile in diverſum mutabilis. Neque enim recipit acceſſionem eo, quod ad ſummum pervenit; tum ex eo, quod eodem in ſtatu conſiſtere non poteſt, nihil reſtat, niſi ut vergat in deterius. Atque hoc quidem in ſtatu corpus eſt ipſis, dum athleticam exercent. Caeterum ubi disceſſerint ab exercitiis, multo pejus habent. Etenim nonnulli paulo poſt emoriuntur, alii vero diutius quidem vivunt, at ne ipſi quidem perveniunt ad ſenectutem. Et ut jam aliquando perveniant, nihil differunt a Litis Homericis,

Claudi, rugoſi, luſcioſi, oculis orbi.

Quemadmodum enim moenia tormentis concuſſa quovis incommodo corruunt, nec terrae motum, nec alium ullum graviorem inſultum ferre poſſunt: itidem et athletarum corpora attrita atque convulſa plagis ac vulneribus in arena acceptis, facile ad quamlibet levem occa-

μα πρὸς τὸ πάσχειν ἐστὶν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν. Οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ περιωρυγμένοι πολλάκις, ὅτ᾽ ἡ δύναμις οὐκέτ᾽ ἀντέχει, πληροῦνται ῥευμάτων· οἱ δ᾽ ὀδόντες, ἅτε διασεσεισμένοι πολλάκις, ἐπιλειπούσης ἐν τῷ χρόνῳ τῆς δυνάμεως αὐτῶν, ἑτοίμως ἐκπίπτουσι· τὰ δὲ λυγισθέντα τῶν ἄρθρων ἀσθενῆ πρὸς πᾶσαν τὴν ἔξωθεν βίαν γίνεται, καὶ πᾶν ῥῆγμα καὶ σπάσμα ῥαδίως κινεῖται. Σωματικῆς μὲν οὖν ὑγιείας ἕνεκα φανερὸν, ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν. ὥστ᾽ εἰκότως ἄν τις εἴποι εὐφυῶς ὀνομάζεσθαι, τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀθλητοῦ τὴν προσηγορίαν τῶν ἀθλίων ἐσχηκότων, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων καθάπερ ἀπὸ πηγῆς μιᾶς τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων.

Κεφ. ιβ'. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ περὶ τοῦ μεγίστου τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν, τῆς ὑγιείας, ἐσκέμμεθα, μεταβῶμεν ἐπὶ τὰ λοιπά. Τὰ μὲν δὴ περὶ κάλλους οὕτως αὐτοῖς ἔχει, ὡς μὴ μόνον ὠφελεῖσθαί τι πρὸς τῆς ἀθλήσεως, τὴν φύσιν·

ſionem laeduntur. Proinde oculi plerumque ceu foſſis cavati, quando jam vis abeſt reſiſtendi, complentur deſtillationibus; dentes vero frequenti concuſſione labefactati, progreſſu temporis deſtituti virtute, facile decidunt. Caeterum articulorum compages, ut frequenter intortae, adverſus omnem violentiam foris incidentem redduntur invalidae: quicquid ſemel ruptum fuit aut contractum, facile movetur. Itaque, quod ad bonam valetudinem attinet, palam eſt, nullum eſſe genus miſerius, quam athletarum. Unde non injuria quis eos appoſito cognomine vocatos dixerit athletas, vel quod ab athleta cognomen habeant ἄθλιοι, i. e. miſeri, vel quod utrique communiter ab ἀθλιότητι, i. e. miſeria, velut ab uno fonte cognomen ſortiti ſint.

Cap. XII. Poſteaquam igitur de eo, quod in bonis corporis ſummum eſt, tractavimus, nimirum de bona valetudine, transeamus ad reliqua. Jam quod ad formam attinet, ſic illis habet res, ut non ſolum exercitatio athletica nihil conferat ad pulchritudinem, verum

ἀλλὰ καὶ πολλοὺς αὐτῶν πάνυ συμμέτρως ἔχοντας τῶν μελῶν οἱ γυμνασταὶ παραλαβόντες, ὑπερπιάναντές τε καὶ διασάξαντες αἵματί τε καὶ σαρξὶν, εἰς τοὐναντίον ἤγαγον. Ἐνίων δὲ καὶ τὰ πρόσωπα παντάπασιν ἄμορφα καὶ δυσειδῆ κατέστησαν καὶ μάλιστα τῶν παγκράτιον ἢ πυγμὴν ἀσκησάντων. Ὅταν δὲ καὶ τῶν μελῶν τι τελέως ἀποκλάσωσιν, ἢ διαστρέψωσιν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψωσι, τότ᾽, οἶμαι, τότε καὶ μάλιστα τὸ τῆς ἐπιτηδεύσεως αὐτῶν ἀποτελούμενον κάλλος ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῖς ὑγιαίνουσιν εἰς κάλλος εὐτύχηται· καταλύσασι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν τοῦ σώματος αἰσθητηρίων προσαπόλλυται, καὶ πάνθ᾽, ὡς ἔφην, τὰ μέλη διαστρεφόμενα παντοίας ἀμορφίας αἴτια γίνεται.

Κεφ. ιγ΄. Ἀλλ᾽ ἴσως τῶν εἰρημένων οὐδενὸς, ἰσχύος δ᾽ ἀντιποιήσονται, τοῦτο γὰρ, εὖ οἶδα, ἓν φήσουσιν ἰσχυρότατον πάντων εἶναι. Ποίας, ὦ πρὸς θεῶν, ἰσχύος καὶ ποῦ χρησίμης; πότερον τῆς εἰς τὰ γεωργικὰ τῶν ἔργων; πάνυ

etiam multos ex iſtis optime compoſito corpore gymnaſtae, qui eos curandos ſusceperant, ſupra modum ſaginantes et infarcientes carnibus et ſanguine, in diverſam corporis ſpeciem perduxerint: nonnullos quoque facie prorſus deformi foedaque reddiderint, eos potiſſimum, quos ad pancratium aut pugilum certamen inſtituiſſent. Caeterum ubi tandem et membrum aliquod fregerint, aut distorſerint, aut oculos extuderint, tum, opinor, tum vel maxime fructus artis ipſorum evidenter apparet, videlicet pulchritudo. Hunc ad modum illis res ſucceſſit ad formae commodum, quamdiu ſani ſunt. Caeterum ubi deſierint exerceri, ſimul et reliqua ſenſuum corporis organa pereunt, cunctaque, ut dixi, membra distorta nihil non reddunt deforme.

Cap. XIII. At fortaſſe nihil quidem ex his omnibus, quae dicta ſunt, ſed robur ſibi vindicabunt. Nam hoc, ſat ſcio, dicturi ſunt, unum illud eſſe omnium efficaciſſimum. Quod, per deos, robur? aut ad quid utile? num ad agri-

μὲν οὖν καλῶς ἢ σκάπτειν, ἢ θερίζειν, ἢ ἀροῦν, ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ γεωργίαν δύνανται. Ἀλλ᾽ ἴσως εἰς τὰ πολεμικά; τὸν Εὐριπίδην αὖθίς μοι κάλει, ὅστις αὐτοὺς ὑμνήσει λέγων·

Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν, ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες;

[14] τῷ γὰρ ὄντι

Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Ἀλλὰ πρὸς κρύος καὶ θάλπος ἰσχυροὶ, αὐτοῦ γε τοῦ Ἡρακλέους ζηλωταὶ, ὡς ἐνὶ καὶ χειμῶνι καὶ θέρει σκέπεσθαι δέρματι, ὡς ἀνυπόδετοι διατελεῖν, ὑπαίθριοι κοιμᾶσθαι, χαμευνεῖν; ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις τῶν νεογνῶν παίδων εἰσὶν ἀσθενέστεροι. Ἐν τίνι τοίνυν ἔτι τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξονται; ἢ ἐπὶ τίνι μέγα φρονήσουσιν; οὐ γὰρ δή που ὅτι τοὺς σκυτοτόμους, ἢ τέκτονας, ἢ τοὺς οἰκοδόμους οἷοί τ᾽ εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ. Τάχ᾽ οὖν ἐπὶ τῷ δι᾽ ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν· ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ

colationem? Perpulchre igitur vel fodere, vel metere, vel arare, aut aliud quippiam, quod ad agricolationem pertinet, poſſunt. Sed fortaſſis ad res bellicas valent. Rurſus Euripidem huc mihi cita, qui laudes illorum canet his verbis:

Num adverſus hoſtes proeliabuntur, manu
Diſcos ferentes?

Revera

Vana fiunt omnia haec,
Ubi cominus ferrum micare coeperit.

Caeterum adverſus rigorem et aeſtum validi ſunt, hoc ipſo ſane Herculem referentes, ut tum hieme, tum aeſtate, una pelle tegantur: ut incalceati perpetuo ſub dio dormiant, humi cubantes. At enim in his omnibus pueris nuper natis ſunt imbecilliores. Qua tandem igitur in re roboris ſui ſpecimen edent? aut unde ſibi placebunt et criſtas erigent? Non ſane in hoc, quod coriarios, fabros, domorum aedificatores vel in palaeſtra dejiciant, vel in ſtadio. Fortaſſis itaque in hoc, quod tota die pulvereſcunt, merito ſibi gloriandum putabunt.

τοῖς ὄρτυξι καὶ τοῖς πέρδιξιν ὑπάρχει. καὶ εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα χρὴ φρονεῖν, ἐπὶ τῷ δι᾽ ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι. Ἀλλὰ νὴ Δία τῶν ἱερουργημένων ἕνα ταύρων ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις ὁ Μίλων ἐκεῖνος ὁ Κροτωνιάτης διεκόμισέ ποτε τὸ στάδιον. ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης ἀνοίας, ὡς μηδὲ τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι πρὸ βραχέος τὸ αὐτὸ τοῦτο σῶμα, τοῦ ταύρου ζῶντος, ἐβάσταζεν ἡ ψυχὴ τοῦ ζώου, καὶ πολλῷ γ᾽ ἀκοπώτερον ἢ ὁ Μίλων ἦγε, καὶ θεῖν ἐδύνατο βαστάζουσα· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδενὸς ἦν ἀξία παραπλησίως τῇ Μίλωνος. Ἐδήλωσε δὲ καὶ ἡ τελευτὴ τἀνδρὸς, ὅπως ἦν ἀνόητος, ὅς γε θεασάμενός ποτε νεανίσκον σχίζοντα κατὰ μῆκος ξύλα ἐνθέσει σφηνῶν, ἐκεῖνον μὲν ἀπώθησε καταγελάσας, αὐτὸς δὲ διὰ τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν μόνων ἐτόλμησε διασπᾷν αὐτό· κἄπειθ᾽ ὅσον εἶχεν ἰσχύος εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ πληρώσας, διέστησε μὲν ἑκατέρωσε τὰ μέρη τοῦ ξύλου· τῶν σφηνῶν δ᾽ ἐκπεσόντων ἐν τῷδε, τὸ λοιπὸν τοῦ ξύλου μέρος ἀδυνατῶν διαστῆσαι, μέχρι πολλοῦ μὲν ἀντεῖχεν, ὕστερον δὲ νικηθεὶς, οὐκ ἔφθασε κομίσασθαι

Verum iſta laus adeſt et coturnicibus et perdicibus, ſiquidem par eſt, ut hinc tollant criſtas, quod toto die luto laventur. Sed age, per Iovem, Milo ille Crotoniates ſublatum in humeros unum ex immolatis tauris olim per ſtadium bajulavit. O inſignem dementiam iſtorum, qui ne hoc quidem intelligunt, quod paulo ante idem corpus vivi animantis geſtavit illius anima; multoque ſane minore labore portavit, quam Milo. Nam et currere poterat, cum geſtaret: attamen ea nullius erat pretii, quemadmodum nec Milonis anima. Declaravit autem et exitus hominis, quam nihil habuerit mentis. Cum enim aliquando conſpiceret adoleſcentem cuneis immiſſis findentem ligna, illum quidem irriſum ſubmovit: ipſe non alio uſus inſtrumento quam ſuis ipſius manibus, auſus eſt lignum deducere: mox, quidquid habebat roboris, in primo impetu colligens, diduxit arboris partes. Interim elapſis cuneis, cum reliquam arboris partem diducere non poſſet, diu quidem obnixus eſt, tandem victus non po-

τὰς χεῖρας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν μερῶν τοῦ ξύλου συνελθόντων ἀλλήλοις καταλειφθεῖσαι, συνετρίβησαν μὲν αὗται πρῶται, θανάτου δ' οἰκτροῦ τῷ Μίλωνι κατέστησαν αἴτιαι. Πάνυ γοῦν ὤνησεν αὐτὸν εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν ὁ νεκρὸς ταῦρος ἐν τῷ σταδίῳ βασταχθείς; ἢ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἔσωσεν ἄν, ἡνίκα πρὸς τὸν βάρβαρον ἐπολέμουν, ἡ τοιαύτη τοῦ Μίλωνος ἐνέργεια περὶ τὸν ταῦρον, ἀλλ' οὐχ ἡ Θεμιστοκλέους σοφία, πρῶτον μὲν ὑποκριναμένου καλῶς τὸν χρησμὸν, εἶτα στρατηγήσαντος ὡς ἐχρῆν;

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα πολλὰς χεῖρας νικᾷ·
Σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν.

Ὅτι μὲν εἰς οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἔργων χρήσιμος ἡ τῶν ἀθλητῶν ἄσκησις, εὖ οἶδ' ὅτι σαφὲς ἤδη γέγονεν· ὅτι δὲ καὶ ἐν ἑαυτοῖς, οἷς (6) ἀσκοῦσιν, οὐδενός εἰσιν ἄξιοι λόγου, μάθοιτ' ἄν, εἰ διηγησαίμην ὑμῖν τὸν μῦθον ἐκεῖνον, ὃν τῶν οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐντείνας ἔπεσι διεσκεύασεν.

tuit educere manus, ſed a trunci partibus in ſe coëuntibus comprehenſae, primum ipſae quidem contritae ſunt, mox et Miloni miſerandi exitii fuere cauſa. Plurimum igitur illi profuit in hoc, ne quid mali pateretur, in ſtadio geſtare taurum mortuum. An Graecorum rempublicam ſervare potuiſſet id temporis, cum adverſus barbarum bellum gerebant, Milonis vis, quam in geſtando tauro declaravit, potius quam Themiſtoclis ſapientia, qui primum recte interpretatus eſt oraculum, deinde bellum, quemadmodum oportebat, geſſit.

Unicum enim conſilium prudens multas ſuperat manus,
Caeterum inſcitia cum armis pejor eſt quovis malo.

Arbitror itaque jam perſpicue declaratum, athletarum exercitationem nihil utilitatis afferre ad vitae functiones. Caeterum quod nec in ipſis, quibus exercentur, ullius pretii ſint, cognoſcetis, ſi vobis retulero fabulam illam, quam vir quidam non inelegans epico carmine ornavit.

ἔστι δὲ οὗτος· Εἰ Διὸς γνώμη πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον, ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα μὴ μόνον ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν ἕν, οὐδένα ἂν ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι. Ἐν μὲν γὰρ δολιχῷ ὑπέρτατος, φησὶν, ὁ ἵππος ἔσται·

Τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται· ἐν δὲ διαύλῳ
Δορκὰς ἀριστεύσει· μερόπων δ᾽ ἐναρίθμιος οὐδεὶς
Ἐν ποσίν. ὦ κοῦφοι ἀσκητῆρες, ἄθλιοι ἄνδρες.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἀφ᾽ Ἡρακλέους τὶς ἐλέφαντος ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη. Οἶμαι δ᾽, ὅτι καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται. καὶ [15] ὄνος, φησὶ, λὰξ ὅτι εἰ βούλεται ἐρίσας, αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσεται. Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ γράψεται ὄνος, ὅτι παγκράτιον νίκησέ ποτε ἄνδρας. εἰκοστὴ δὲ καὶ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἦν, ὅτ᾽ ἐνίκα ὀγκητής.

Eſt autem hujusmodi: „Si Jovis voluntate cunctis animantibus conſenſus ac ſocietas contingeret in degenda vita, ut in Olympia praeco non ſolum homines ad certamen vocaret, ſed omnibus etiam animalibus permitteret ad unum venire ſtadium, nullus, opinor, hominum coronaretur. In eo enim certamine, in quo curſus ad viginti tria ſtadia porrigitur, unde et δολιχὸν appellant, equus, inquit, longe ſuperabit: in curſu vero breviore, qui non ultra ſtadium profertur, lepus feret praemium. Caeterum in diaulo, in quo curſus ac recurſus duplicat ſtadium, primas feret caprea. Neque quisquam hominum in aliquo numero futurus eſt curſu pedum. O leves exercitationes veſtras, ἄθλιοι, id eſt, miſeri viri! Imo ne Herculis quidem poſterorum quisquam elephanto aut leone robuſtior apparebit. Arbitror autem futurum, ut in pugilum certamine taurus coronam laturus ſit. Et aſinus, inquit, ſi velit calcibus contendere, coronam auferet. Et in hiſtoria variorum eventuum ſcriberetur, quod aſinus in pancratio aliquando vicerit viros. *Erat autem Olympias prima ac vigeſima, cum vinceret ruditor.*“

Πάνυ χαριέντως οὗτος ὁ μῦθος ἐπιδείκνυσι τὴν ἀθλητικὴν ἰσχὺν οὐ τῶν ἀνθρωπίνων οὖσαν ἀσκημάτων. καίτοι γ᾽ εἰ μηδὲν ἰσχύϊ πρωτεύουσι τῶν ζώων οἱ ἀθληταὶ, τίνος ἂν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπήβολοι γενηθεῖεν ἀγαθῶν;

Κεφ. ιδ'. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν σώματός τις ἀγαθὸν εἶναι φαίη, οὐδὲ ταύτης αὐτῆς αὐτοῖς μέτεστι, οὔτ᾽ οὖν ἀθλοῦσιν οὔτε καταλύσασιν, εἴγε παρὰ μὲν τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον ἐν πόνοις τε καὶ ταλαιπωρίαις εἰσὶν, οὐ γυμναζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες· ἡνίκα δὲ καὶ καταλύσαντες τύχοιεν, ἀνάπηροι τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ σώματος γίνονται. Τάχ᾽ οὖν ἐπὶ τῷ χρήματα πάντων ἀθροίζειν πλεῖστα σεμνύνονται; καὶ μὴν ἐστὶν ὑμῖν θεάσασθαι πάντας αὐτοὺς ὀφείλοντας, οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καθ᾽ ὃν ἀθλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν, οὐδ᾽ ἂν εὕροις ἀθλητὴν οὐδενὸς πλουσιώτερον ἑνὸς τῶν ἐπιτυχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου. ἔστι δὲ οὐδ᾽ αὐτὸ

Admodum venuſta fabula haec declarat, robur athleticum non eſſe de numero eorum, quibus homines decet exerceri. Atqui ſi ne robore quidem antecellunt animantibus athletae, quodnam ex caeteris bonis ſibi vindicabunt?

Cap. XIV. Quod ſi quis dicat voluptatem corporis inter bona numerandam, ne hujus quidem compotes ſunt, neque quum exercentur, neque poſtquam ab exercitatione discesserint: quandoquidem, dum exercent athleticam, in laboribus ac miſeriis agunt, non tantum ob exercitia, verum etiam ob id, quod coguntur ad edacitatem. Quod ſi contigerit eos ab arte miſſionem accipere, plerisque corporis membris mutili ſunt ac debiles. Ergo fortaſſis inde gloriantur, quod prae caeteris plurimum colligunt et coacervant pecuniarum. Atqui videre licet iſtos omnes aere alieno obſtrictos, non ſolum id temporis, quo exercent artem athleticam, verum etiam cum ab ea dimiſſi ſunt, nihilo invenias athletam ditiorem quovis viri divitis oeconomo. Quamquam ne id

τὸ πλουτεῖν ἐξ ἐπιτηδεύματος ἀξιόλογον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ τοιαύτην ἐπίστασθαι τέχνην, ἣ καὶ ναυαγήσασι συνεκκολυμβήσει, ὅπερ οὔτε τοῖς διοικοῦσι τὰ τῶν πλουσίων, οὔτε τοῖς τελώναις ἢ τοῖς ἐμπόροις ὑπάρχει. καίτοι πλουτοῦσιν ἐξ ἐπιτηδευμάτων οὗτοι μάλιστα, ἀλλ' ἐὰν ἀπολέσωσι τὰ χρήματα, συναπολλύουσιν αὐτοῖς καὶ τὰς πράξεις, ἀφορμῆς μέν τινος χρημάτων εἰς αὐτὰς δεόμενοι, τῷ δὲ οὐκ ἔχειν ταύτην ἄρξασθαι τῆς ἀρχαίας πράξεως ἀδυνατοῦντες. οὐδὲ γὰρ δανείζει τις αὐτοῖς χωρὶς ἐνεχύρων ἢ ὑποθηκῶν. ὥστε εἰ καὶ πρὸς χρηματισμὸν ἀσφαλῆ τε καὶ οὐκ ἄδοξον ἀξιοῖ τις ἡμᾶς παρεσκευάσθαι, τέχνην ἀσκητέον ἐστὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου καὶ παραμένουσαν. Ἀλλὰ διττῆς οὔσης διαφορᾶς τῆς πρώτης ἐν ταῖς τέχναις· ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναὶ, τινὲς δ' εὐκαταφρόνητοι καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν· ἄμεινον ἂν εἴη τοῦ προτέρου γένους τῶν τεχνῶν μετέρχεσθαί τινα. τὸ γάρ τοι δεύτερον γένος αὐτῶν ἀπολείπειν

quidem per se praeclarum est ex arte parare divitias, sed talem potius artem scire, quae fracta navi simul cum domino enatet e naufragio. Quod quidem nec his contingit, qui res procurant divitum, neque publicanis neque negotiatoribus, et tamen hi maxime ditescunt e suis artibus. Caeterum si pereant illis pecuniae, simul et perit negotiatio, ad quam opus quidem habent aliqua forte pecuniae. Caeterum si haec desit, non possunt instaurare pristinam negotiationem. Nemo enim iis mutuum credit absque pignoribus et hypothecis. Proinde si quis vestrum studet viam rationemque invenire ad parandas pecunias et tutam, nec infamem, ars aliqua exercenda est per omnem vitam permansura. Porro cum prima divisione in geminum discrimen artes distribuantur: quaedam enim ex his ratione constant, suntque liberales et honestae; quaedam contra illiberales, quod corporis laboribus constent, quas sedentarias ac manuarias vocant: praestiterit ex illo priore genere quampiam discere: nam posterius illud genus destituere solet senectute gravatos artifices.

εἴωθε γηρῶντας τοὺς τεχνίτας. εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γένους ἰατρική τε καὶ ῥητορικὴ καὶ μουσικὴ, γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματικὴ, καὶ νομική. πρόσθες δ', εἰ βούλει, ταύταις πλαστικήν τε καὶ γραφικήν· εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἰσχύος νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν. Ἐκ τούτων οὖν τινὰ τῶν τεχνῶν ἀναλαμβάνειν τε καὶ ἀσκεῖν χρὴ τὸν νέον, ὅτῳ μὴ παντάπασιν ἡ ψυχὴ βοσκηματώδης ἐστί· καὶ μᾶλλόν γε τὴν ἀρίστην ἐν ταύταις, ἥτις, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ἐστὶν ἰατρική· τοῦτο δ' αὐτὸ δεικτέον ἐφεξῆς.

Prioris autem generis ſunt Medicina, Rhetorica, Muſica, Geometria et Arithmetica, Dialectica, Aſtronomia, Grammatica ac Legum prudentia. Adde his, ſi velis, fingendi pingendique artificium: quamquam enim haec manuum conſtant opera, tamen earum exercitatio non eget robore juvenili. Ex his igitur artibus aliquam deligere convenit, et exercere juventutem, cui mens non ſit omnino hebes ac rudis; vel harum potius optimam, quae quidem mea ſententia eſt ars medendi. Hoc autem deinceps nobis erit demonſtrandum.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

Ed. Chart. II. [16.] Ed. Bal. I. (6.)

Κεφ. α΄. [16] Τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνος φησίν. ὀνομάζουσι δ᾽ οὕτως οἱ Ἀκαδημιακοὶ, καθ᾽ ἣν τὴν ἀντικειμένην προςαγορεύουσι. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι τελευτᾷν αὐτὴν εἰς ἐποχὴν ὑπολαμβάνουσι, ἐποχὴν καλοῦντες τὴν, ὡς ἂν εἴποι τὶς, ἀοριστίαν, ὅπερ ἐστὶ περὶ μηδενὸς πράγματος ὁρίσασθαι, μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως. οἱ νεώτεροι δὲ, οὐ γὰρ μόνος ὁ Φαβωρῖνος, ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον ὁμολογεῖν εἶναι καταληπτόν· ἐνίοτε δὲ εἰς τοσοῦ-

GALENI DE OPTIMA DOCTRINA LIBER.

Cap. I. Argumentationem in utramque partem optimam eſſe doctrinam cenſet Favorinus. Sic autem nominant Academici eam, ſecundum quam oppoſitum enunciant. Antiquiores igitur eam in epochen terminari autumant, epochen vocantes, ac ſi quis dixerit indefinitionem, *ancepsque judicium*, quod eſt nulla de re determinare, nec certo enunciare. Recentiores autem (non enim ſolus Favorinus) aliquando eo promovent epochen, ut ne ſolem quidem fateantur eſſe comprehenſibilem: aliquando vero in tantum cognitionem promo-

τον τὴν γνῶσιν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιτρέπειν αὐτὴν, ἄνευ τοῦ διδαχθῆναι πρότερον ἐπιστημονικὸν κριτήριον. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν, ὃ Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀκαδημιακῆς διαθέσεως, ὃ Πλούταρχος ἐπιγέγραπται. λέγει δὲ αὐτὸ ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν ᾧ δήπουθεν ἐστὶν Ὀνήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος Ἐπικτήτῳ διαλεγόμενος. καὶ μέντοι κἀν τῷ μετὰ ταῦτα γραφέντι βιβλίῳ Ἀλκιβιάδη καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς Ἀκαδημιακοὺς ἐπαινεῖ, προσαγορεύοντας μὲν ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις λόγων, ἐπιτρέποντας δὲ τοῖς μαθηταῖς αἱρεῖσθαι τοὺς ἀληθεστέρους· ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εἴρηκε, πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν εἶναι καταληπτόν. ἐν δὲ τῷ Πλουτάρχῳ συγχωρεῖν ἔοικεν, εἶναί τι βεβαίως γνωστόν. ἄμεινον γὰρ οὕτως ὀνομάζειν τὸ καταληπτὸν, ἀποχωροῦντας ὀνόματι Στωϊκῷ. καὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον νὴ τοὺς θεοὺς, ὅπως ὁ Φαβωρῖνος εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν φωνὴν εἰωθὼς μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων, οὐ παύεται λέγων, οὔτε τὸ καταληπτὸν, οὔτε τὴν κατάληψιν, οὔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις ἀντικείμενα οἷον στερητικῶς λεγόμενα,

vent, ut difcipulis eam permittant nondum prius edoctis de fcientifico judicandi inftrumento. Nec enim aliud eft, quod Favorinus dixit in libro de conftitutione Academica, qui Plutarchus infcribitur. Idem autem dicit in libro ad Epictetum, in quo fcilicet eft Onefimus, Plutarchi fervus, cum Epicteto disputans; ac certe eo in libro, quem poftea fcripfit, Alcibiadem et caeteros Academicos laudat, disputantes quidem inter fe contrariis rationibus, permittentes autem difcipulis ex his eligere veriores; fed in hoc quidem ipfo dixit, probabile fibi videri, nihil effe comprehenfibile; in Plutarcho vero concedere videtur, aliquid certo poffe cognofci; praeftat enim fic appellare comprehenfibile, abstinentes a Stoico nomine. Atque ego per Deos mirabar, quomodo Favorinus affuetus Atticae dictioni fingula nomina commutare non definat, dicens neque comprehenfibile, neque comprehenfionem, neque comprehenfivam imaginationem; neque his oppofita, ut quae privative dicuntur,

ἀκα[17]τάληπτον φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτήν. ὡς δὲ καὶ τρία βιβλία γράψας, ἓν μὲν πρὸς Ἀδριανὸν, ἕτερον δὲ πρὸς Δρύσωνα, καὶ τρίτον πρὸς Ἀρίσταρχον, ἅπαντα περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἐπέγραψε. καὶ καθ᾽ ὅλα γε αὐτὰ γενναίως ἀγωνίζεται, πειρώμενος ἐπιδεικνύναι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν ἀνύπαρκτον.

Κεφ. β΄. Ἐγὼ δ᾽ οὔτ᾽ ἄλλο τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν παρὰ τὸ γνωστὸν, οὔτ᾽ ἄλλο τι τὸ κα(7)ταλαμβάνεσθαι τοῦ βεβαίως γιγνώσκειν, ἀνάλογον δ᾽ αὐτοῖς λέγεσθαι τήν τε κατάληψιν καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν, ἢ ἀκούειν, ἢ ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις, ἔνια δὲ οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἀλήθειαν ὁρῶμεν, ἢ ὅλως αἰσθανόμεθα, ταυτὶ μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι πλὴν Ἀκαδημιακῶν τε καὶ Πυῤῥωνείων εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νομίζουσιν, ἃ δ᾽ ὄναρ ἢ παραπαιόντων ἡ ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ ταῦθ᾽ ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ

incomprehenfibilem imaginationem, vel ipfam incomprehenfionem. Ut autem tres libros fcripfit, unum ad Adrianum, fecundum ad Drufonem, et tertium ad Ariftarchum; hos omnes infcripfit de imaginatione comprehenfiva, et per omnes hos libros ftrenue disputat, conatus demonftrare, non dari comprehenfivam imaginationem.

Cap. II. Ego vero nihil aliud comprehenfibile puto fignificare, quam cognofcibile; neque aliud comprehendere, quam certo cognofcere; fimilem vero his dici comprehenfionem et comprehenfivam imaginationem. Cum enim quaedam putamus vel videre, vel audire, vel omnino fentire, quemadmodum in fomniis et deliriis; quaedam vero non arbitramur folum, fed revera videmus, vel omnino fenfu percipimus: haec quidem pofteriora omnes homines, praeter Academicos ac Pyrrhonios, ad certam cognitionem venire credunt; quae vero per fomnia, aut quae delirantium fingit animus, falfa effe haec omnia. Si autem fic rem fe habere concedant,

συγχωροῦσιν αὐτὸ τοῦθ᾽ οὕτως ἔχειν, ἐξαλειψάτωσαν, ἐν οἷς γράφουσι, μήτε τοῦ μαινομένου τὸν σωφρονοῦντα, μήτε τοῦ νοσοῦντος τὸν ὑγιαίνοντα, μήτε τοῦ κοιμωμένου τὸν ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν. εἰ δ᾽ οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ἐστὶν ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γνωστὸν, συγκέχυται μὲν δήπου τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια, οὔτ᾽ αὐτος ὁ διδάσκαλος ὁ Ἀκαδημιακὸς, οὔτ᾽ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δυνήσεται κρῖναι τοὺς εἰς ἑκάτερα τῶν ἀντικειμένων εἰρημένους λόγους. ἔτι δὲ οὐ δεησόμεθα τὴν ἀρχὴν τοιούτων διδασκάλων, δυνάμενοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιῃρημένων ἀναγινώσκειν, καὶ οὐδὲν ἧττον τῶν Ἀκαδημιακῶν εἰδέναι. κἂν ἀσαφές αὐτῶν τὶ ᾖ, τὸ μὲν παρὰ τῷ Χρυσίππῳ τοῖς Στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὀνομάζειν ἐστὶ, τὸ δὲ παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ἀριστοτέλει τοῖς περιπατητικοῖς. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων, ὥστ᾽ οὐδὲν ἄν τι λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀκαδημιακοῖς, ὅσον ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου λόγῳ. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις αὐτὸ δὴ τοῦτο ἦν δίδαγμα, τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀνθρώπῳ δεδομένον ὑπὸ τῆς φύσεως,

deleant ea, quae funt in libris, in quibus fcribunt, neque fapientem infano, neque fanum aegro, neque vigilantem dormiente, fide digniorem ad rerum cognitionem effe. Si vero nihil magis ipfis, quam contrario modo affectis cognofcibile, confufa funt certe cognofcendae veritatis inftrumenta; neque ipfe praeceptor Academicus, nec ejus difcipulus poterit judicare de rationibus dictis in utramque partem oppofitorum. Praeterea non indigebimus a principio ejusmodi praeceptoribus, cum et ipfi poffimus fcripta, quae a fectarum auctoribus funt ex oppofito divifa, perlegere, nec minus quam ipfi Academici dignofcere; et fi quid ipforum obfcurum fit, id quod apud Chryfippum, Stoicis praeceptoribus; quod autem apud Theophraftum et Ariftotelem, ipfis Peripateticis certius nominare liceat; et fic de caeteris, ita ut nihil Academicis ad doctrinam fit reliquum juxta Favorini rationem. Senioribus enim hoc erat praeceptum, nullum effe judicandi inftrumentum homini conceffum a natura, quo cuncta, compara-

ᾧ παραβάλλων ἕκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγνώσεται. διὸ μήδ᾽ ἀποφήνασθαι περὶ μηδενὸς ἠξίουν, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχειν ἀεί. ἀλλ᾽ εἰ δὴ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις αἴσθησιν ἱκανῶς συγχωρήσουσιν ἡμῖν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τῆς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρήσεως, ἀλλ᾽ ἑτέρου τινὸς ἀπαιτήσεως, μᾶλλον μὲν τοὺς τεχνίτας παρέχοντας τοῖς μαθηταῖς εὐθέως, ἀλλ᾽ ἕτερον τὸ λογίζεσθαι, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν. τοῦτο δ᾽ ἔστι τὸ ἐπισταθῆναι τῷ γυμναζομένῳ, καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθούμενον μόνα. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορθοῦται τὰ τῶν παλαιόντων ἁμαρτήματα. καὶ ὁ γραμματικὸς, καὶ ὁ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης, καὶ μουσικὸς, οὕτω διδάσκουσιν οὐ διασείοντες, οὐδὲ σαλεύοντες τῶν μαθητῶν ἣν ἔχουσι πίστιν ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις, ἀλλ᾽ ἐφεστῶτες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι περ ἂν ἀναμαρτήτους ἀποδείξωσι, τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας, ἀλλ᾽ οὐχὶ τὴν ἐποχὴν εἰσάγοντες. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ ταῖς ἐνεργείαις σὺν αἰσθήσεσιν ἀπιστεῖν ἀνατιθέντες, ἢ τοῖς ὑπὸ

tione facta, accurate cognoſceret. Quapropter nihil de ulla re volebant affirmare, ſed de omnibus ſemper anceps ferre judicium. Sed ſi nobis concedant, ut decet, naturalibus judicandi inſtrumentis ſenſum ſufficienter ineſſe, nulla jam nobis opus erit argumentatione in utramque partem, ſed alia quadam repetitione, ut artifices non ſtatim artem diſcipulis praebent, ſed aliam argumentationem, a multis dictam calculis computationem, hoc eſt, praeeſſe ei, qui exercetur, et attendere, in quibus hic fallitur, eaque ſola corrigere. Similiter et puerorum gubernator luctantium errores emendat, et grammaticus et rhetor et geometra et muſicus ſic docent, non labeſactantes, neque convellentes, quam diſcipuli ſidem habent de naturalibus inſtrumentis judicandi, ſed ipſis exercendis praefecti, donec ſingulas actiones edant inculpatas; non vero ad epochen adducunt. Ipſi enim ſunt, qui in actionibus cum ſenſibus diffidentiam afferunt,

του βεβαίως γιγνωσκομένοις καταφρονεῖν. ὁ γοῦν Καρνεάδης οὐδὲ [18] τοῦτο τὸ πάντων ἐναργέστατον συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα μεγέθη καὶ ἀλλήλοις ἴσα γίγνεται. τοὺς μὲν οὖν λόγους, οἷς ἐπιχειρεῖ λύειν καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πάμπολλα τῶν ἐναργῶς τὶ εἶναί σοι φαινομένων τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε σωζομένους ἔχομεν. ἀπόκεινται γὰρ ἐν γράμμασιν ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ συναθροισθέντες. αἱ λύσεις δ᾽ οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνων, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς εἴρηνται τῶν μετ᾽ αὐτὸν Ἀκαδημιακῶν. ἆρ᾽ οὖν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε μόνον, ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες οὗτοι, καὶ ζητητέον τὴν λύσιν αὐτῶν ὑμῖν, ὦ μαθηταί. μοχθηρὸν μὲν γὰρ τοῦτο, σμικρότερον δ᾽ ὅμως οὐ πεποιήκασιν οἱ γράψαντες μὲν αὐτοὺς, μὴ δηλώσαντες δ᾽ ὑμῖν, ὁποῖοί τινές εἰσι.

Κεφ. γ᾽. Ἡδέως δ᾽ ἂν ἠρόμην, εἴπερ ἦν ὁ Φαβωρῖνος, ἆρά κελεύει με πείθεσθαι αὐτοῖς ἅπασι τοῖς λόγοις, ἢ σκοπεῖσθαι, πότερον ἀληθεῖς εἰσὶν, ἢ ψευδεῖς. ἓν δὴ γὰρ

vel ea contemnunt, quae ab aliquo certo cognoſcuntur. Carneades igitur neque id, quod eſt omnium evidentiſſimum, credendum eſſe concedit, quod magnitudines uni aequales ſunt et aequales inter ſe. Habemus igitur rationes, quibus haec ſolvere contendit, et alia quam plurima eorum, quae evidenter exſiſtere tibi apparent ac creduntur, adhuc ad id conſervatas. Ab ejus enim diſcipulis collectae ſcriptis mandatae fuerunt; ſolutiones vero neque ab ipſis, nec ab ullo alio Academicorum poſt eum allatae ſunt. Igitur ſi nihil aliud, ſaltem hoc unum demonſtravit, quod fallaces ejusmodi ſint rationes, et quaerendam eſſe nobis harum ſolutionem, o diſcipuli. Improbum illud eſt, nec tamen minus improbe fecerunt, qui has ſcripſere rationes, nec, quales eſſent, nobis indicarunt.

Cap. III. Libenter quaererem, ſi Favorinus adeſſet, an jubeat omnibus his rationibus aſſenſum me praebere, vel conſiderare, utrum verae ſint, vel falſae; unum

σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν. ἠρόμην δ᾽ ἂν ἐπὶ τῷδε πάντως, εἰ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει διακρίνειν ἀληθεῖς λόγους ψευδῶν, ἢ μέθοδός ἐστι τῆς ἑκατέρων γνώσεως. εἰ μὲν γὰρ φύσει, πῶς οὐχ ὁμολογοῦμεν ἀλλήλοις ἅπαντες, οὐδ᾽ ὡσαύτως ἀποφαινόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν; εἰ δὲ μέθοδός τίς ἐστιν, αὐτὴν πρώτην μαθεῖν ἐδεήθην. ἑξῆς δὲ ἐπιστατοῦντας αὐτοὺς γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐπὶ παραδειγμάτων πλειόνων, ὥσπερ οἱ παλαίειν μανθάνοντες, ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ οἰκοδομεῖν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ ἀναγιγνώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὅλως ὁτιοῦν ἐνεργεῖν κατὰ τέχνην. εἰ μὲν οὖν ἔγραψέ τις τῶν Ἀκαδημιακῶν, οἷον μέν τι χρῆμά ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, οἷον δὲ σόφισμα, καὶ ὡς χρὴ διαγιγνώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ γυμνάζεσθαι κατὰ ταῦτα, ὡς ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν, ὡς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρουμένων τῶν μαθητῶν, πλὴν ὅτι περιττός ἐστιν, ἐδίδασκεν ὁ Ἀκαδημιακὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἔχομέν τε ἡμεῖς τοὺς ἰδίων τῶν δογμάτων διδασκάλους. εἰ δ᾽ οὔτ᾽ ἔγραψέ τις

enim confiderandum effe conceffit. Quaererem autem in univerfum, num a natura fingulis hominibus infitum fit discernere veras rationes a falfis; vel fit aliqua ratio artificiofa ad utrarumque cognitionem. Si enim a natura, quidni omnes inter nos confentimus et eadem de iisdem rebus pronunciamus? Si vero fit quaedam methodus, ipfam primo oportuit addifcere, deinde ludo praefectos ipfos difcipulos vario modo, exemplis quamplurimis exercere; ut eos, qui luctandi artem difcunt, vel futoriam, vel aedificatoriam, vel naves compingendi, vel rhetoricam, vel legendi, vel fcribendi, vel alio quovis modo fecundum artem operari. Si igitur quispiam Academicus fcripferit, quid fit demonftratio, quid fophisma, et quomodo oporteat ea dignofcere, et quemadmodum circa ea fefe deceat exercere, ut Favorinus permittit judicium difcipulis, in utramque partem difputantibus, nifi cum aliquid fupervacaneum fuerit; docuerit Academicus fingula, quae dicta funt: nos vero habemus fingularum praeceptionum doctores. Si vero nullus de ipforum differentia fcripferit,

ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, οὔτ᾽ ἐγύμνασεν, ὅμοιόν τι ποιεῖ τέκτονι κελεύοντι τῷ μαθητῇ μετρῆσαί τε καὶ στῆσαι καὶ ἀποτεῖναι, καὶ κύκλον γράψαι, χωρὶς τοῦ πῆχυν δοῦναι, καὶ ξυστὸν, καὶ κανόνα, καὶ κιρκίνον. ἀλλ᾽ ἴσως φησὶ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ δόγμασι. μὴ τοίνυν ἔτι προςποιοῦ γιγνώσκειν τι, μηδ᾽ ἀποφάναι, μηδ᾽ ἀποδίδρασκε τὴν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἀκαδημιακῶν εἰσαγομένην ἐποχὴν, μηδὲ σεμνύνου γραμματικοῦ ποιῶν ἔργον, ἃ μὲν εἰρήκασιν οἱ πρόσθεν ἐκμεμελετηκώς. ὅτι δὲ αὐτῶν ὑγιές ἐστιν οὐδὲν, εὔδηλον ἐννόῳ. οὐδὲ γὰρ διδασκάλου τόγε τοιοῦτον ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἀδολεσχία τις ἢ λῆρος. πόθεν οὖν ἐλπὶς ὑπολείπεται τῆς τῶν ἀληθῶν εὑρέσεως; ᾧ γὰρ οὐδὲν ὑπάρχει κριτήριον ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, ἀνέλπιστος ἡ γνῶσις αὐτοῦ. ἐγχείρησον δὲ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ἡμῖν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον, ὥστε γε μετὰ τοῦτο τολμηρῶς. ἡμῖν μέντοι ἴσως φησὶν, αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῆ κριτήρια τοῦ ἀληθοῦς εἶναι, συγχωρήσειεν ἄν τις ἐν λογικαῖς

aut exercitationem formaverit, fimile quid agit, ac faber praecipiens difcipulo, ut metiatur, dirigat, extendat, ac circulum defcribat, nec illi praebet cubitum, libram, regulam, aut circinum. Sed nihil fortaffis, inquit, in philofophia et praeceptis ineft fimile. Ne igitur affimules te aliquid cognofcere, aut enunciare, aut discedere ab allata a veteribus Academicis epoche, nec te jactes, dum grammatici opus perficis, qui te exerces in iis, quae antiqui dixerunt. Apud ipfos autem nihil effe praeclari manifeftiffimum eft animadvertenti. Neque enim id proprium praeceptoris eft, fed nugacitas quaedam et deliramentum. Unde igitur fpes veritatis inveniendae relinquitur? Cui enim nullum eft veri et falfi judicandi inftrumentum, ejus eft infperata cognitio. Aggredere autem folum fophiftas docere, nobis a natura nullum infitum effe judicandi inftrumentum, ut certe poftea audacter afleveralti. Nobis autem fortaffe dicit, fenfum et intellectum certa effe veri judicandi inftrumenta, quod quis concederet in logicis volens inani

κυλινδεῖσθαι βουλόμενος ἐλπίσι ματαίαις. ὅσοι [19] δ᾽ ἀνῃρήκασιν ὅλην τὴν ἐλπίδα, καθάπερ ἐκεῖνος, μάτην φλυαροῦσι. εὔδηλος οὖν ἐστὶν ὁ Φαβωρῖνος, αἰδοῖ μὲν ἀνατρέπων πάντα, καὶ ἀγνοεῖν ὑπάρχειν ὁμολογῶν, ὅθεν ὑπάρχειν οἱ πρόσθεν ἔλεγον Ἀκαδημιακοί τε καὶ Πυῤῥώνειοι· προσποιούμενος δ᾽ ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν τοῖς μαθηταῖς, ἣν οὐδὲ ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν οἱ πρὸ αὐτοῦ.

Κεφ. δ΄. Ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῶν μανθανόντων ὁτιοῦν, οἵαν ἐννοεῖται Φαβωρῖνος, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀρίστη τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ οὐδὲ διδασκαλία τὴν ἀρχὴν, ἐναργῶς οἶμαι δεδιδάχθαι. ἂν δ᾽ οἱ λοιποὶ πάντες, διδασκαλίαι μέν εἰσιν, εἰ δ᾽ ἄρισται, σκοπῶμεν, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὖθις ἀρξάμενοι. φαίνεται γὰρ ἡμῖν ἐναργῶς τοῦτο, κἂν ὅτι μάλιστα αὐτοῖς ἄπιστον ἐργάσασθαι σπουδάζουσιν οἱ σοφισταὶ, μηδὲν εἶναι κριτήριον φυσικόν. ὁ μὲν γὰρ κιρκίνος γράφει τὸν κύκλον, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὰ μήκη, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη. ταῦτα (8) δὲ αὐτὸς κατεσκεύασεν

quadam fpe volutari. Quicumque autem omnem fpem fustulerunt, quemadmodum ipfe, fruftra nugantur. Confpicuus igitur eft Favorinus, quem pudet, dum omnia fubvertit, et fatetur fe ignorare, unde orta fint ea, quae veteres Academici et Pyrrhonii dixere, fimulans difcipulis fe judicium permittere, quod nec fibi ipfis illi, qui ante ipfum fuere, permiferunt.

Cap. IV. Quod vero haec via docendi eos, qui aliquid addifcunt, qualem Favorinus intelligit, non folum inter caeteras non fit optima, fed nec doctrinam effe, ab initio abunde demonftratum arbitror. Reliquae vero omnes doctrinae quidem funt; an vero fint optimae, videamus, primum ab iisdem rurfus incipientes: id enim nobis et manifeftum apparet, quamvis illud incredibile reddere conentur fophiftae, nullum videlicet effe naturale judicandi inftrumentum. Circinus enim circulum defcribit, cubitus magnitudinem discernit, ut libra, quae pondus habent. Haec autem omnia ipfe fibi paravit

ἄνθρωπος, ἐκ τῶν φυσικῶν ὀργάνων τε καὶ κριτηρίων ὁρμώμενος, ὧν ἀπωτέρω κριτήριον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε σεμνότερον ἔχομεν. εἰ τοίνυν ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι δεῖ, λέγει γὰρ πάλιν ὁ νοῦς, ὅτι πιστεῦσαι μὲν ἢ ἀπιστῆσαι ὡς τῷ φυσικῷ κριτηρίῳ δυνατὸν ἡμῖν ἐστι, κρῖναι δ᾽ οὐ δυνατὸν αὐτὸ δι᾽ ἑτέρου τινός. ᾧ γὰρ κρίνεται τἄλλα πάντα, πῶς ἂν τοῦτο πρὸς ἄλλου κριθείη; πιστεύειν βούλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναργῶς ὁρῶσι, καὶ τῇ γλώσσῃ γευομένῃ, τουτὶ μὲν μῆλον εἶναι, τουτὶ δὲ σῦκον, ἢ μὴ πιστεύειν; ὑπείσομαι ὃ βούλει ποιεῖν ἐφ᾽ ἡμῖν, εἰ μέντοι σπεύδεις διαλέγεσθαί μοι. μὴ πιστεύοντος δὲ, ὡς παρὰ φύσιν ἔχοντος ἀφίσταμαι. κείσθω πρότερον ἀπιστεῖν σε, μηδὲν ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ᾽ ἐμοῦ. τοῦτο γὰρ ἄρτι πέπαυμαι λέγων. ὑποκείσθω δέ σε πιστεύειν, ἐλπίζεσθαι μαθήσεσθαι παρ᾽ ἐμοῦ κρίνειν. ἀλλ᾽ ἐγὼ τὰ μὲν αἰσθητὰ τοῖς ἐναργῶς αἰσθήσει φαινομένοις, τὰ δὲ νοητὰ τοῖς ἐναργῶς νοουμένοις. ἐπεὶ δ᾽ ἐκ τῶν φυσικῶν κριτηρίων αἱ τέχναι πᾶσαι κατασκευάζουσιν ὄργανά τε

homo naturalibus organis, et judicandi impulſus inſtrumentis, ultra quae judicandi inſtrumentum nec antiquius habemus, nec praeſtantius; hinc igitur oportet auſpicari. Rurſus enim dicit animus, quod nobis poſſibile eſt credere, vel non credere naturali judicandi inſtrumento, hoc vero non eſt poſſibile alio inſtrumento judicare; quo enim judicantur caetera omnia, quomodo et illud ab alio judicaretur? vis credere oculis clare videntibus, et linguae guſtanti, hoc eſſe pomum, illudfi cum, vel non credere? Concedam quicquid nobiscum volueris facere, ſi cupias mecum disputare: a te vero non credente recedam tamquam affecto praeter naturam. Primo ſupponatur, te non credere, nec quicquam ſperare ex me diſcere (hoc enim nuper abstinui dicere). Supponatur vero, te credere, ſperare ex me judicium addiſcere. Ego vero ſenſilia per ea, quae evidenter a ſenſibus percipiuntur, intelligibilia vero per ea, quae intellectu concipiuntur, credibilia judico. Cum autem ex naturalibus inſtrumentis judicandi artes omnes conſtituantur, organa vero et

καὶ κριτήρια τεχνικὰ, δι᾽ ὧν τὰ μὲν αὐτοῖς συντιθέασι, τὰ δὲ ὑφ᾽ ἑτέρων συγκείμενα κρίνουσιν, κᾀγὼ διδάξω ὅλως, ὄργανά τε καὶ κριτήρια, τὰ μὲν οἷς κατασκευάσεις τοὺς ἀληθεῖς λόγους, τὰ δ᾽ οἷς τοὺς ἐφ᾽ ἑτέρων κρινεῖς γεγονότας. ἔχει γὰρ οὕτως τὸ πᾶν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τι φαίνοιτο πρὸς αἴσθησιν ἢ νόησιν ἐναργῶς, οὐ χρήζει τοῦτο ζητήσεως. εἰ δὲ μήτε τι τοιοῦτον ὑπάρχῃ, τῆς ἐξ ἑτέρου προσδεῖται γνώσεως. ἐγὼ μὲν ἐπαγγέλλομαί σοι διδάξειν ἔνια μὲν τοῖς κατὰ τὰς τέχνας ὀργάνοις ἀνάλογα, ἐξ ὧν εὑρήσεις τὸ ζητούμενον· ἔνια δὲ τοῖς κριτηρίοις, ἐξ ὧν τὸ δοκοῦν εὑρῆσθαι κρινεῖς. ἐπειδὰν δὲ μάθοις ταῦτα, ἐπὶ πολλῶν παραδειγμάτων γυμνάσω σε ταχέως τε ἅμα καὶ ἀκριβῶς εὑρίσκειν, καὶ κρίνειν τὸ ζητούμενον, ὥστ᾽ οὐδὲ βιβλίου δεήσει τινὸς ἔτι ἤδη πρὸς τὴν τῶν ἀληθῶν εὕρεσιν, οὔτε διδασκαλίας ἑτέρας, εὐθύς τε δήπου καὶ τοὺς ἄλλο τι λέγοντας ὧν εὕροις, ἑτοίμως γνωρίσειας. [20] ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν γιγνώσκων εὐθεῖαν οὖσαν οὐ δεῖται δι-

inftrumenta judicandi artificialia, per quae alia ipfi fibi componunt, alia autem ab aliis compofita judicant, et ego oftendam in univerfum, organa et inftrumenta judicandi, tum ea, quibus parabis veras rationes, cum ea, quibus ab aliis allatas judicabis. Totum enim fic fe habet. Siquid enim ex fe ipfo appareat fenfui vel intellectui manifefte, disquifitione non indigebit; at fi quid tale non exfiftat, quae ab alio fumitur, eget cognitione. Ego vero me polliceor te docturum quaedam inftrumentis, quae ab arte fiunt, refpondentia, quibus quaefitum invenias; alia vero judicandi inftrumentis, quibus, quod tibi videbitur, inventum fuiffe judicabis. Cum autem haec didiceris, multis te exemplis exercebo, ut celeriter et perfecte invenire poffis; et judicare id, quod quaeritur; ita ut nullo jam amplius libro indigeas ad inventionem veri, nullave alia inftitutione, et ftatim dignofcas eos, qui dicunt alia ab iis, quae inveneris. Quemadmodum enim, qui cognofcit rectam viam effe rectam, non indi-

δασκαλίας ἑτέρας εἰς ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων, οὕτω καὶ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀποδείξεως ἐκμαθὼν, εὐθὺς ἅμα ταύτῃ καὶ τὰς πεπλανημένας γνωρίζει.

Κεφ. ε'. Φαβωρῖνος δέ μοι δοκεῖ παραπλήσιόν τι ποιεῖν τῷ φάσκοντί σε εἶναι τυφλὸν, δύνασθαι δὲ κρίνειν, πότερος ἡμῶν ἐστι ῥυπαρώτερος ἢ λευκότερος· οὐκ ἐννοῶν, ὅτι τῷ μὲν μέλλοντι τὰ τοιαῦτα κρίνειν ὑπάρχειν χρὴ πρότερον ὄψιν. οὐ μὴν οὐδὲ διαφέρει πρὸς τὴν κρίσιν, ἢ μήδ' ὅλως ἔχειν ὄψιν, ἢ ἔχοντα μὴ πιστεύειν αὐτῇ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτι ᾧ κρίνομεν, ὁποῖόν ἐστί τι, καὶ ὅτι τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἴσα ὑπάρχει, καθάπερ τοῖς ὄνοις οὐκ ἄν τις ἐπιτρέψειεν, ὅτι μήδ' ὅλως ἔχουσι νοῦν, οὕτως οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μηδὲ οὗτοι πιστὸν ἔχουσι τὸν νοῦν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρὸς τὴν τῶν κρινομένων διδασκαλιῶν ἀπιστίαν, ἢ μήδ' ὅλως ἔχειν τὸ κριτήριον, ἀλλ' ἢ ἀπιστεῖν αὐτῷ. γελοῖός οὖν ἐστιν ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπων κρίνειν τοῖς μαθηταῖς, ἄνευ τοῦ συγχωρῆσαι τὴν πίστιν τοῖς κριτηρίοις. εἰ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐναργὲς τῷ νῷ,

get alia doctrina ad redarguendum eos, qui aberrant: fic et qui rectam demonftrationis viam didicit, ftatim fimul per ipfam cognofcit erroneas.

Cap. V. Favorinus vero mihi videtur fimiliter facere, ac fi quis diceret, te effe coecum, poffe vero judicare, quis noftrum fit fordidior, aut candidior, non cogitans, quod, qui talia judicaturus eft, ei prius oporteat ineffe vifum: atqui nihil refert ad judicandum, non omnino vifum habere, aut, cum habeas, ei non credere. Eodem quoque modo, quoniam id, quo judicamus, tale aliquid eft, et, quoniam, quae eidem funt aequalia, inter fe funt aequalia. Quemadmodum afinis nemo judicare permittet, quia mente carent; ita nec hominibus, fi mentem habeant, cui fides non poffit haberi. Nihil enim differt ad judicandum doctrinarum incertitudinem, vel nullo modo habere inftrumentum judicandi, vel ipfi non credere. Ridiculus eft igitur Favorinus, permittens judicium difcipulis, nifi concedat fidem ipfis inftrumentis judicandi. Si enim nihil evidens intellectui, quamvis ex fe credibile, rerum

ἢ πιστὸν ἐξ ἑαυτοῦ, διέφθαρται πάντων ἡ κρίσις. εἰ δ' ἔστι μὲν, ὥσπερ ὀφθαλμὸς τῷ σώματι, τοιοῦτος ἐν τῇ ψυχῇ νοῦς, οὐ μὴν ἅπασί γε ὁμοίως ὀξὺς, ἐγχωρεῖ, καθάπερ ὁ βλέπων ὀξύτερον ἐπάγει πρὸς τὸ θέαμα τὸν ἀμβλύτερον ὁρῶντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν νοημάτων, ὑπὸ τῶν φθασάντων ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ νοητὸν, ἐπάγεσθαι πρὸς τὴν θέασιν αὐτοῦ τὸν ἀμβλύτατον, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὁ διδάσκαλος, ὡς ὁ Πλάτων τε φησὶ, κἀγὼ πείθομαι. καὶ γέγραπταί γέ μοι περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ, ὅτι τοιαύτη τις οὖσα ἦν πρὸς τὴν νόησιν ἐναργὴς ἡ διδασκαλία. γέγραπται δὲ καὶ, ὅπως ἄν τις ὁρμώμενος ἀπὸ τῶν ἐν ἑκάστῳ στοιχείων τε καὶ ἀρχῶν ἀποδεικνὺς εἴη μάλιστα πᾶν, ὅσον ἀποδειχθῆναι δυνατὸν, οὐχ ὡς ὁ θαυμαστὸς Φαβωρῖνος, ἓν ὅλον γράψας βιβλίον, ἐν ᾧ δείκνυσι μηδὲ τὸν ἥλιον εἶναι καταληπτὸν, ὡς ἐπιλήσμοσιν ἡμῖν ἑτέρωθι διαλέγεται, συγχωρεῖ τέ τι βεβαίως εἶναι γνωστὸν καὶ τοῦτ' ἐπιτρέπων αἱρεῖσθαι τοῖς μαθηταῖς.

omnium perit judicium; ſi autem ſit quidem, ut oculus in corpore, ita mens in anima, non equidem omnibus aeque perſpicax, conſentaneum eſt, quemadmodum, qui cernit acutius, adducit ad viſibile eum, qui videt obſcurius, ſimili modo in intellectionibus; qui enim caeteris antecellit in evidenti cognitione rei intelligibilis, ad ejus contemplationem adducit maxime caecutientem, et hic eſt praeceptor, ut inquit Plato, et ego fateor, et de his ſcriptum eſt a me fuſius in tractatu de demonſtratione, quoniam talis eſt quaedam evidens doctrina ad intellectionem. Scriptum eſt autem, quomodo quis exorſus in unaquaque re ab elementis et principiis poſſit maxime demonſtrare, quicquid poſſibile eſt demonſtrari; non ut mirandus ille Favorinus, qui totum unum librum ſcripſit, in quo oſtendit, ne ſolem quidem eſſe comprehenſibilem, et quaſi cum obliviosis nobiscum alibi disputat, conceditque aliquid certo eſſe cognoſcibile, et illud diſcipulis eligere permittit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΟΤΙ ΑΡΙΣΤΟΣ ΙΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ.

Ed. Chart. To. II. [p. 556.] Ed. Baf. To. I. (p. 8.)

Οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν, ἐπιθυμοῦντες μὲν ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν, ὡς τούτου τυχεῖν, ἐπιτηδεύοντες, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. ἐπαινοῦσι μὲν γὰρ Ἱπποκράτην, καὶ πρῶτον ἁπάντων ἡγοῦνται, γενέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ, πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο πράττουσι. ὁ μὲν γὰρ οὐ μικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικήν φησι συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν, καὶ δηλονότι τὴν ταύτης ἡγουμένην ἐξ ἀνάγκης γεωμετρίαν. οἱ δ᾽ οὐ μόνον αὐτοὶ μετέρχονται τούτων οὐδέ-

GALENI QVOD OPTIMVS MEDICVS SIT QVOQVE PHILOSOPHVS.

Quod moris patiuntur athletarum plerique, cupientes quidem Olympiorum victores evadere, nihil autem moliri, quo id confequantur, ftudentes: idem et multis medicis accidit. Nam Hippocratem quidem laudant, ac omnium principem exiftimant. Ut autem fiant illi inter fimiles, ipfi omnia potius quam id agunt. Is etenim non exiguam partem ad medicinam ait aftronomiam conferre; ac omnino eam, quae ipfam neceffario praecedit, geometriam. Ii vero non folum ipfi ab his utrisque ab-

τερον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετιοῦσι μέμφονται. καὶ μὲν δὴ καὶ φύσιν σώματος, ὃ μὲν ἀκριβῶς ἀξιοῖ γιγνώσκειν, ἀρχὴν εἶναι φάσκων αὐτὴν τοῦ κατ᾽ ἰατρικὴν λόγου παντός. οἱ δ᾽ οὕτω καὶ περὶ τούτων σπουδάζουσι, ὡς οὐ μόνον ἑκάστου τῶν μορίων οὐσίαν ἢ πλοκὴν, ἢ διάπλασιν, ἢ μέγεθος, ἢ τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν θέσιν ἐπίστανται. καὶ μέν γε ὡς ἐκ τοῦ μὴ γιγνώσκειν κατ᾽ εἴδη τε καὶ γένη διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα, συμβαίνει τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτάνειν τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν, Ἱπποκράτει μὲν εἴρηται προτρέποντι τὴν λογικὴν ἡμᾶς ἐξασκεῖν θεωρίαν. οἱ δὲ νῦν ἰατροὶ τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἠσκῆσθαι κατ᾽ αὐτὴν, ὥστε καὶ τοῖς ἀσκοῦσιν, ὡς ἄχρηστα μεταχειριζομένοις, ἐγκαλοῦσι. οὕτω δὲ καὶ τοῦ προγιγνώσκειν τε τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι τῷ κάμνοντι νοσήματα, πολλὴν χρῆναι πεποιῆσθαι πρόνοιαν, Ἱπποκράτης φησίν. οἱ δὲ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς τέχνης ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδάκασιν, ὥστ᾽, εἴ τις αἱμοῤῥαγίαν ἢ ἱδρῶτα προείπῃ,

horrent, ſed eas ſectantes coarguunt. Ille idem naturam corporis, quam totius medicinae ordinis principium ſtatuit, optime cognoſcendam eſſe praecipit: at iidem iſti in ea re ita ſtudium ponunt, ut non modo nullius ex partibus corporis ſubſtantiam, aut formationem, aut magnitudinem, aut nexum, aut quae eſt cum propinquis communicatio, ſed ne poſituram quidem noſcant. Idemque, quod per genera ſpeciesque ignota ſit morborum diviſio, idcirco medicis a curandi ſcopis errare contingat, animadvertit Hippocrates, quum nos ad rationalem contemplationem adhortatur: noſtrae vero aetatis medici ita ab ejus ſtudio averſi ſunt, ut eos etiam, qui in ea re operam conſumant, quaſi inutilia tentantes reprehendant. Sic et ille idem Hippocrates ad praecognitionem morborum, et qui praeteriere, et qui praeſentes, et qui futuri aegro corpori ſint, multam nobis parari oportere providentiam admonuit: at iidem medici huic etiam artis parti usque adeo operam navant, ut, ſi quis fluxum ſanguinis e naribus aut ſudorem praedixerit, eum et

γόητά τε καὶ παραδοξολόγον ἀποκαλοῦσιν. σχολῇ γ᾽ ἂν οὗτοι τἄλλα προλέγοντός τινος ἀνάσχοιντο· [357] σχολῇ δ᾽ ἄν ποτε τῆς διαίτης τὸ σχῆμα πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τοῦ νοσήματος ἀκμὴν καταστήσαιντο· καὶ μὴν Ἱπποκράτης οὕτως γε διαιτᾷν κελεύει. τί δὴ οὖν ἐστὶ τὸ ὑπόλοιπον εἰς ὃ ζηλοῦσι τἀνδρός; ὁ γὰρ δὴ τήνδε τῆς ἑρμηνείας δεινότητα, τῷ μέν γε καὶ τοῦτο κατώρθωται. τοῖς δ᾽ οὕτω τοὐναντίον, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ἐστιν ἰδεῖν καθ᾽ ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας, ὃ μηδ᾽ ἐπινοῆσαι ῥάδιον. διόπερ ἔδοξέ μοι (9) ζητῆσαι τὴν αἰτίαν, ἥ τίς ποτ᾽ ἐστὶ, δι᾽ ἣν, καίτοι θαυμάζονται ἅπαντες τὸν ἄνδρα, μήτ᾽ ἀναγινώσκουσιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, μήτ᾽, εἰ καί τῳ τοῦτο παρασταίη, συνίησι τῶν λεγομένων, ἢ, εἰ καὶ τοῦτο εὐτυχήσειεν, ἀσκήσει τὴν θεωρίαν ἐπεξέρχεται, βεβαιώσασθαί τε καὶ εἰς ἕξιν ἀγαγεῖν βουλόμενος, εὑρίσκων δὴ καὶ σύμπαντα κατορθούμενα βουλήσει τε καὶ δυνάμει τοῖς ἀνθρώποις παραγιγνόμενα. θατέρου

magum et admirabilia contraque opinionem omnium loquentem exclament: ut iidem isti multo etiam minus, si quid aliud praedictum sit, sustineant: multo minus formam rationis victus ad morbi futurum vigorem constituant, quanquam ejusmodi rationem ciborum habendam censet Hippocrates. Quid igitur reliquum est, in quo virum aemulantur? siquidem non in dicendi gravitate, cujus laudem ille assecutus est: hi vero ita sunt ab ea virtute remoti, ut eorum multos videre liceat bis verbo in uno peccantes, quod ne intelligi quidem facile potest. Quibus de rebus quaerendam causam putavi, ob quam isti, quanquam omnes virum admirantur, a lectione tamen ejusdem scriptoris sese avertant; vel, si quis ejus scripta legit, non tamen ea intelligat, quae ab auctore dicuntur; vel, etiamsi intelligat, non tamen ad eam intelligentiam exercitationem adjungat, ut disciplinam confirmet, atque ad habitum perducat, compertum habens, nos eam laudem, quae in quocunque rerum genere summa est, voluntate simul et potentia consequi,

Ed. Chart. II. [357.] Ed. Baſ. I. (9.)

ἀφαιρεθέντων γὰρ πάντων τῶν ψευδῶς ὑπειλημμένων τὴν τέχνην ὠφελεῖν, καὶ πρὸς μόνας τὰς κοινότητας ἀποβλεπόντων ἡμῶν, οὔτε μακρὰν ἔτι τὴν ἰατρικὴν, οὔτε χαλεπὴν εἶναι, ῥᾴστην δὲ καὶ σαφῆ, καὶ μησὶν ἓξ ὅλην τάχιστα γνωσθῆναι δυναμένην. οὕτω μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν δίαιταν νοσημάτων, ὡς στενὸν (13) κομιδῆ συνῆχθαι τὸ πᾶν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ χειρουργίαν τε καὶ φαρμακείαν. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις καθόλου τινὰς κοινότητας ἐξευρίσκειν πειρῶνται, καὶ σκοποὺς ὑποτίθενται τῶν ἰαμάτων ὀλίγους τὸν ἀριθμὸν, ὥστ᾽ ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, οὐδὲ ἐν τοῖς πολυθρυλλήτοις ἓξ μησὶν, ἀλλὰ καὶ πολὺ θᾶττον ὅλην αὐτῶν τὴν τέχνην ἐκμαθεῖν ὑπῆρξεν. καὶ χρὴ χάριν οὕτω γινώσκειν αὐτοῖς τῆς συντόμου διδασκαλίας, εἴγε μὴ ψεύδονται· ψευδομένοις δὲ ὀλιγωρίαν ἐγκαλεῖν.

Κεφ. ζ. Ὡς δ᾽ ἄν τις μάλιστα δοκοίη μοι κρῖναι δικαίως, ἢ τυφλώττοντας αὐτοὺς περὶ τὸ χρήσιμον, ἢ μόνους τὸ περιττὸν ὀρθῶς φεύγοντας, ἤδη φράσω. καὶ γὰρ οὐδὲ σμικρὸν ἔοικεν εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, οὐδὲ μέχρι λόγου μοι

longam. Siquidem omnibus, quae artem juvare falſo putata ſunt, ablatis, et ad ſolas communitates nobis reſpicientibus, neque longam adhuc medicinam, neque difficilem, ſed facillimam et perſpicuam eſſe, quae tota ſex menſibus promptiſſime perdiſci queat. Hoc pacto enim in morbis, qui victus ratione ſanantur, univerſum in anguſtum adeo coactum eſſe; ſimiliter in iis, qui ex manu et medicamentis auxilium capiunt. Quin in illis quoque generatim quasdam communitates adinvenire ſtudent, ad haec remediorum ſcopos numero paucos ſtatuunt. Unde mihi non in decantatis ſex illis menſibus, ſed multo etiam citius tota illorum ars diſci poſſe videtur. Atque gratia illis habenda eſt de tam compendioſa diſciplina, ſi modo non mentiantur. Mentientes autem negligentiae accuſandi ſunt.

Cap. VII. Verum ut potiſſimum aliquis juſte mihi videatur judicare, ipſos vel in utilibus hallucinari, vel ſolos ſupervacua recte fugere, jam aperiam. Enimvero neque exigua conſideratio haec mihi eſſe videtur, neque ad

Ed. Chart II. [292.] Ed. Baf. I. (13.)

προϊέναι μόνον, ὥσπερ τοῖς ἐμπειρικοῖς τε καὶ δογματικοῖς, ὅσα περὶ τῆς πρώτης τῶν βοηθημάτων εὑρέσεως φιλονεικοῦσι, περὶ τῆς νῦν χρήσεως ὁμολογοῦντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ἤτοι μεγάλα βλάπτεσθαι τὰ τῆς τέχνης ἔργα πρὸς τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεως ἀναγκαῖον, ἢ μεγάλ' ὠφελεῖσθαι. διττῆς δὲ τῆς ἐν τοῖς πράγμασι κρίσεως οὔσης, τῆς μὲν διὰ λόγου μόνου, τῆς δὲ διὰ τῶν φαινομένων ἐναργῶς, ἡ μὲν ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ λόγου, μείζων ἢ κατὰ τοὺς εἰσαγομένους ἐστίν· οὐκ οὖν αὐτῆς νῦν ὁ καιρός· ἡ δὲ ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ φαίνεσθαι, κοινὴ πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχει. τί οὖν κωλύει ταύτῃ πρώτῃ χρήσασθαι, σαφεῖ τε ἅμα τοῖς εἰσαγομένοις οὔσῃ, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν μεθοδικῶν τετιμημένῃ; διαπαντὸς γοῦν οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ φαινόμενον ὑμνοῦσι, καὶ τοῦτο πρεσβεύουσιν ἐπὶ παντὶ, καὶ τὸ ἄδηλον ἅπαν ἄχρηστον εἶναι λέγουσι. φέρε δὴ πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν προκαταρκτικῶν λεγομένων αἰτίων, κανόνα τῆς κρίσεως τὸ φαινόμενον τιθέμενοι. καὶ πρῶτός γε ὁ μεθοδικὸς παρελθὼν ὧδέ πως λεγέτω· Τί δή ποτε ψύξεις

verba tantum procedere, quemadmodum Empiricis et Dogmaticis, quum de prima auxiliorum inventione contendunt, de praefenti ufu invicem convenientes, verum Methodicam fectam vel artis opera multum offendere, vel juvare multum neceffe eft. Quum autem duplex in rebus judicium fit, unum a ratione fola, alterum ab evidenter manifeftis profectum, prius majus eft, quam medicinae candidatis conveniat. Quare de hoc dicere nunc opportunum non eft. Alterum, quod in fola evidentia confiftit, omnium hominum commune eft. Quid igitur prohibet hac priore uti, quae fimul et medicinae candidatis fit manifefta, et ab ipfis Methodicis in pretio habita? Nihil enim aliud, quam quod apparet, femper laudibus extollunt, atque hoc ubique profitentur, latentia vero omnia in nullo ufu effe referunt. Age nunc primum caufas procatarcticas dictas infpiciamus, pro judicii regula, id quod fenfibus apparet, conftituentes, primusque Methodicus in medium progreffus hunc in

τε καὶ ἐγκαύσεις, καὶ μέθας, καὶ ἀπεψίας, καὶ πλησμονὰς, καὶ ἐνδείας, καὶ κόπους, καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐδεσμάτων ποιότητας, καὶ ἐθῶν ὑπαλλαγὰς, ὦ δογματικοί τε καὶ ἐμπειρικοὶ, μάτην πολυπραγμονεῖτε; [293] πότερον ταῦτ' ἰᾶσθαι μέλλετε, τὰς ἐν σώματι παρέντες διαθέσεις, ἃ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ πάρεστιν, οὐκέτι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλὰ αὐτὰ μὲν οἴχεται, τὸ δ' ὑπ' αὐτῶν γενόμενον ἐν τῷ σώματι μένει, καὶ τοῦτο χρὴ ἰᾶσθαι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πάθος. ἐπισκεπτέον οὖν αὐτὸ, οἷόν τί ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ στεγνὸν χαλαστέον, εἰ δὲ ῥοῶδες, σταλτέον, ὑφ' ὅτου ἂν αἰτίου γεγονὸς ἑκάτερον ᾖ. εἰς τί δὴ οὖν ἔτι τὸ αἴτιον ὠφελεῖ, μήτε τοῦ ῥοώδους ποτὲ χαλάσεως δεομένου, μήτε τοῦ στεγνοῦ στάλσεως, ἢ πάντως εἰς οὐδὲν, ὥς γε τὸ πρᾶγμα αὐτὸ δείκνυσιν. ὅμοιος δὲ ὁ λόγος τοῖς μεθοδικοῖς καὶ περὶ τῶν ἀδήλων καὶ συνεκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα περιττά φασιν εἶναι, τοῦ πάθους τὴν οἰκείαν θεραπείαν ἐνδεικνυμένου, καὶ χωρὶς τοῦ γνωσθῆναι τὴν αἰτίαν, ὑφ' ἧς ἐγένετο. τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ τῶν λόγων ἐπί τε

modum loquatur: Quid tandem, o Dogmatici et Empirici, frigus, aeftum, ebrietatem, cruditatem, plenitudinem, indigentiam, laffitudines, operationes, ciborum qualitates, et confuetudinum mutationes fruftra tam curiofe inquiritis? Utrum haec, affectionibus corporum neglectis, medicaturi eftis, quae nequaquam adfunt amplius, fed ipfa quidem abeunt? quod autem ab ipfis generatum eft, in corpore manet, atque huic (affectus enim eft) remedium exhibere oportet. Infpiciendum igitur eft, qualenam exiftat. Si enim aftrictus morbus, folvendum corpus eft; fi fluens, retinendum, a quacunque caufa generatus fit uterque. Ad quid igitur adhuc caufa confert, quum fluidum folutione nunquam indigeat, neque aftrictum retentione? Prorfus ad nihil, ut res ipfa declarat. Similia de obfcuris et continentibus caufis Methodici loquuntur. Nam illas quoque fupervacuas effe affirmant, morbo videlicet propriam curationem indicante, etiam caufa, quae ipfum fecit, incognita. Eodem

τὰς ὥρας, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰ χωρία μεταβαίνουσι, θαυμάζοντες κἀνταῦθα τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, εἰ μὴ συνίασιν οὕτως ἐναργοῦς πράγματος. ἡ γάρ τοι φλεγμονὴ, πάθος οὖσα στεγνὸν, ὥς φασιν, οὐ δήπου, θέρους μὲν εἰ γένοιτο, τῶν χαλώντων δεῖται βοηθημάτων, χειμῶνος δὲ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἀμφοτέραις ὥραις τῶν αὐτῶν. οὐδ' ἐπὶ μὲν τῆς τῶν παίδων ἡλικίας τῶν χαλαστικῶν, ἐπὶ δὲ τῆς τῶν πρεσβυτέρων τῶν στελλόντων. οὐδ' ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τῶν χαλώντων, Ἀθήνησι δὲ τῶν ἐπεχόντων. ἀνάπαλιν δὲ τῇ φλεγμονῇ τὸ ῥοῶδες πάθος ὑπάρχον οὐδέποτε τῶν χαλώντων, ἀλλ' ἀεὶ τῶν στελλόντων δεῖται, καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, καὶ ἦρος, καὶ φθινοπώρου, καὶ παιδὸς ὄντος τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἀκμάζοντος, καὶ γέροντος, καὶ εἰ τύχοι περὶ τὴν Θρᾴκην ἢ τὴν Σκυθίαν ἢ τὴν Αἰθιοπίαν εἶναι ὁ ἀῤῥωστῶν. οὐκ οὖν οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς οὐδὲν χρήσιμον εἶναί φασι, ἀλλὰ μάτην ταῦτα πάντα πολυπραγμονεῖσθαι. τί δὲ καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐπισκοπῆσαι; ἆρ' οὐ καὶ ταῦτα μάταια πρὸς ἔνδειξιν θεραπείας; ἢ τολμησάτω τις

dicendi modo ad anni tempeftates, aetates et loca defcendunt, admirantes, et hic veteres medicos rem tam claram ignorare. Nam inflammatio, quum morbus fit adftrictus, ut inquiunt, non quidem, aeftate fi oboriatur, laxantibus auxiliis opus habet, hieme vero aliis quibusdam, fed in utroque tempore eisdem. Neque in pueritia relaxantibus, in fenectute reprimentibus, neque in Aegypto refolventibus, Athenis cohibentibus. Contra quum inflammationi fluens morbus adfit, nunquam folventibus, verum perpetuo reprimentibus, et hieme, et aeftate, et vere, et autumno, et quum aegrotus puer eft, et quum juvenis, feu florens aetate, et quum fenex, five in Thracia, vel Scythia, vel Aethiopia fuerint. Quare nullum ex talibus ad quidvis conducere pronuntiant, fcilicet omnia haec fruftra disquiri inveftigarique. Quid jam corporis partium infpectio? Nonne et haec ad curationis indicationem fupervacua eft et inutilis?

εἰπεῖν, ὡς ἐν μὲν τῷ νευρώδει μορίῳ τὴν φλεγμονὴν χαλαστέον, ἐν δὲ τῷ ἀρτηριώδει, ἢ φλεβώδει, ἢ σαρκώδει σταλτέον. ἢ ὅλως, εἴ τι στεγνὸν ἔν τινι μέρει τοῦ σώματος γένοιτο, τολμησάτω τις εἰπεῖν, ὡς οὐ χαλαστέον αὐτὸ, ἢ οὐ σταλτέον τὸ ῥοῶδες. εἰ τοίνυν ἡ τοῦ μέρους φύσις οὐδὲν ὑπαλλάττει τῆς θεραπείας τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ γένος τοῦ πάθους ἡ τῶν βοηθούντων εὕρεσις, ἄχρηστος φανερῶς ἡ τοῦ μέρους ἐπίσκεψις. ὁ μὲν δὴ μεθοδικὸς τοιοῦτος, ὡς τύπῳ φάναι.

Κεφ. η΄. Παρίτω δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ δεύτερος ὁ ἐμπειρικὸς, ὧδέ πως λέγων· Ἐγὼ τῶν φαινομένων πλέον οὐδὲν οἶδα, οὐδὲ ἐπαγγέλλομαί τι σοφώτερον, ὧν πολλάκις ἐθεασάμην. εἰ μὲν δὴ ἀτιμάζοις τὸ φαινόμενον, ὥσπερ τινὸς ἔμπροσθεν ἀκοῦσαί μοι δοκῶ σοφιστοῦ, καὶ ἡμῖν ὥρα πρὸς τοὺς τιμῶντας αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἀπαλλάττεσθαι, οὐδ᾽ ἂν ἤδη νικῴης νίκην Καδμείαν. εἰ δ᾽, ὥσπερ καὶ κατ᾽ ἀρχὰς ἤκουσά σου, τὸ μὲν ἄδηλον ἅπαν ἄχρηστον εἶναι φάσκοντος, ἐπε-

Quisquamne audeat dicere, inflammationem in nervofa parte folvendam effe, in arteriofa, aut venofa, aut carnofa comprimendam? An omnino tam impudens quispiam fit, qui aftrictam corporis partem non digerendam effe, profluvio laborantem non continendam dictitet? Si igitur partis natura nihil curationis modum immutat, fed auxilia ex affectus genere inveniuntur, inutilis plane eft partis infpectio. At Methodicus quidem talis eft, ut formula quadam loquendi utar.

Cap. VIII. Accedat autem poft hunc fecundus Empiricus, hunc in modum inquiens: Ego quidem evidentibus nihil novi praeftantius, nec fapientius quicquam profiteor iis, quae faepenumero confpexi. Si equidem, quod evidens eft, id parvi ducas, quemadmodum prius aliquem fophiftam audiffe mihi videor, et nobis ad eos, qui evidens ipfum celebrant, difcedendi tempus fit, non utique Cadmeam victoriam referas. At fi, ut ab initio abs te audivimus, cujuslibet abditi nullum effe

σθαι δ' ὁμολογοῦντος τοῖς ἐναργέσι, τάχα ἄν σοι δείξαιμι τὸ παρορώμενον, ὑπομνήσας τοῦ φαινομένου. δηχθέντες ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος ἄνθρωποι δύο πρὸς τοὺς συνήθεις ἰατροὺς ἐπορεύθησαν ἰάσεως δεόμενοι. μικρὸν δ' ἦν ἑκατέρων τὸ ἕλκος, ὡς μηδὲ τὸ δέρμα πᾶν διῃρῆσθαι. καὶ τὴν θεραπείαν ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν ἐποιεῖτο τοῦ ἕλκους μόνον, μηδὲν ἄλλο πολυπραγμονῶν, καὶ ὀλίγων γε ἡμερῶν ὑγιὲς ἀπέφηνε τὸ μέρος. [294] ὁ δὲ ἕτερος, ἐπειδὴ λυττᾷν ἔγνω τὸν κύνα, τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ σπεύδειν εἰς οὐλὴν ἄγειν τὸ ἕλκος, ὥστε αὐτὸ τοὐναντίον ἀεὶ καὶ μᾶλλον εἰργάζετο μεῖζον, ἰσχυροῖς τε καὶ δριμέσι χρώμενος φαρμάκοις ἕως χρόνου συχνοῦ, καὶ πίνειν προσηνάγκαζεν αὐτὸν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ φάρμακα, καὶ λύττης ἰάματα, ὡς ἔφασκεν αὐτός. καὶ δὴ καὶ οὕτως ἐτελεύτα τὸ συμβὰν ἀμφοτέροις. ὁ μὲν ἐσώθη τε καὶ ὑγιὴς ἐγένετο, ὁ πίνων τὰ φάρμακα· ὁ δὲ ἕτερος, οὐδὲν ἔχειν οἰόμενος κακὸν, ἐξαίφνης ἔδεισέ τε τὸ ὕδωρ, καὶ σπασθεὶς ἀπέθανεν. ἆρά σοι δοκεῖ μάτην τὸ προκαταρκτικὸν αἴτιον ἐν τούτοις ἐρευνᾶσθαι; ἢ δι' ἄλλο τι ἀπέθανεν

ufum dicas, evidentia fequi confeffus, forfan oftendero in manifefti mentione, quod tu praeterifti. Homines duo a rabiofo cane morfi ad medicos familiares fibi remedia petituri concefferunt. Sed exiguum adeo utriusque vulnus erat, ut ne cutis quidem tota effet divifa. Alter itaque medicorum folius vulneris curationem moliebatur, de nulla re alia folicitus; et quidem paucis diebus partem fanam reddidit. Alter vero, quum rabire canem cognoviffet, contrarium a priore femper egit, vulnus multo majus faciens, validis diu acribusque medicamentis ufus, tum medicamentum interim adverfus rabiem confectum, ut ipfe dicebat, aegrum affumere coëgit, tantum abeft, ut cicatricem vulneri ftatim induxerit. Tu nunc, quem utriusque curatio eventum habuerit, audi. Qui medicamenta bibit, fanitati priftinae reftitutus eft. Alter, qui nihil fe mali habere putabat, fubito aquam expavit, et convulfus periit. Numquid hic evidens caufa in iis fupervacuo tibi inquifita effe videtur?

ὁ ἄνθρωπος, πλὴν διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τοῦ ἰατροῦ, μήτε πυνθανομένου περὶ τῆς αἰτίας μηδὲν, μήτε τὴν τετηρημένην ἐπ᾽ αὐτῇ θεραπείαν παραλαβόντος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ δι᾽ ἄλλο τι οὐδὲν φαίνεται, ἢ διὰ τοῦτο. ἐπεὶ δὲ τῷ φαινομένῳ ἕπομαι, παρελθεῖν οὐ δύναμαι τοιοῦτον οὐδὲν αἴτιον· οὔται δὲ καὶ ἡλικίαν οὐ δύναμαι παραδραμεῖν, οὐδὲ ἀτιμάζειν. καὶ γὰρ κἀνταῦθ᾽ ἀναγκάζει με πιστεύειν τὸ φαινόμενον, τῶν αὐτῶν κατὰ πάντα παθῶν οὐ πάντη τὴν αὐτὴν θεραπείαν ἐχόντων, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε τοσοῦτον διαφέρουσιν ἐν ταῖς διαφόροις ἡλικίαις, ὥστε μηδὲ ποσότητι μόνον, ἢ τρόπῳ βοηθημάτων διαλλάττειν, ἀλλ᾽ ὅλῳ τῷ γένει. πλευριτικοὺς γοῦν πολλοὺς ἀκμάζοντάς τε καὶ ἰσχυροὺς εἶδον ἐγὼ πολλάκις, καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν φλεβοτομουμένους, ἀλλ᾽ οὐδένα τῶν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ, ἢ κομιδῇ σμικρὸν παῖδα· οὔθ᾽ ὑμεῖς ἐτολμήσατε διὰ φλεβὸς κενοῦν, οὔτ᾽ ἄλλος οὐδεὶς οὐδεπώποτε. τί δὲ, ὅταν Ἱπποκράτης εἴπῃ, ὑπὸ (14) κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι; καὶ ὅταν αὖ πάλιν, θέρεος φαρμακεύειν τὰς ἄνω, χειμῶνος

An ob aliam vir ille mortuus eſt, quam medici negligentiam, qui nihil de morbi cauſa ſciſcitatus ſit, neque remedium ad eam obſervatam adminiſtrarit? Haec ſola, non alia, meo quidem judicio, cauſa mortis illius extitit. Quoniam vero manifeſta ſector, id genus cauſarum nullam praeterire poſſum, pari modo nec aetatem omittere, aut parvi facere. Nam et hic quoque mihi fidem facit id, quod apparet, dum iidem plane affectus non eandem ſemper curationem habeant, ſed interim in diverſis aetatibus tantum differre, ut non quantitate ſolum, vel modo auxiliorum, ſed toto genere varient. Novi namque ſaepius multis aetate florentibus, pleuriticis et validis etiam a nobis ſanguinem miſſum, verum nulli vel ſenio plane confecto, vel adhuc puero admodum. Neque vos auſi eſtis per venam vacuare, nec ullus alius unquam. Quid autem ſibi vult Hippocrates, quum ait: *Sub canicula, et ante eam purgationes difficiles.* Rurſus: *Aeſtate ſuperiores, per hyemem infe-*

δὲ τὰς κάτω; πότερον ἀληθεύειν ὑμῖν, ἢ ψεύδεσθαι δοκεῖ; καθ᾽ ἑκάτερον γὰρ ἀπορήσειν ὑμᾶς ἀποκρίσεως οἴομαι. ψεύδεσθαι μὲν γὰρ εἰ φαίητε, τὸ φαινόμενον ἀτιμάζετε, ὃ τιμᾷν προσποιεῖσθε. φαίνεται γὰρ οὕτως ἔχειν τἀληθὲς, ὡς Ἱπποκράτης λέγει. εἰ δ᾽ ἀληθεύειν εἴποιτε, προσίεσθε τὰς ὥρας, καὶ τὰς χώρας, ἃς ἀχρήστους ἀπεφήνασθε. νομίζω δὲ ὑμᾶς μηδὲ πόῤῥω που τῆς οἰκείας ἀποδημῆσαι πατρίδος, μήτ᾽ ἐν πείρᾳ γενέσθαι χωρίων διαφορᾶς. πάντως γὰρ ἂν ἠπίστασθε τοὺς μὲν ὑπὸ ταῖς ἄρκτοις οὐ φέροντας τὰς ἀθρόας τοῦ αἵματος κενώσεις, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς κατ᾽ Αἴγυπτον, καὶ ὅλην τὴν μεσημβρίαν· τοὺς δ᾽ ἐν μέσῳ τούτων ἐναργῆ πολλάκις ὠφέλειαν ἐπὶ ταῖς φλεβοτομίαις λαμβάνοντας. τὸ δὲ μηδὲ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐπισκοπεῖσθαι πάνυ μοι θαυμαστὸν ἐφ᾽ ὑμῶν καταφαίνεται, καὶ δεινῶς ἄτοπον, οὐ τοῖς ἀληθέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑφ᾽ ὑμῶν αὐτῶν πραττομένοις ἐναντίον. ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ἔνθα ἂν φλεγμονὴ γένηται, τῆς αὐτῆς δεῖται θεραπείας, κἂν ἐν

riores partes expurgare convenit. Verane an falfa vobis dicere videtur? Ad utrumque enim quid refpondeatis, non habere vos arbitror. Nam fi mentiri eum dixeritis, evidentia minus aeftimabitis, quae vobis in pretio effe fingitis. Apparet enim, fic veritatem habere, ut Hippocrates fcribit. Sin autem vera loqui eum cenfeatis, tempora quoque et loca, quae fupervacanea effe contendiftis, admittetis. At puto, vos nunquam a patria veftra longe peregrinatos effe, neque locorum diverfitatem ufu didiciffe. Sciretis utique, eos, qui feptentrioni fubjacent, copiofas fanguinis evacuationes ferre non poffe, ficut nec illos, qui Aegyptum aut meridianam plagam totam incolunt. Qui vero medii hos interjacent, iis venae incifionem faepe magno fuiffe praefidio. Porro quod nec corporis partes infpicitis, non poffum non demirari, vehementerque abfurdum eft, nec veris modo, fed etiam illis, quae vosmet agitis, contrarium. Quaefo per deos, fi inflammatio contingat vel in crure,

σκέλει, κἂν ἐν ὠτὶ, κἂν ἐν στόματι, κἂν ἐν ὀφθαλμῷ; τί δή ποτ' οὖν πολλάκις ὑμᾶς ἐθεασάμην τὰς μὲν ἐν τοῖς σκέλεσι φλεγμονὰς καὶ ἀποσχίζοντας σμίλῃ, καὶ ἐπιβρέχοντας ἐλαίῳ; τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς οὐδεπώποτε; τί δὲ, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς τοῖς στύφουσιν ἰᾶσθε φαρμάκοις φλεγμαίνοντας, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ σκέλη τοῖς αὐτοῖς ἐπαλείφετε; τί δ' οὐχὶ καὶ τὰ ὦτα φλεγμαίνοντα τοῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἰᾶσθε βοηθήμασι; τί δ' οὐχὶ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς τῶν ὤτων; ἀλλ' ἕτερον μὲν ὤτων φλεγμονῆς, ἕτερον δὲ ὀφθαλμῶν ἐστι φάρμακον. ὄξος μὲν γὰρ μετὰ ῥοδίνου φλεγμονῆς ὤτων ἀγαθὸν φάρμακον. ἀλλ' οὐκ οἶμαί τινα τολμήσειν ἐγχεῖν αὐτὸ φλεγμαίνουσιν ὀφθαλμοῖς. εἰ δὲ καὶ τολμήσειεν, οὐ μετὰ μικρᾶς εὖ οἶδ' ὅτι ζημίας πειράσεται τῆς τόλμης. [295] καὶ γαργαρεῶνος φλεγμαίνοντος, ἀγαθὸν φάρμακον ἀκάνθης Αἰγυπτίας ὁ καρπὸς, ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ σχιστὴ στυπτηρία. ἆρ' οὖν ταῦτα καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμαινόντων, καὶ ὤτων, ἢ πᾶν τοὐναντίον ἐσχάτη βλάβη; καὶ ταῦτα πάντα λέγω, συγχω-

vel in aure, vel in ore, vel in oculo, eademne erit curandi ratio? Curnam igitur crurum inflammationes fcalpello vos dividentes crebro confpexi, oleoque perfundentes, oculos non item? Cur rurfus oculos inflammatione laborantes adftringentibus medicamentis curatis, non tamen eisdem crura perungitis? Cur non itidem aures inflammatione vexatas oculorum auxiliis fanatis? Cur non oculos aurium praefidiis? Sed aliud aurium, aliud oculorum inflammationis medicamentum eft. Acetum fiquidem cum oleo rofaceo aurium inflammationis praefens eft remedium. Neminem tamen puto idem exhibiturum oculis inflammatis. Quodfi quis tam fit temerarius, non mediocri offenfa certo novi temeritatem fuam experturum. Et gurgulioni inflammatione obfeffo pulchre fuccurrit fpinae Aegyptiae fructus: fic quoque alumen fiffile. Num igitur haec quoque oculis inflammationi obnoxiis et auribus profuerint? An plane e contrario magnum detrimentum attulerint? Atque haec omnia dico, primam

ρήσας ὑμῖν τὴν πρώτην ὑπόθεσιν, ὡς χρὴ τὴν μὲν ἐν τοῖς σκέλεσιν ἢ ταῖς χερσὶ φλεγμονὴν χαλᾷν, οὐ μὴν τήν γε τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τοῦ γαργαρεῶνος, ἢ τῶν ὤτων. εἰ δ', ὅτι καὶ τὴν ἐν τοῖς σκέλεσι καὶ ταῖς χερσὶν οὐκ ἐξ ἅπαντος τρόπου χαλαστέον, ὑπομνήσαιμι, τάχα ἂν γνοίητε, εἰ σωφρονήσετε, ὅσον ἁμαρτάνετε. ἔσται δὲ καὶ νῦν ὁ λόγος ἀνάμνησις τοῦ φαινομένου. τῶν γὰρ ἐπὶ μηδεμιᾷ πληγῇ φλεγμηνάντων ὁτιοῦν μέρος, ἀλλ' αὐτομάτως ὑπαρξαμένων, τῆς πληθωρικῆς διαθέσεως καλουμένης παρούσης, οὐδεὶς χρήζει χαλάσεως τοῦ μορίου πρὸ τῆς τοῦ ὅλου σώματος κενώσεως. οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν μειώσεις, ἀλλὰ καὶ προσαυξήσεις τὴν οὖσαν φλεγμονὴν, εἰ τοῦτο δράσειας· ὅθεν ἐν τούτῳ μὲν τῷ καιρῷ τὰ στύφοντα καὶ ψύχοντα τῷ μέρει προσφέρομεν, ἡνίκα δ' ἂν τὸ ὅλον σῶμα κενώσωμεν, τηνικαῦτα καὶ τὸ φλεγμαῖνον μόριον ἀνέχεται τῶν χαλώντων. εἰ δ' ὑμᾶς μὴ πείθω ταῦτα λέγων, ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, καιρὸς ἂν εἴη μοι πρὸς τοὺς τιμῶντας τὸ φαινόμενον αὐτὸ ἀπαλλάττεσθαι.

vobis hypothesin concedens, crurum videlicet et manuum inflammationes digerendas esse, nec tamen oculorum, aut gargulionis, aut aurium. Jam vero si crurum manuumque inflammationes non quovis modo laxandas esse monuero, forsan in mentem vobis veniet, si sapiatis, quantum a scopo aberraveritis. Erit autem praesens sermo ejus, quod apparet, commemoratio. Qui enim ex nullo ictu, sed ultro in parte quacunque inflammationem sortiuntur, ubi plethorica adsit affectio, nullius partis laxationem prius desiderat, quam corpus totum evacuatum sit. Non enim inflammationem praesentem, si id feceris, imminues, sed potius augebis. Unde hoc tempore adstringentia refrigerantiaque parti admovemus. Simulatque vero totum corpus evacuaverimus, tunc etiam pars inflammatione affecta sustinebit laxantia. Sin autem haec vobis non persuadeo, quod in orationis exordio dixi, ad illos, a quibus in pretio est id, quod apparet, digredi nos tempus postulat.

Κεφ. θ'. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ ἐμπειρικοῦ παρελθὼν ὁ δογματικὸς ὧδέ πως λεγέτω· Τάχα μὲν εὖ φρονοῦντί σοι καὶ ταῦτα ἦν ἱκανὰ, περὶ τοῦ μήθ' ἡλικίαν, μήθ' ὥραν, μήτε χώραν, ἀλλὰ μηδὲ προκαταρκτικὸν αἴτιον, ἢ μέρος τι τοῦ σώματος ἄχρηστον ὑπολαμβάνειν. εἰ δέ σε μήπω πέπεικεν ὁ ἐμπειρικὸς, ὑπομιμνήσκων τῶν φαινομένων, ἀλλά τινος ἔτι καὶ λόγου δέοι, τοῦτόν μοι δοκῶ προσθήσειν ἐγὼ, καὶ τὴν ὑπόθεσίν σου τῆς αἱρέσεως ἀποδείξω σαθράν. ἀκούω μὲν γὰρ ὑμῶν λεγόντων γνῶσιν φαινομένων κοινοτήτων, ἐρωτῶ δὲ ἑκάστοτε, περὶ τί μάλιστα ἡ κοινότης αὕτη συνίσταται, καὶ πῶς αὐτὴν γνωρίζομεν, οὐδέπω καὶ νῦν μοι δοκῶ γνῶναι δύνασθαι. τὸ δ' αἴτιον ἄχρι τῶν ὀνομάτων ἀλλήλοις ὁμολογεῖτε, περὶ τῶν πραγμάτων διαφερόμενοι. τινὲς γὰρ ὑμῶν ταῖς παρὰ φύσιν ἐκκρίσεσι παραμετροῦσι τὸ στεγνὸν καὶ τὸ ῥοῶδες, ἰσχομένων μὲν αὐτῶν, στέγνωσιν ὀνομάζοντες τὸ πάθος, ἀμέτρως δ' ἐκκρινομένων, ῥύσιν. ἄλλοι δέ τινες ἐξ ὑμῶν ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν σωμάτων διαθέσεσι

Cap. IX. Haec Empirico commemorante, Dogmaticus accedat, et hunc in modum orationem instituat: Nimirum si quid mentis haberes, haec abunde satis te erudirent, nec aetatem, nec loca, nec caussas procatarcticas, nec aliquam partem corporis inutilem existimari. Caeterum si nondum Empiricus evidentium enarratione hoc tibi persuasit, sed alia adhuc oratione opus est, eam apponere nunc ego cogito, quo sectae tuae hypothesin infirmam esse demonstrem. Audio enim, vos dicere cognitionem apparentium communitatum. Interrogavi autem crebro, in qua re potissimum haec communitas consistat, quoque modo eam cognoscamus: siquidem cognoscere me etiamnum posse non videor. Caussam verbotenus eandem omnes tractatis, rebus vero non consentitis; nonnulli enim vestrum excretionibus secundum naturam adstrictum et fluens adnumerant. Quum quidem retinentur excrementa, adstrictionem; quum immoderate excernuntur, fluorem affectionem appellant. Alii quidam e vestro coetu inter reliquas corporum con-

τὰ πάθη φασὶν εἶναι, καὶ μέμφονταί γε δεινῶς τοῖς εἰς τὸ κενούμενον ἀποβλέπουσιν. ἐμοὶ δὲ ὅπη δοκοῦσιν ἑκάτεροι σφάλλεσθαι, τάχα ἂν ἤδη δηλώσαιμι. γινέσθω δὲ ἡμῖν ὁ λόγος πρὸς ἐκείνους πρότερον, ὅσοι ταῖς παρὰ φύσιν ἐκκρίσεσι κρίνουσι τὰ πάθη. θαυμάζω γὰρ αὐτοὺς, εἰ μήθ' ἱδρῶτάς ποτε, μήτε οὖρα, μήτ' ἐμέτους, μήτε διαχωρήματα πλείω τῶν κατὰ φύσιν εἶδον ἐν ταῖς νόσοις χρηστῶς κενούμενα, καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, εἰ μηδ' ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαν ποτὲ κρίνασθαι ἐθεάσαντο. ταύτης μέν γε οὐ τὸ ποσὸν μόνον, ἀλλ' ὅλον τὸ γένος παρὰ φύσιν ὑπάρχει. ἱδρώτων δὲ, ἢ οὔρων, ἢ ὅσα κατὰ γαστέρα, ἢ δι' ἐμέτων ὁρμᾷ, τὸ μὲν γένος οὐ παρὰ φύσιν, οὕτως γε μὴν ἄμετρόν ἐστί ποτε τὸ πλῆθος, ὥςτε ἐγὼ μὲν οἶδά τινας εἰς τοσοῦτον ἱδρώσαντας, ἄχρι τοῦ καὶ γνάφαλα διαβρέξαι, καὶ ἄλλους κατὰ γαστέρα κενωθέντας ὑπὲρ τριάκοντα κοτύλας, [296] ἀλλ' οὐκ ἐδόκει τούτων οὐδὲν παύειν, ὅτι τὸ λυποῦν ἐκενοῦτο. καίτοι τῷ γε ταῖς κατὰ φύσιν ἐκκρίσεσιν εἰς ἅπαντα κανόνι χρωμένῳ,

ftitutiones affectus effe pronuntiant, queruntur que de iis vehementer, qui ad corpus, quod evacuatur, refpiciunt. At quomodo mihi utraque pars errare videatur, fortaffis jam oftendero. Ad eos autem fermo nofter prius dirigatur, qui excretionibus praeter naturam affectus attribuunt. Nam demiror ipfos, fi neque fudores unquam, neque urinas, neque vomitus, neque dejectiones plures, quam naturalis ftatus exigit, in morbis probas vacuari viderunt, et quod omnium abfurdiffimum eft, fi neque ex naribus fluorem aliquando morbum judicaffe confpexerunt. Hujus fiquidem non modo quantitas, fed totum genus praeter naturam eft. Sudorum, urinarum, et eorum, quae per alvum aut vomitum proruunt, genus non praeter naturam eft. Sic tamen immodica eft interdum copia, ut ego viderim nonnullos tantum fudorem profudiffe, ut etiam culcitras madefecerint, alios rurfus fupra heminas triginta per fedem dejeciffe. Sed nihil horum videbatur ceffare, quia id, quod offendebat, evacuabatur, etfi haec fymptomata naturalibus excretionibus ubi-

κωλυτέα ἦν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα. διὸ καὶ πιθανώτεροί πως εἶναι δοκοῦσιν οἱ τὰς διαθέσεις ἐν τοῖς σώμασιν αὐτοῖς τὰς κοινότητας ἐπιτιθέμενοι. θαυμάζω δὲ καὶ τούτων, ὅπως αὐτὰς φαινομένας ἐτόλμησαν εἰπεῖν. εἰ γὰρ μὴ τὸ ῥέον ἐκ τῆς κοιλίας ἡ ῥύσις ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἡ διάθεσις τῶν σωμάτων, ἐξ ἧς τὸ ῥέον, οὐκ ἐνδέχεται δὲ ταύτην οὐδεμιᾷ τῶν αἰσθήσεων φαίνεσθαι, πῶς ἂν αἱ κοινότητες ἔτι φαινόμεναι λέγοιντ᾽ ἄν; καὶ γὰρ ἐν κώλῳ δυνατον τὴν τῆς ῥύσεως διάθεσιν εἶναι, καὶ ἐν λεπτοῖς ἐντέροις, καὶ περὶ τὴν νῆστιν, καὶ περὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸ μεσάραιον, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐντὸς, ὧν οὐδὲν οὐδὲ αὐτὸ δυνατὸν αἰσθήσει λαβεῖν, οὔτε τὸ πάθος αὐτοῦ. πῶς οὖν ἔτι φαινόμεναι λέγοιντ᾽ ἂν αἱ κοινότητες, εἰ μήπω καὶ τὸ διὰ σημείων γνωρίζεσθαι φαίνεσθαί τις ἐθέλοι καλεῖν; ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο, τίνι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ἔτι διαφέρουσιν, οὐκ οἶδα. πῶς δὲ ταχέως καὶ ἐν ἓξ μησὶν ἐπαγγέλλονται τὴν τέχνην ἐκδιδάσκειν; οὐ γὰρ ἂν, οἶμαι, σμικρᾶς δέοιντο μεθόδου πρὸς τὸ γνῶναί τι τῶν ἐκφευγόντων τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ τῷ τοῦτο

que regula utenti evitanda erant. Quamobrem probabiliores quodammodo esse videntur, qui affectiones corporum ipsorum communitates statuunt. Sed hos quoque demiror, quomodo apparentes eas appellare ausi sint. Nam si, quod ex alvo pro fluit, non est fluxus, verum corporis affectio, ex quo ipsum est fluens, nulli autem sensui haec apparere potest, qua ratione adhuc communitates dixeris evidentes? In colo enim fluoris dispositio esse potest, et tenuioribus intestinis, et jejuno, et ventre, et mesaraeo, aliisque multis interaneis, quorum nullum neque ipsum, neque ipsius affectum sensu possis percipere. Quomodo igitur adhuc apparentes dici possint communitates, nisi etiam per signa cognosci apparere quis volet vocare? Sed si hoc ita est, quonam discrimine a veteribus medicis adhuc differrent, ignoro. Quomodo rursus statim et in semestri artem se perdocere promittunt? Etenim non methodus exigua ad aliquid, quod sensum effugit, cognoscendum desideratur,

καλῶς ἐργαζομένῳ καὶ ἀνατομῆς χρεία τῆς ἕκαστον τῶν ἐντὸς, ὡς ἔχει φύσεως, διδασκούσης, καὶ φυσικῆς θεωρίας οὐ σμικρᾶς, ἵνα τό τ᾽ ἔργον ἑκάστου καὶ τὴν χρείαν ἐπισκέψηται. πρὶν γὰρ εὑρεθῆναι ταῦτα, τῶν ἐν βάθει τοῦ σώματος μορίων οὐδενὸς οἷόν τε διαγνῶναι τὸ πάθος. τί δεῖ λέγειν, ὅτι καὶ διαλεκτικῆς μὲν ἐνταῦθα χρεία μεγάλη, ἵν᾽, ἐκ τίνων τί περαίνεται, σαφῶς εἰδῇς, καὶ μὴ παρακρουσθῇς ποτε σοφίσμασι, μήθ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου, μήθ᾽ ὑφ᾽ αὑτοῦ; καὶ γὰρ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς (15) ἄκοντάς ἐστιν ἰδεῖν, ὅτε σοφιζόμεθα. καὶ μὴν καὶ οἷόν τί ἐστιν ἡ ῥύσις, ἡδέως ἂν αὐτοὺς ἐροίμην, εἰ διαλέγεσθαι μεμαθήκασιν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε μόνον ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τό τισιν ἐξ αὐτῶν εἰρημένον, ὅτι διάθεσίς τις παρὰ φύσιν ἡ ῥύσις ἐστί. τίς γὰρ ἡ διάθεσις, εἰ μὴ μάθοιμεν, οὐδὲν ἂν οὐδέπω πλέον εἰδείημεν, ἆρά γε χάλασίς τις, ἢ μαλακότης, ἢ ἀραιότης. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀκοῦσαί τι σαφὲς οὐδὲ αὐτῶν λεγόντων, ἀλλ᾽ ὅ, τι ἂν ἐπέλθοι, νῦν μὲν τοῦτο, αὖθις δὲ ἐκεῖνο, πολλάκις δὲ καὶ

Quin etiam anatomes uſus pulchre hoc adminiſtranti neceſſarius eſt, ut quae cujusque partis interioris naturam ut habet, edoceat, et naturalis ſpeculationis haud parum ſingularum munus et uſum inſpiciat. Priusquam enim haec inveneris, nullius in alto ſitae partis corporis affectum licet cognoſcere. Quid opus eſt verbis, quod etiam hic dialecticae uſus magnus eſt, ut ex quibus quid colligitur, palam comprehendas, nec ſophismatibus circumveniaris aut ab aliis, aut abs te ipſo: quoniam interdum nobismet vel invitis illudi videre licet. Atqui profluvium quid ſibi velit, lubens ex eis quaererem, ſi differendi facultatem didiciſſent. Non enim hoc ſolum credo ſatis eſſe, quod a quibusdam illorum dictum eſt, profluvium videlicet affectum nominari praeter naturam. Nam niſi, quis ſit affectus, teneamus, nihil amplius adeo cognoverimus; an relaxatio, aut mollities, aut raritas ſit. Nihil ſiquidem vel ipſis dicentibus manifeſti audies; ſed quod eis in mentem venerit, nunc hoc, nunc illud,

πάντα ἅμα, ὥσπερ οὐδὲν διαφέροντα. καὶ εἴ τις ἐπιχειρήσειε διδάσκειν αὐτοὺς, ὅπως διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, καὶ ὡς ἕκαστον αὐτῶν ἰδίας δεῖται θεωρίας, οὐχ ὑπομένουσιν ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐπιπλήττουσιν, ὡς μάτην τὰ τοιαῦτα διοριζομένοις. οὕτως ἀταλαιπώρως ἔχουσι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν. ἀλλ' οὐδ' ὅτι τῷ μὲν χαλαρῷ τὸ συντεταμένον ἐστὶν ἐναντίον, τῷ δὲ μαλακῷ τὸ σκληρὸν, τῷ δ' ἀραιῷ τὸ πυκνὸν, ἀκούειν ἀνέχονται· καὶ ὡς παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τί ἐστι τὸ ἐπέχεσθαι τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις καὶ τὸ ῥεῖν· καὶ ὡς ὑφ' Ἱπποκράτους ταῦτα πάντα διώρισται. προπετῶς δὲ περί τε τούτων αὐτῶν ἀποφαίνονται, καὶ τὴν φλεγμονὴν, οὕτω δὲ καλοῦσι τὸν σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον καὶ ὀδυνηρὸν καὶ θερμὸν ὄγκον, ἑτοίμως πάνυ καὶ ἀσκέπτως, στεγνὸν εἶναι πάθος φασίν. εἶτ' αὖθις ἑτέρας φλεγμονὰς ἐπιπεπλεγμένας ὀνομάζουσι, ὥσπερ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς, ὅταν μετὰ ῥεύματος ὦσι, καὶ τὰς ἐν παρισθμίοις, καὶ γαργαρεῶνι, καὶ οὐρανίσκῳ, καὶ οὔλοις·

plerumque ſimul omnia, tanquam nihil differentia. Quod ſi quis ipſos, quomodo haec inter ſe varient, quodque ſingula propriam requirant inſpectionem, docere conetur, eum nullo pacto audire ſustinent, ſed veteres inceſſunt calumnianturque, tanquam fruſtra hujusmodi definientes: tam otioſi ac ſegnes in veritatis inquiſitione reperiuntur. Imo nec quod laxo denſum, molli durum, raro denſum exiſtat contrarium, dicere nos patiuntur. Inſuper ad haec omnia, aliud eſſe naturales excretiones contineri, aliud fluere; quemadmodum ab Hippocrate etiam univerſa haec definita ſunt; verum temere, nullo judicio, et clauſis oculis de his ſententiam proferunt, et inflammationem (ſic autem vocant durum, renitentem, dolore plenum et calidum tumorem) prompte admodum et inconſulto affectum eſſe aſtrictum pronunciant. Deinde porro inflammationes alias nominant implicitas, velut oculorum inflammationes, ubi cum fluore fuerint, item tonſillarum, gurgulionis, palati et gingivarum. Poſtea ſup-

εἶθ᾽ ὑποτίθενται πόρους, τοὺς μὲν ἀραιοὺς γεγονέναι, τοὺς δὲ μεμυκέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότερα τὰ πάθη πεπονθέναι. τινὲς δὲ οὐκ ὀκνοῦσι περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἅμα πόρον συνίστασθαι λέγειν ῥύσιν τε καὶ στέγνωσιν, ὃ μηδ᾽ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον· οὕτως ἐπίπαν τόλμης ἥκουσιν. [297] ὀλίγοι δέ τινες ἐξ αὐτῶν, ὑπομεῖναι δυνηθέντες ἐπιπλέον ὑπὲρ ἁπάντων τούτων ἀκοῦσαί τε καὶ διασκέψασθαι, μόλις ποτὲ μεταγνόντες ἐπὶ τὸ ἀληθὲς τρέπονται. τούτοις μὲν οὖν, καὶ ὅσοι μετ᾽ ἀκριβείας τινὸς βούλονται μαθεῖν τι περὶ τῶν πρώτων καὶ γενικῶν παθῶν, ἰδίᾳ γέγραπται. τὸ δὲ νῦν εἶναι τοῖς εἰςαγομένοις χρήσιμον, πρὸς αὐτοὺς βραχέα εἰπεῖν δίκαιον. ηὐξάμην δ᾽ ἄν τι κἀκείνοις ἀπ᾽ αὐτῶν ὄνασθαι. γένοιτο δ᾽ ἂν τοῦτο, εἰ τοῦ φιλονεικεῖν ἀποστάντες, αὐτὸν τὸν λόγον ἐξετάσαιεν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς. ἔχει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἡ καλουμένη καὶ πρὸς αὐτῶν ἐκείνων φλεγμονὴ παρὰ φύσιν ὄγκος ἐστὶν ὀδυνηρὸς, καὶ ἀντίτυπος, καὶ σκληρὸς, καὶ θερμὸς, οὐδέν τι μᾶλλον ἀραιότερον ἐργαζομένη κατὰ τὸν

ponunt meatus alios raros, alios patentes; ideoque utrosque affectus subiisse. Quosdam vero non pudet dicere, in uno eodemque meatu et fluorem et astrictionem posse consistere; quod ne cogitare quidem facile est. Tam sunt in omni re audacter temerarii. At pauci quidam ex ipsis, ubi paulo copiosius de his omnibus tum audire, tum disceptare pro viribus sustinuerint, vix tandem poenitentia ducti ad veritatem se convertunt. His igitur, qui accuratius de primis generalibus affectibus cupiunt discere, seorsum commentarios scripsimus. Porro ut praesens recentioribus medicinae candidatis frugem aliquam adferat, pauca adversus eos dicere aequum fuerit. Optarem sane et illos fructum aliquem inde referre: et referrent haud dubie, si, contentione relicta, sermonem ipsum apud se paulisper examinarent. Sermo ita habet. Inflammatio, ut ipsi vocant, tumor est praeter naturam, dolorificus, renitens tactui, durus, et calidus, nullam magis partem pro sua ipsius ratione vel

ἑαυτῆς λόγον, ἢ σκληρότερον, ἢ πυκνότερον ἑαυτοῦ τὸ μέρος, ἀλλὰ μεστὸν ῥεύματος περιττοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τεταμένον. οὐ μὴν, εἴ τι πάντως τέταται, τοῦτο πυκνότερον γέγονεν, ἢ σκληρότερον ἑαυτοῦ. μάθοις δ' ἂν ἐπί τε βυρσῶν αὐτὸ καὶ ἱμάντων, καὶ πλοκάμων, εἰ πάντῃ διατείνειν ἐπιχειρήσαις. οὕτω δὲ καὶ ἡ ἴασις τῶν πεπληρωμένων μελῶν κένωσίς ἐστιν· ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῇ πληρώσει. κενουμένοις δὲ αὐτοῖς εὐθὺς ἕπεται τοῖς μορίοις χαλαρωτέροις γίνεσθαι. τάσις μὲν δὴ τοῖς πεπληρωμένοις ἐξ ἀνάγκης, ὥσπερ τοῖς κενουμένοις ἡ χάλασις ἕπεται. πύκνωσις δὲ, ἢ ἀραίωσις, οὐδέτερον ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' οὐδὲ ῥύσις, ἢ ἐπίσχεσις. οὔτε γὰρ, εἰ ἀραιὸν ἤδη τι, καὶ ῥεῖν ἐξ αὐτοῦ πάντως ἀναγκαῖον· τί γὰρ, εἰ παχὺ καὶ ὀλίγον εἴη τὸ περιεχόμενον; οὔτ', εἰ πυκνὸν, ἴσχεσθαι. τὸ γὰρ πολὺ καὶ λεπτὸν καὶ διὰ πυκνῶν ἐκρεῖ τῶν πόρων. βέλτιον οὖν ἦν καὶ αὐτοὺς τοὺς τῶν παλαιῶν ἀναγνόντας τὰς βίβλους μεμαθηκέναι, κατὰ πόσους τρόπους τὸ πρότερον ἐν τῷ μορίῳ στεγόμενον αὖθις ἐκκρίνεται. καὶ γὰρ ἀραιουμένου τοῦ

rariorem, quam fuit antea, vel duriorem, vel denſiorem reddens, ſed humore ſuperfluo repletam, eoque intenſam. Non tamen, ſi quid omnino tenſum eſt, id quoque denſius aut durius, ac antea, evadit. Diſcas hoc in coriis, loris et crinibus, ſi vehementer diſtendere coneris. Pari ratione humorum, qui inflammatam partem occuparunt, remedium eſt evacuatio. Haec enim repletioni contraria eſt. Nam, evacuatis humoribus, partes ſtatim laxiores fiunt. Tenſio certe repletas neceſſario, ſicut relaxatio evacuatas, ſequitur. Denſitas autem vel raritas neutrum ex neceſſitate comitatur, quin nec fluor, nec retentio. Neque enim, ſi rarum jam quippiam, id inde quoque fluere prorſus neceſſitas poſtulat. Quid enim, ſi craſſum et modicum fuerit id, quod continetur? Neque, ſi denſum, retineri: qui acopioſum et tenue etiam per denſos effluit meatus. Satius igitur eſſet ipſos ex veterum libris relectis didiciſſe, quot modis id, quod prius in parte continebatur, denuo excernitur. Etenim

περιέχοντος αὐτὸ, καὶ αὐτοῦ τοῦ περιεχομένου τε καὶ πλείονος γενομένου, καὶ σφοδρότερον κινουμένου, καὶ ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ἐφελκομένου, ἢ πρός τινος τῶν ἐντὸς ὠθουμένου, καὶ οἷον ἀναῤῥοιβδουμένου πρός τινων τῶν ἐντός. εἰ δέ τις ταῦτα πάντα παρεὶς, μίαν αἰτίαν κενώσεως ἡγοῖτο εἶναι τὴν ἀραίωσιν τῶν πόρων, δόξει μηδὲ τὰ φαινόμενα γινώσκειν. ἔριον γοῦν, ἢ σπογγίον, ἤ τι τῶν οὕτως ἀραιῶν ἐναργῶς ὁρῶμεν, εἰ μὲν ὀλίγον ἐντὸς ἑαυτῶν ὑγρὸν ἔχοι, στέγοντα καὶ μὴ μεθιέντα, τὸ πλέον δ᾽ ἀποχέοντα. τί δή ποτ᾽ οὖν οὐχὶ κἀπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν μυκτήρων, καὶ τοῦ στόματος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν οὕτως ἀραιῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐνενόησαν, ὡς ἐνδέχοιτό ποτε τῷ πλήθει τῆς περιεχομένης ἐν αὐτοῖς ὑγρότητος, οὐκ ἀραιώσει τῶν πόρων, ἐκρεῖν τι; καὶ μὲν δὴ καὶ κεράμους εἴδομεν πολλάκις ἀραιοὺς οὕτως, ὡς διηθεῖσθαι τὸ ὕδωρ. ἀλλ᾽ εἰ μέλιτος ἐγχέοις, οὐ διηθεῖται, παχυτέρα γὰρ ἡ τοῦ μέλιτος οὐσία τῶν τοῦ κεράμου πόρων. οὔκουν οὐδὲ τοῦτο ἀπεικὸς ἦν ἐννοῆσαι, ὡς διὰ λεπτότητα πολλάκις ἐκρεῖ τι, κἂν μηδὲ αὐτὸ τὸ πε-

rarefcente eo, quod ipfum continet, et eo, quod continetur, attenuato, majoreque reddito, et vehementius moto, tum ab exteriorum aliquo attracto vel ab aliquo interiorum impulfo, et velut a quibusdam internis reforpto. Jam vero fi quispiam, his omnibus neglectis, unam vacuationis caufam meatuum raritatem effe putaverit, is ne apparentia quidem cognofcere videbitur. Nam lanam, vel fpongiam, vel hujusmodi rarum quippiam manifefto videmus, fi parum intus in fe humoris habeant, retinere id, nec dimittere, fi multum, refundere. Cur igitur non de oculis quoque, et naribus, et ore, aliisque non minus raris id ipfum confiderarunt? nempe fieri poffe, et in humoris, qui ipfis ineft, copia, nunquam nifi ob meatuum raritatem quippiam effluere? Quin etiam figulares ollas fubinde videmus adeo raras, ut aqua in eas infufa percoletur: non perinde mel. Craffior etenim mellis fubftantia eft ollae meatibus. An igitur vero diffimile erat, fi frequenter tenuitatis caufa

ῥιέχον σῶμα τετρημένον ἐκ τῆς φύσεως ᾖ· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὅτι πολλάκις, ἥπερ διοικεῖ τὸ ζῶον, ὁρμῇ σφοδροτέρα χρησαμένη, τὸ περιττὸν ἅπαν ἐκένωσε δι᾽ αὐτοῦ, καθάπερ ἐκθλίψασά τε καὶ ἀπωσαμένη. τί οὖν χαλεπὸν ἦν ἐννοῆσαι τῷ γε ἀκριβῶς τοῖς τέχνης ἔργοις ὡμιληκότι τὰ πολλά; αἱ γὰρ κρίσεις τῶν νοσημάτων ὧδέ πως γίνονται. καὶ παρίημι τὰς λοιπὰς τῶν κενουμένων αἰτίας· ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἰσχομένων ἴσας τὸν ἀριθμὸν, ἐναντίας ταύταις οὔσας. οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐκείνων ἀκοῶν ὁ τοιοῦτος λόγος ἄκουσμα. ὃ δέ μοι δοκοῦσι τάχα ἄν ποτε συνήσειν, ἐπὶ τοῦτ᾽ αὖθις ἐπάνειμι. τὸ δύνασθαί ποτε ῥευματίζεσθαι τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ πολλοῦ τοῦ ῥεύματος, ἢ λεπτοῦ γεγονότος, ἢ ὑπὸ τῆς φύσεως διὰ τοῦδε τοῦ μέρους ἀπωθουμένου, μηδὲν αὐτῶν τῶν σωμάτων παρὰ τὸ κατὰ φύσιν ἀλλοιότερον ἐχόντων, καὶ χρὴ δηλονότι τὸ μὲν λεπτὸν ῥεῦμα παχύνειν, τὸ δὲ πολὺ [298] κενοῦν. τὴν δὲ ὁρμὴν τῆς φύσεως, ἂν ἐν καιρῷ γένηται, δέχεσθαι, μηδὲν περὶ τὰ σώματα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτὰ πραγματευόμενον, ἅτε μηδὲ τῆς φύσεως ἦν αἴτια. τὸ

quid effluere dixerim, licet corpus ipfum continens a natura perforatum non fit? Sed nec, quod natura faepe, quae animal gubernat, impetu vehementiore ufa, omne fupervacuum expurgat, quafi exprimens propulfansque, quae igitur difficultas eft in artis operibus diligenter verfato diu hoc intelligere? Quippe morborum judicia hac fere ratione fiunt. Praetereo nunc reliquas evacuationum caufas; fimiliter retentionum, pares numero, his contrarias. Non enim talis fermo de illis pertractare accommodus eft. Quod autem profuturum aliquando putem, eo revertor; nempe oculum interim poffe flere, vel humore copiofo, vel tenui reddito, vel a natura per hanc partem expulfo, nihil ipfis corporibus fupra naturalem habitum magis immutatis. Oportet fane tenuem humorem craffum reddere, craffum attenuare: naturae impetum, fi opportune contingat, excipere, nihil circa oculorum corpora ipfa molientem, ut quae fluoris caufam non praebuerint. Caeterum aliam

δ' οἴεσθαί τινα μὲν φλεγμονὴν στεγνὸν εἶναι πάθος, ἑτέραν δὲ ἐπιπεπλεγμένην, οὐκ οἶδ' ὅπως σωφρονούντων ἐστί. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπελάθοντο τῶν σφετέρων λόγων, ὡς οὐ τῇ κενώσει κριτέον τὸ ῥοῶδες, ἢ ταῖς ἐπισχέσεσι τὸ στεγνὸν, ἀλλ' εἰς αυτὰς τῶν σωμάτων τὰς διαθέσεις χρὴ βλέπειν. ὅταν οὖν καθ' ἅπαν ὅμοιαι τυγχάνωσιν αὗται, καὶ μηδενὶ φαίνηται διαφέρειν ἡ νῦν φλεγμονὴ τῶν πρόσθεν, ἄλλῳ γε, ἢ τῷ τὸ μὲν ἀποῤῥεῖν τι, τὸ δὲ οὔ· πῶς οὐ δεινὸν ἄτοπον, ἐπιπεπλεγμένην μὲν ταύτην, στεγνὴν δ' ἐκείνην εἶναι νομίζειν; ἔπειτα δὲ, πῶς οὐδὲ τοῦθ', ὅπερ ἦν προχειρότατον, ἐπῆλθεν αὐτοῖς λογίσασθαι, ὅτι μήτε ἐν χειρὶ, μήτ' ἐν ποδὶ, μήτ' ἐν πήχει, μήτ' ἐν βραχίονι, μήτ' ἐν κνήμῃ, μήτ' ἐν μηρῷ, μήτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος ὤφθη ποτὲ φλεγμονῆς εἶδος τοιοῦτον, οἷον ἐκτὸς ἀποχεῖν τι· μόναις δὲ ταῖς ἐν τῷ στόματι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ταῖς ῥισὶν ὑπάρχειν τοῦτο; πότερον ὁ Ζεὺς προσέταξε ταῖς κοινότησιν ἁπάσαις ταῖς ἐπιπεπλεγμέναις, ὥστε μηδὲ πώποτε

inflammationem astrictum esse affectum arbitrari, aliam implicitam, insignis est dementiae; quandoquidem primum orationis suae obliti sunt, scilicet fluens non evacuatione aestimandum esse, aut retentionibus astrictum; verum ad ipsas corporum affectiones respiciendum. Quum itaque similes omnino inter se existant, et nullo praesens inflammatio a priore differre videatur alio nomine, quam quod ex his quippiam defluit, ex illa non, quomodo non insigniter absurdum est, aliam inflammationem implicitam, aliam astrictam nominare? Deinde quo pacto, nec hoc, quod erat promptissimum, illis in mentem venit ratiocinari, nec in manu videlicet, nec in pede, nec in cubito, nec in brachio, nec in tibia, nec in femore, nec in alia qualibet corporis parte talem aliquando inflammationis speciem, qua foras aliquid efflueret, inventam esse; solis autem, quae os, oculos et nares infestant, hoc evenire? Utrum Jupiter omnibus implicitis communitatibus instituit, ut earum nulla un-

μηδεμίαν αὐτῶν εἰς ἄλλο μηδὲν τῶν τοῦ σώματος ἀφικνεῖσθαι μορίων, ἀλλ᾽ ἐν ὀφθαλμοῖς μόνον, καὶ ῥινὶ, καὶ στόματι πολεμεῖν; ἡ φλεγμονὴ μὲν γὰρ ἅπαντα δύναται καταλαμβάνειν, ὅσα γε τὰ τῆς γενέσεως αὐτῆς αἴτια δέχεσθαι πέφυκεν. τῷ δὲ εἶναι τὰ μὲν ἀραιὰ τὴν φύσιν, τὰ δὲ πυκνά· (16) τῶν μὲν ἀποχεῖταί τι τοῦ ῥεύματος, ἐν δὲ τοῖς ἴσχεται. καὶ γὰρ εἰ πληρώσειας ἀσκὸν ἢ ἄλλο τι τῶν οὕτως στεγανῶν ὑγρᾶς οὐσίας, οὐδὲν ἀποῤῥεῖ· σπογγίαν δὲ καὶ τῶν οὕτως ἀραιῶν εὐθὺς ἅπαν τὸ περιττὸν ἀποχεῖται. τί δὴ οὖν χαλεπὸν ἦν, ἐννοήσαντας αὐτοὺς, ὅσον γε τὸ ἄλλο δέρμα πᾶν στεγνότερόν ἐστι τοῦ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τοὺς μυκτῆρας, καὶ τὸ στόμα, τῇ τῶν μορίων φύσει τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι, παρέντας ἐπιπλοκὴν καὶ λήρους μακρούς; ὅτι γὰρ οὕτω τοῦτ᾽ ἔχει, δηλοῦσιν αἱ μεθ᾽ ἑλκώσεως ἐν τοῖς ἄλλοις μορίοις γινόμεναι φλεγμοναί· καὶ γὰρ κἀκείνων ἀποῤῥεῖ τὸ λεπτομερὲς, ὥσπερ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ ῥινὶ, καὶ στόματι· ἕως δ᾽ ἂν ἀπαθὲς ᾖ, καὶ πάντως στεγνὸν τὸ δέρμα, τοῦ μηδὲν ἀποχεῖσθαι τοῦτο αἴτιον, οὐ τὸ τῆς

quam in aliam corporis partem se immittat, sed oculos solum, et nasum et os infestet? Inflammatio siquidem omnia potest occupare, quae ejus generationis causae recipiendae sunt idonea. Quoniam vero quaedam natura sunt rara, quaedam densa, ex his quidem aliquid fluoris manat, in illis retinetur. Nam si utrem vel aliud quid ita obstructum humida substantia repleas, nihil effluet. Si vero spongiam, aliud id genus rarum, quicquid est superflui, effundetur. Quid negotii ergo est, si cognoscas, quanto omnis alia pellis sit astrictior ea, quae oculos, nares et os contegit, particularum naturae causam attribuere, multis verborum ambagibus et nugis omissis? Quod enim hoc sic habet, innuunt cum exulceratione in aliis partibus factae inflammationes; quia illarum quod tenuius est et subtilius, emanat, quemadmodum in oculis, naso et ore. Donec autem cutis inoffensa et astricta prorsus fuerit, ejus, quod nihil re-

Ed. Chart. II. [298.] Ed. Baf. I. (16.)

φλεγμονῆς εἶδος. ὥσπερ αὖ πάλιν, εἰ μέλιτι δεύσειας ἢ ὑγρᾷ πίττῃ πάνυ τὸ πλῆθος ἀμέτρῳ σπογγίαν ἢ ἔριον, οὐδὲν ἀποῤῥεῖ διὰ τὸ τῆς ὑγρότητος πάχος, ἢ ὕδατι μὲν, ἤ τινι τῶν οὕτω λεπτῶν, ἀλλ' ἐλαχίστῳ τούτῳ· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, λόγον οὐ διὰ παντὸς ἐκχεῖταί τινι τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ διὰ τὸ πάχος τῆς ὑγρότητος, ἢ τῷ μὴ περιττεύειν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων. ὥστ' ἐνδέχεται ταὐτὸν εἶδος τῆς φλεγμονῆς, μηδενὶ διαφέρον ἄλλῳ γε, πλὴν τῷ πάχει τῆς ἐπιῤῥεούσης οὐσίας, ὀφθαλμίαν ἐργάσασθαι χωρὶς ῥεύματος, ἣν οἱ σοφώτατοι Μεθοδικοὶ στεγνὴν ὀνομάζουσι, καὶ διαφέρειν οἴονται τῆς ἐπιπεπλεγμένης, ἐπιλανθανόμενοι τῶν ἰδίων λόγων, οὓς ἄνω καὶ κάτω μεταφέρουσι, σωματικὰς ἀξιοῦντες εἶναι τὰς κατασκευὰς τῶν παθῶν, οὐκ ἐν τοῖς ὑγροῖς συνίστασθαι. πῶς οὖν, ὅταν εἰ μὲν ἐν τοῖς σώμασιν ἡ αὐτὴ διάθεσις ᾖ, οὐδενὶ ἄλλῳ γε διαφέρουσα, μόνῃ δὲ τῇ τῶν ὑγρῶν φύσει λεπτῶν ἢ παχέων ὄντων, ἕπηται, ποτὲ μὲν ἀποῤῥεῖν τι, ποτὲ δὲ ἴσχεσθαι,

fundit, haec caufa, non inflammationis fpecies eft; quemadmodum rurfus, fi melle, aut pice liquida, non ita, fi copiam fpectes, immodica fpongiam aut lanam imbuas, nihil propter liquidi craffitiem effluit, vel fi aqua, vel aliquo tam tenui, fed hoc pauciffimo, eadem, arbitror, ratione ex oculis non usquequaque aliquid profunditur, aut propter humorum craffitiem, aut quod non redundent, quemadmodum in iis, qui fecundum naturam habent. Quare eadem inflammationis fpecies non alia re discrepans, quam fubftantiae influentis craffitie, lippitudinem fine fluxu generare poteft, quam fapientiffimi Methodici aftrictam nominant, creduntque cum implicita huic effe discrimen verborum fuorum obliti, quae furfum et deorfum transferunt, corporeas affectuum praeparationes effe, non in humoribus confiftere autumantes. Quonam igitur pacto, fi in corporibus eadem fit affectio, nulla re alia differens, folam vero humorum tenuium vel crafforum naturam fequatur, ut interdum aliquid effluat, interdum retineatur, diverfas

διαφερούσας ὑπολαμβάνετε εἶναι τὰς κοινότητας; οὕτω μὲν δὴ καὶ τὸ ἐπιπεπλεγμένον ὑμῶν ἀδιανόητόν ἐστι. τὰ δὲ ἄλλα κατὰ μέρος, οὐκ ἐν τοῖς κατὰ δίαιταν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κατὰ χειρουργίαν τε καὶ φαρμακείαν, ὅσα σφάλλεσθε, τάχα ἂν αὖθις μαθήσετε, εἰ μηδέπω διὰ τούτων ἐπείσθητε. νυνὶ δὲ, ἐπεὶ καὶ τοῖς εἰσαγομένοις ἱκανὰ ταῦτα, καταπαύσω τῇδε τὸν παρόντα λόγον.

eſſe communitates exiſtimatis? Haud ſecus implicitum mixtumque veſtrum non eſt intelligibile. Quantum vero jam particulatim non ſolum in ea medicinae parte, quae victum curat, ſed etiam in ea, quae manu, et quae medicamentis medetur, aberretis, iterum forſan discetis, ſi iis nondum fidem adhibeatis. In praeſentia vero, quoniam haec medicinae recens initiatis ſufficiunt, libro huic praeſenti finem imponam.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΝ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ.

Ed. Chart. II. [299.] Ed. Baſ. I. (16.)

Κεφ. α'. Ἕκαστον τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων, καὶ καθόλου πᾶν θεώρημα, πρῶτον μὲν ἀληθὲς εἶναι δεῖ, εἶτα χρήσιμον, εἶτ᾽ ἀκόλουθον ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖς. ἐκ γὰρ τῶν τριῶν τούτων τὸ ὑγιὲς θεώρημα κρίνεται, ὡς, ἐάν τι τῶν εἰρημένων τῷ θεωρήματι μὴ προσῇ, οὐδὲ θεώρημα τοῦτο τὴν ἀρχὴν ἂν εἴη ῥητέον. ἐπειδὴ γὰρ αἱ τέχναι ἐκ θεωρημάτων εἰσὶ, καὶ τούτων οὐχ οἵων ἔτυχεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν σύστημά τι δεῖ ἔχειν τὰς καταλήψεις, εἶτα καὶ πρὸς χρήσιμόν τι φέρειν, διὰ τοῦτ᾽ ἀναγκαῖόν ἐστι, πᾶν

GALENI DE OPTIMA SECTA AD THRASYBVLVM LIBER.

Cap. I. Unumquodque medicorum praeceptorum, ac univerſe omne praeceptum, primum ſane verum eſſe debet, deinde utile, poſtremo propoſitis principiis conſentaneum. Nam ex his tribus ſanum judicatur praeceptum, ut, ſi quod ex praedictis praecepto deſit, ne praeceptum quidem hoc prorſus ſit dicendum. Siquidem artes ex praeceptis conſtant, iisque non quibuslibet, ſed primum ſane convenit, ut conſtitutio aliqua perceptiones animi habeat: deinde etiam ad utile aliquid deducat. Idcirco neceſſarium

θεώρημα καὶ ἀληθὲς εἶναι, καὶ χρήσιμον, καὶ ἀκολουθίαν τινὰ ἔχειν, οὐ μόνον περὶ τὰς ὑποτεθείσας ἀρχὰς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ θεωρήματα. καθ᾽ ὅσον μὲν γὰρ ὑπὸ κατάληψιν πίπτει πᾶν θεώρημα, ἀληθὲς αὐτὸ ὑπάρχειν δεῖ· ψευδῶν γὰρ οὐκ εἰσι καταλήψεις. καθ᾽ ὅσον δὲ πρός τι τέλος συντείνει εἰς τὸν βίον φέρον, δεῖ ἕκαστον τῶν θεωρημάτων χρήσιμον εἶναι καὶ ἀναγκαῖον. τὸ δὲ σύστημα τῶν καταλήψεων πρὸς τὴν ἄλληλα συμφωνίαν τῶν θεωρημάτων, καὶ πρὸς τὴν ὑποτεθεῖσαν ἀρχὴν ἐπιζητεῖν δεῖ. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ὑπὸ ἕνα ἄρχοντα τὸ σύστημα νοεῖται τῶν ἀρχομένων, οὕτω καὶ πρὸς τὴν ὑποτεθεῖσαν ἀρχὴν τὸ θεώρημα ἀναφέρεται. διὰ τοῦτο πᾶν θεώρημα ἀληθὲς καὶ χρήσιμον καὶ ἀκόλουθον εἶναι δεῖ. εἰ δὲ τοῖς τρισὶ τούτοις πᾶν θεώρημα τεχνικὸν κρίνεται, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἰατρικὰ θεωρήματα τοῖς αὐτοῖς τούτοις κρίνοιντο ἄν. δεῖ τοίνυν, ἐπειδήπερ ἀεὶ μήτε τὸ ἀληθὲς ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ ὅπως ἂν κρίνοιτο, πρόδηλον ὑπάρχει, μήτε τὸ χρήσιμον, μήτε τὸ ἀκόλουθον, εὐκατά-

eft, omne praeceptum et verum exiftere, et utile, et confequentiam quandam non modo circa propofita principia, fed etiam ad reliqua praecepta obtinere. Quatenus enim fub animi perceptionem omne cadit praeceptum, verum ipfum effe oportet: falforum namque perceptiones non funt: quatenus autem ad finem aliquem tendit vitae commodum, unumquodque illorum utile et neceffarium effe debet. Collectio autem comprehenfionum feu perceptionum tum ad mutuam praeceptorum concordiam, tum ad propofitum principium examinanda eft. Quoniam vero ut fub uno principe fubditorum congeries intelligitur, ita quoque ad propofitum principium praeceptum refertur: idcirco omne praeceptum verum, utile et confentaneum effe convenit. At fi tribus his quodlibet praeceptum artificiale judicatur, conftat et medica praecepta his ipfis effe judicanda. Fuerit igitur operae pretium, quoniam femper neque verum, quale fit et quomodo judicari debeat, manifeftum exiftit, neque utile,

ληπτά ἐστι, γνωρίσματα τούτων τινὰ καὶ κριτήρια πρὸ τῶν ἄλλων παραδοῦναι.

Κεφ. β'. Τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς κρίνεται τῇ τοῦ λόγου συμφωνίᾳ πρὸς τὰ ὑποκείμενα. ἀλλ᾽ ἐπεὶ τῶν ὑποκειμένων ἃ μὲν φαίνεται, ἃ δὲ κρύπτεται, καὶ τῶν φαινομένων ἃ μὲν εἰσὶν ἐξ [300] αὐτῶν καταληπτὰ, ὡς τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, ἃ δ᾽ οὐκ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἐξ ἑτέρων ἐστὶ καταληπτὰ, ὡς τὰ διὰ σημείων καταλαμβανόμενα· πάλιν δ᾽ αὖ τῶν κεκρυμμένων ἃ μὲν ἐναργῆ ἐστι καὶ λέγεται, ὡς τὰ δὶς δύο τέτταρα, ἃ δὲ διὰ ἀποδείξεως καταλαμβάνεται, ὡς τὸ, ᾧ ἐστιν εὖ καὶ κακῶς χρήσασθαι, καὶ τὰ ἑξῆς· δεῖ ἐπαναφέρειν ἀεὶ τὸν λόγον καὶ τὸ θεώρημα ἐπὶ τὸ εἶδος τοῦ ὑποκειμένου πράγματος, περὶ οὗ ἐστι καὶ ὁ λόγος, ἢ ἐφ᾽ ᾧ γέγονε τὸ θεώρημα. καὶ ἐὰν μὲν περί τινος τῶν φαινομένων ᾖ, πρὸς ἐκεῖνο ἁρμόζειν· ἐὰν δὲ περί τινος τῶν κεκρυμμένων, σκοπεῖν χρὴ, εἰ σύμφωνόν ἐστί τινι τῶν κεκρυμμένων. κρίσεις δὲ τῶν φαινομένων καὶ τῶν κεκρυμμένων διάφοροι. ὅσα μὲν γὰρ τῶν φαινομένων ἐξ ἑαυτῶν

neque confentaneum, facilia funt cognitu, notas quasdam horum et judicandi inftrumenta ante alia tradere.

Cap. II. Itaque verum fermonis cum fubjectis confenfu judicatur; fed quia fubjectorum alia apparent, alia latent, ac eorum, quae apparent, quaedam ex feipfis percipiuntur, ut album, et nigrum: quaedam non ex feipfis, fed ex aliis, ut quae fignis comprehenduntur: rurfus occultorum nonnulla evidentia funt et dicuntur, ut bis duo quatuor: nonnulla ex demonftratione percipiuntur, ut hoc fuo licet bene et male uti, et reliqua: convenit femper fermonem ac praeceptum ad rei fubjectae, de qua etiam agitur, aut propter quam factum eft praeceptum, fpeciem referre. Ac fi quidem de aliquo apparenti fit, ad illud accommodare: fin autem de aliquo latenti, confiderandum eft, an alicui latenti confonum fit: judicium vero apparentium et latentium diverfum eft. Quae enim inter apparentia ex feipfis com-

ἐστι καταληπτὰ, αἰσθήσει κρίνεται, ὡς τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. ὅθεν καταγελᾷν δεῖ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι τὴν τῶν φαινομένων κρίσιν οὐχὶ τοῖς αἰσθητηρίοις, ἀλλ᾽ ἀποδείξει τινὶ πειρῶνται ποιεῖσθαι· ὥσπερ ἀμέλει καὶ Ἀσκληπιάδης περὶ τῶν ἐπιπεφυκότων τῇ καρδίᾳ ὑμένων διαλεγόμενος Ἐρασίστρατον πεπλανᾶσθαί φησιν· Ἡρόφιλον γὰρ πολλὰ ἀνατετμηκότα μὴ ἑωρακέναι, παρὸν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τῶν φαινομένων ἐξέτασιν κατὰ τὸ προσῆκον ἐλθόντα ἀποφήνασθαι περὶ τοῦ πράγματος, καὶ μὴ δόξαις ἠλιθίαις ἀποπιστεῦσαι. τῶν τοίνυν φαινομένων, ὅσα οὐκ ἐξ ἑαυτῶν καταλαμβάνεται, κριτήρια, ὡς ἔφην, ἐστὶ τὰ αἰσθητήρια. τῶν δὲ φαινομένων μὲν, μὴ ἐξ ἑαυτῶν δὲ, ἀλλ᾽ ἐξ ἑτέρων καταλαμβανομένων, κριτήριόν ἐστιν ἡ συμπαρατήρησις. λέγω δὴ τῶν διὰ σημείων καταλαμβανομένων. πάλιν αὖ τῶν κεκρυμμένων, ὥσπερ πλείους αἱ διαφοραὶ, οὕτω καὶ τὰ κριτήρια διάφορα. ἐπὶ δὲ τῶν κεκρυμμένων ἃ μὲν ἐναργῆ ἐστιν, ὡς τὸ ἀδύνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἅμα ἐν Ἀθήναις τε εἶναι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ἃ δὲ δι᾽ ἀποδείξεως καταλαμβάνεται. τῶν μὲν

prehenduntur, fenfu judicantur, ut album et nigrum. Unde ridendi funt medici, qui apparentium judicium non fenforiis, fed demonftratione quadam moliri conantur. Quemadmodum profecto Afclepiades de adnatis cordi membranis disputans Erafiftratum erraffe dicit. Herophilum enim, quum multa differuiffet, non vidiffe, ubi liceret ipfi, ad apparentium disquifitionem, ut par eft, profectum, de re pronunciare, et opinionibus veris fidem non derogare. Apparentium igitur, quae non ex feipfis comprehenduntur, judicatoria, ut dixi, funt fenforia: quae vero non ex fe, fed ex aliis cognofcuntur, judicatorium eft obfervatio: dico autem eorum, quae fignis percipiuntur. Rurfus occultorum ut plures funt differentiae, ita etiam judicatoria diverfa. In occultis alia evidentia funt, exempli caufa, fieri non poteft, ut idem homo fimul Athenis fit et in Aegypto; alia demonftratione intelliguntur. Jam evidentium fane judicium

Ed. Chart. II. [300.] Ed. Baf. I. (16. 17.)

tibilibus. Habent hoc nimirum ambae hae ſectae commune, quod elementa impatibilia ſtatuant. Quodſi elementum non poteſt eſſe impatibile, non erit etiam ſpecie unum; nam neque longiori egemus demonſtratione ad oſtendendum, unum eſſe impatibile; quippe quia, quotiescunque unum fuerit elementum, nihil praeterea reliquum erit, in quod transmutari, nihil, a quo pati poſſit. Quicquid enim transmutatur, in alterum quippiam transmutatur, et quod etiam patitur, ab altero patitur. Sed quomodo quaeſo unum deinde ſervabitur? Probe ergo Hippocrates ratiocinatus eſt, non eſſe unum elementum, ſi res ulla futura ſit, quae doleat; nihil enim erit (ait ille), ex quo doleat, ſi unum fuerit. Quo ſit deinde, ut elementa omnino ſint plura uno.

Cap. III. Verum quotus ſit univerſus ipſorum numerus, hactenus incompertum eſt. Quare id deinceps exquiramus. Sed ſatius forſitan erit, de reliquis duabus ſectis, quarum meminimus prius, diſſerere, quibus commune erat, corpus, quod dolere poſſit, ex his

στοιχείων ὑπάρχειν ἅπαν τὸ ἀλγεῖν πεφυκὸς σῶμα. τέσσαρες μὲν γὰρ αἱ πᾶσαι δόξαι κατὰ τὴν διαίρεσιν εὑρίσκονται. πρώτη μὲν, ἡ ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα καὶ ἀπαθῶν. δευτέρα δὲ, ἡ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, ἀπαθῶν δέ· ὧν κοινὸν ἦν ἀμφοῖν τὸ ἐξ ἀπαθῶν. καὶ τοῦτο δείξαντες ἀδύνατον, ἀμφοτέρων ἀπεχωρήσαμεν τῶν δοξῶν. λοιπαὶ δ᾽ ἦσαν δύο, μία μὲν ἐξ αἰσθητικῶν τε ἅμα καὶ πασχόντων τῶν πρώτων στοιχείων συνιστῶσα τὸ αἰσθανόμενον σῶμα. δευτέρα δὲ, ἡ ἐξ οὐκ αἰσθητικῶν μὲν, πασχόντων δέ. κοινὸν γὰρ καὶ ταύταις ἦν τὸ ἐκ πασχόντων. ἴδωμεν οὖν, εἰ κἀν ταύταις ἡ ἑτέρα τῶν αἱρέσεών ἐστιν ἀδύνατος, ἢ τὸ μὲν δυνατὸν ἔχουσιν ὁμοίως, ὁποτέρα δ᾽ αὐτῶν οὐ δυνατὸν ἔχει μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰ ὄντως ἀληθής ἐστιν, ὑπολείπεται ζητεῖν. εὑρήσεις οὖν, εἰ προσέχεις τὸν νοῦν, ἀμφοτέρας ἐχούσας τὸ δυνατόν. εἰ μὲν γὰρ αὐτὰ τὰ μόρια δοκιμάζειν

primis elementis conftituere, quae fint alterationi obnoxia. Ex divifione enim reperies, omnes opiniones in quatuor redigi poffe; ita ut prima ea fit, quae ex fenfu vacuis pariter et impatibilibus; altera, quae fenfu quidem praeditis, fed impatibilibus. Quae ambae in hoc confentiunt, quod ex impatibilibus ftatuant; atque oftendimus, quod hoc effe minime poffit, et proinde eas utrasque miffas fecimus. Unde duae fupererant; altera, quae corpus fentiens ex primis elementis facultatem cum patiendi tum fentiendi habentibus conftituit; altera, quae ex patibilibus, fed fenfus expertibus; inter quas item ea eft communio, qua ambae ex patibilibus aiunt. Jam igitur infpiciamus, an harum fectarum impoffibilis fit altera; an potius aeque utraque aliquid proferat, quod poffibile fit, ut tamen mox inquiramus, utra earum, praeter id quod eam proferat fententiam, quae fit poffibilis, veritatem etiam maxime contineat. Itaque fi animum diligenter adverteris, ambas invenies id quod poffibile fit proferre. Si namque ipfas particulas explorare volueris, ratio-

ἐθέλεις καὶ σκοπεῖσθαι τῷ λόγῳ, πάντα ἐστὶν αἰσθητικὰ καὶ παθητικὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς σαρκὸς ἐλέγετο. εἰ δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα σκοποίης, ἐνδέχεται, τούτων ἀναισθήτων μὲν ὑποκειμένων, εἰς ἄλληλα δὲ τὸ δρᾷν καὶ πάσχειν ἐχόντων πολυειδῶς, ἐν πολλαῖς ταῖς κατὰ μέρος ἀλλοιώσεσι γενέσθαι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα. πᾶσα γὰρ ἡ ἐκ πλειόνων σύνθεσις, ἂν μὲν, οἷά πέρ ἐστι τὰ συντιθέντα, τοιαῦτα φυλάττηται διὰ παντὸς, οὐδεμίαν ἔξωθεν ἐπικτήσεται νεωτέραν ἰδέαν, ἣ μὴ κἀν τοῖς συντιθεῖσιν ὑπῆρχεν· εἰ δ' ἐξαλλάττοιτο καὶ μεταβάλλοιτο καὶ πολυειδῶς ἀλλοιοῖτο τὰ συντιθέντα, δύναιτ' ἂν ὑπάρξαι τι τῷ συνθέτῳ κατὰ γένος ἕτερον, ὃ μὴ τοῖς πρώτοις αὐτοῦ στοιχείοις ὑπῆρχεν. ἴσως δὲ καὶ παραδείγματος ὑπὲρ σαφηνείας δεήσει τῷ λόγῳ. φημὶ δὴ, τὴν οἰκίαν ἐκ λίθων καὶ πλίνθων καὶ ξύλων καὶ κεράμων

neque examinare, eae, quae corporum ſunt vim ſentiendi habentium, omnes et patibiles ſunt, et ſentiendi facultate praeditae, ut in carne paulo antea expoſuimus. Quod ſi prima reſpexeris elementa, facile fieri poterit, ut, quamvis ea nullum habere ſenſum ſupponatur, modo poſſint in ſe mutuo multifariamque et agere et pati, aliquod inde, multis intercedentibus particularibus alterationibus, corpus ſenſu praeditum gignatur. Quotiescunque enim ex pluribus quippiam componitur, ſi ea, quae in compoſitionem veniunt, qualia ſunt, talia ad extremum usque duraverint; nunquam id profecto novam ullam adventitiamque adipiſcetur formam, quae in his non praefuerit, e quibus conſtituebatur. Quod ſi ea multifariam varientur, transmutentur et alterentur, poterit tunc in compoſito aliquid ſuboriri, quod ab his, quae prius in primis illius elementis reperiebantur, ſit generis alterius. Sed erit forſitan operae pretium, perſpicuitatis gratia hanc exemplo rationem explanemus. Aedes nimirum, quae ex lapidibus, lateribus, lignis, tegulisque conſtructae ſunt, nihil eſſe

γεγονυῖαν οὐδὲν ἐπικτήσασθαι κατὰ γένος ἕτερον, ὃ μὴ καὶ τοῖς συντιθεῖσιν αὐτὴν ὑπῆρχεν. σκληρότητα γοῦν ἐκείνων ἕκαστον εἶχε, καὶ βάρος, καὶ σχῆμα, καὶ χρῶμα, καὶ μέγεθος, ἃ καὶ τῷ δημιουργήματι πρόσεστιν. σκληρότης μὲν γὰρ, χρῶμα καὶ βάρος ἀκριβῶς ταὐτὰ τοῖς συντιθεῖσιν. οὐ γὰρ δὴ σκληρὰ μὲν ἐκεῖνα, μαλακὴ δ᾽ αὕτη, καὶ βαρέα μὲν ἐκεῖνα, κούφη δ᾽ αὕτη, καὶ λευκὰ μὲν ἐκεῖνα, μέλαινα δ᾽ αὕτη. σχῆμα δὲ καὶ μέγεθος ἔχει μὲν καὶ ἡ οἰκία, διότι καὶ τοῖς συντιθεῖσιν αὐτὴν ὑπῆρχεν, οὐ μὴν ἀκριβῶς γε ταὐτὸν οὔτε μέγεθος, οὔτε σχῆμα τοῖς συντιθεῖσι πρὸς τὸ ὅλον. ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο ζητεῖται νῦν, εἰ μείζων ἡ οἰκία τῶν πλίνθων, ἢ προμήκης μὲν αὕτη, τετράγωνοι δ᾽ οὗτοι, ἀλλ᾽ εἰ διὰ τοῦτο καὶ μεγέθους καὶ σχήματος αὐτῇ μέτεστιν, ὅτι καὶ τοῖς συντιθεῖσιν. ἐπεί τοι τίς οὐκ οἶδεν, ὡς ἡ διαγώνιος εὐθεῖα τὸ τετράγωνον χω-

adeptas dicimus, quod non eodem genere contineretur, quo ea, quae illis praeerant, unde ipſae fabricatae ſunt. Durities quippe illis univerſis ſigillatim aderat gravitasque et magnitudo, praeterea figura et color, quae omnia nec in ipſo etiam aedificio deſiderantur. Nam duritiem quidem ac gravitatem coloremque eundem prorſus cum his habet, e quibus conſtitutum eſt; neque enim id molle eſt, quum tamen illa dura fuerint; aut leve hoc, illa vero gravia; aut hoc atrum, et illa candida; ſed figuram et magnitudinem ob id quidem habent aedes, quia prius ea habebant, unde illae compoſitae ſunt: verum non eandem omnino aut figuram aut magnitudinem habet totum aedificium, quam partes id componentes habuerunt. At neque hoc eſt id, quod quaerimus, an, inquam, domus ſit lateribus major, vel an ea ſit oblonga, quum lateres ſint quadrati; ſed potius, an haec propterea ſit figurae particeps ac magnitudinis, quia haec in his, unde conſtituta eſt, praeerant. Alioqui enim quis eſt, qui non norit, rectam lineam ab angulo ad angulum du-

ρίον εἰς δύο τρίγωνα τέμνει; καὶ ὡς ἐξ [7] ἐκείνων τῶν δύο τριγώνων συνιόντων ἓν ἀποτελεῖται τετράγωνον; ἀλλὰ καὶ τὸ τρίγωνον καὶ τὸ τετράγωνον σχήματα. καὶ μὲν δὴ καὶ δύο ἡμικύκλια συντεθειμένα τὸν ὅλον ἀπεργάζονται κύκλον. ὥστε ἐξ ἄλλων μὲν ἄλλο τι γενέσθαι συγχωρήσομεν, οὐ μὴν ἀνομοιογενές. καὶ γὰρ τὰ σχήματα σχημάτων εἰσὶν ἀπεργαστικὰ, καὶ τὰ μικρότερα μεγέθη τῶν μειζόνων μεγεθῶν· οὐ μέντοι σχήματα μεγεθῶν, ἢ μεγέθη σχημάτων. ὥστ' ἐκ μὲν τῶν μὴ μεταβαλλόντων τὰς ποιότητας τῶν στοιχείων οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τι τῶν ἑτερογενῶν, ἐκ δὲ τῶν μεταβαλλόντων ἐγχωρεῖ. δύναται γὰρ ἐν πολλαῖς ταῖς μεταξὺ γενομέναις μεταβολαῖς τὸ τέως μέλαν αὖθις γενέσθαι λευκὸν, καὶ τὸ τέως λευκὸν αὖθις μέλαν, καὶ τὸ νῦν ἀναίσθητον αὖθις αἰσθητικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, καὶ ἀέρος, ἀλλοιουμένων τε καὶ μεταβαλλομένων, καὶ κεραννυμένων δι' ὅλων, ἀξιοῦσι γίνεσθαί τι τῶν συνθέτων σωμάτων αἰσθητικὸν, ἐνδεχόμενα λέγουσιν.

ctam in duos triangulos secare quadratum spatium? qui deinde duo trianguli, si item in unum coëant, quadratum iterum absolvunt, ut tamen tam triangulus, quam quadratum figurae sint; praeterea si duo semicirculi simul jungantur, integrum circulum complent. Et proinde concedimus, posse quidem ex aliis aliud quippiam gigni, verum non quod ab illis genere diversum sit; figurarum enim figurae effectrices sunt, minoresque magnitudines majorum; at figurae magnitudinum, vel magnitudines figurarum nequaquam. Quare nequit ex elementis, quae suas qualitates usquequaque immutatas servent, quicquam generis diversi gigni, sed, si transmutentur, sane poterit. Poterit enim, quod hactenus nigrum fuit, per multas transmutationes medias iterum album fieri, et quod nunc album, mox fieri nigrum, quod praeterea sensus expers est, illius fieri particeps. Unde qui ex igne, aqua, aëre et terra, invicem transmutatis atque alteratis, et ad temperamentum quoddam redactis, gigni corpus volunt sensitrice facultate praedi-

ὅσοι δὲ μενόντων, οἷά πέρ ἐστι, καὶ μόνον οὕτως ἀλλήλοις ἀναμιγνυμένων, ὥσπερ ἐν σωρῷ πυρῶν καὶ κριθῶν, ἐρεβίνθων τε καὶ κυάμων, ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. ὅλως γὰρ οὐδὲν διαφέρει πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ ἀέρα, ἢ γῆν συνελθόντα φάσκειν αἰσθητικὸν ἀπεργάσασθαι σῶμα, ἢ ὥσπερ οἱ πρὸ τούτων ἔλεγον τὰς ἀτόμους. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται, τῶν στοιχείων ἀπαθῶν μὲν ὄντων, ἐξ ἀναισθήτων δὲ πολλῶν συνελθόντων, ἓν αἰσθητικὸν ἀπεργάσασθαι σῶμα. δέδεικται γὰρ, ὡς οὐδὲν ἑτερογενὲς δύναται προσελθεῖν τοῖς συντεθειμένοις. αἴσθησις δέ γε πάντη γένους ἐστὶν ἑτέρου, σχήματός τε καὶ βάρους, καὶ σκληρότητος, ἃ ταῖς ἀτόμοις ὑπῆρχεν, ὥσπερ αὖ καὶ τῶν ἄλλων, ἃ πυρὶ, καὶ γῇ, καὶ ἀέρι, καὶ ὕδατι. καὶ γὰρ παρὰ τὰ χρώματα, καὶ τοὺς χυμοὺς, καὶ τὰς ἀτόμους, καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ ἄλλα τὰ τοῖς σώμασιν ὑπάρχοντα, ἕτερόν ἐστι τὸ τῆς αἰσθήσεως γένος. ὥστ᾽ οὐκ ἐξ ἀτόμων, οὔτ᾽ ἐκ πυρὸς, καὶ γῆς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα, μενόν-

tum, hi conſentanea pronuntiant. Qui vero ex illis ita ut ſunt permanentibus et permixtis tantummodo, perinde ac triticum, hordeum, ciceres et fabae, in acervo, hi nimirum ea, quae fieri nequeant, ſectantur. Nam nec prorſus quicquam intereſt, ſi dicas, ex ſolo ignis, aquae, aëris terraeque conventu corpus ſentiens naſci, aut ſi ex atomis, quod priſci illi affirmabant. Jam enim nullum corpus, quod ſenſum habeat, poteſt ex pluribus elementis conſtitui ſimul coëuntibus, quae tamen impatibilia ſint, quum ſit monſtratum, nihil in his ſimul compoſitis oriri poſſe generis alterius. Senſus vero eſt omnino e genere diverſo a figura, gravitate et duritie, quae atomis inerant, et ab aliis quoque, quae igni, et terrae, aërique et aquae; eſt enim ſenſus alterius cujusdam generis a colore, ſapore, et odore, et caeteris tandem, quae (ut omnia in unum colligam) corporibus inſita ſunt. Non ergo aut ex atomis corpus aliquod, quod vim ſenſitricem habeat, procreari poterit, aut ex igne, et terra, aëre,

των ἀμεταβλήτων καὶ τοιούτων, οἷά πέρ ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, καὶ μὴ πασχόντων. ἢ τοίνυν ἐξ αἰσθητικῶν τε καὶ πασχόντων τῶν πρώτων στοιχείων, ἢ ἐξ ἀναισθήτων μὲν, ἀλλὰ μεταβάλλεσθαι καὶ ἀλλοιοῦσθαι δυναμένων, ἀναγκαῖόν ἐστι συνίστασθαι τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν, ὅτι τε πλείω πάντως ἑνός ἐστι τὰ στοιχεῖα, καὶ ὅτι παθητικὰ, δείκνυσιν. (49) εἰ δ' ἐκ τῶν πρώτων αἰσθητικῶν ἁπάντων, ἢ οὐκ αἰσθητικῶν, οὔπω δείκνυσιν· ἄμφω γὰρ ἐνδέχεσθαί φασιν. ὅτι μέντοι πάντως ἐστί τινα τὰ μὴ αἰσθητικὰ, πρόδηλον ἐκ τοῦ καὶ τῶν συνθέτων εἶναί τινα τοιαῦτα. ἐπεὶ δ' αὐτάρκως ἀποδέδεικται τοῦτο τοῖς γ' ἀκολουθεῖν ἀποδείξει μεμαθηκόσιν, ἐφεξῆς ἂν εἴη διελθεῖν ἄμεινον, ὃ πολλάκις τε καὶ πολλαχοῦ τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων ἐπιδείκνυμι, ὡς ἓν τῶν ὁμοειδῶν εἰπὼν ἡμῖν ἐπιτρέπει τὰ λοιπὰ τὰ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ δύναμιν ἔχοντα προστιθέναι τῷ λόγῳ.

et aqua, quae immutata permaneant, et talia ſemper, qualia ex ſua ipſorum natura ſunt, nihilque unquam patiantur. Quare vel ex elementis primis, quibus vis ſentiendi inſit, vel ex illis, quae, licet hac careant, ea tamen natura ſunt, ut alterari et transmutari poſsint, erit neceſſe corpus conſtitui, quod ſenſu praeditum ſit. His igitur, et quod uno plura ſint omnino elementa, atque etiam quod pati poſſint, monſtratum ſit. An vero ex his primis elementis, quibus omnibus vis inſit ſentiendi, an ex illis potius, quae ea careant, quum et utrumque horum fieri poſſe affirment, nondum monſtratum eſt. Porro nonnulla quidem omni carere ſenſu, inde perſpicuum eſt, quod quaedam etiam concreta hujusmodi ſint. Sed quum hoc jam ſit demonſtratum, quantum poſſit iis ſufficere, qui didicerunt demonſtrationibus acquieſcere, operae pretium ſane erit, ut mox id exponamus, quod non ſemel, ſed multis in locis commentariorum Hippocraticorum oſtendimus: ille enim, ſi aliquando unum quippiam ex eorum numero proferat, quae eandem naturam continent, reliqua deinde, quae eandem vim habent, nobis ad

καὶ δὴ καὶ νῦν οὕτω μοι δοκεῖ πεποιηκέναι, δείξας μὲν αὐτὸς ἐξ ἑνὸς φαινομένου τὸ τῆς δόξης ἀδύνατον, ἀπολιπὼν δ᾽ ἡμῖν ἐκ τῶν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ δύναμιν ἐχόντων ἀποδεικνύναι πολυειδῶς. ἓν μὲν γὰρ τῶν φαινομένων ἐστὶ τὸ ἀλγεῖν ἡμᾶς. ἐδείχθη δὲ τοῦτο γενέσθαι μὴ δυνάμενον ἄνευ [8] τοῦ πάσχειν· ᾧ πάλιν εἵπετο πλείω πάντως εἶναι τὰ στοιχεῖα, τὸ γὰρ ἓν οὐχ οἷόν τε ἦν πάσχειν, μηδενὸς ὄντος τοῦ διατιθέντος αὐτό. ὥσπερ οὖν ἐκ τῶν ἀλγούντων σωμάτων, οὕτω κἀκ τῶν ἡδομένων ἔχεις ἀποδεικνύναι ταὐτόν· καὶ ὥσπερ ἀπὸ τούτων, οὕτω κἀκ τῶν αἰσθανομένων· ὥσπερ κἀγὼ νῦν ἐξεπίτηδες ἐποίησα πολλαχόθεν τοῦ λόγου. καὶ μὴν εἰ μήτε ἡδονὴ, μήτε πόνος, ἀλλὰ μηδ᾽ αἴσθησις ὅλως ἐστὶ τοῖς ἀπαθέσι στοιχείοις, οὐδὲ μνήμη δήπουθεν, οὐδὲ ἀνάμνησις, οὐδὲ φαντασία· ῥίζα γὰρ αὐτῶν ἐστι καὶ οἷον πηγὴ πάντων ἡ αἴσθησις. εἰ δὲ μηδὲν τούτων, οὐδ᾽

rationem addenda reliquit. Quod mihi hoc quoque loco servasse videtur, utpote qui ab uno quidem apparente ducto argumento opinionem hanc nequaquam possibilem esse ostenderit, moxque nobis locum reliquerit, ut id ipsum multifariam ex his, quae eandem cum hoc vim tenent, demonstraremus. In his enim, quae in nobis apparent, id unum est, quod nos dolemus: hoc vero monstravit minime fieri posse, quin etiam patiamur. Ex quo sequebatur postea, elementa esse plura uno, siquidem unum pati nequit, quum nihil praeterea relinquatur, quod ipsum afficiat. In quem igitur modum ille ex dolentibus corporibus, in eundem tu ex his, quae in voluptate sunt, ad hoc idem demonstrationem depromas; et ut ex his, ita ex illis, quae sentiunt. Nam et hoc ita a me dedita opera identidem in hoc libro factitatum est. Unde si nulla voluptas consequi poterit, ubi impatibilia fuerint elementa, nullusque dolor, ac nullus praeterea sensus: nulla etiam aderit vel memoria, vel reminiscentia, vel imaginatio, quum horum omnium sensus sit quasi radix et fons. At si nihil horum, nulla quoque ani-

ἄλλο οὐδὲν τῶν ψυχικῶν ἔργων, ὥστ' οὐδὲ ψυχή. θαυμάζειν οὖν ἄξιον τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν τὸ τάχος τῆς ἑρμηνείας. ἐν ἐλαχίστοις γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ὀνόμασι πάντ' ἐνεδείξατο ταῦτα, καὶ ἰσχυρῶς ἀπέδειξεν, ὡς οὐκ ἔστιν ἓν τὸ στοιχεῖον. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου διεληλύθαμεν, ἴδωμεν, ὅπως συνάπτει τῷ προειρημένῳ λόγῳ τὸν ἐφεξῆς. ἔχει δ' ἡ σύμπασα ῥῆσις ὧδε. ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑφ' ὅτου ἀλγήσειεν, ἓν ἐών. εἰ δὲ καὶ ἀλγήσειεν, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι. εἰ ἕν, φησὶν, ὑπῆρχεν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγει. εἰ δέ γε καὶ ἤλγει, ἀναγκαῖον ἂν ἦν ἓν εἶναι καὶ τὸ ἰώμενον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦ σχήματος τοῦ συλλογιστικοῦ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἰάσεως ἐρωτᾷ λόγον, ὥσπερ ἠρώτησεν καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἀλγημάτων. ἀκόλουθον γὰρ λαβὼν τῷ προτέρῳ τὸ δεύτερον, εἶτ' αὖθις προσλαβὼν τὸ ἀντικείμενον τῷ ἑπομένῳ, περαίνει τὸ ἀντι-

mi functio, et tandem nec ipſe etiam animus. Quis igitur non admiretur priſcorum virorum brevitatem in ſententiis? Nam haec omnia Hippocrates quibusdam vel paucis verbis perſtrinxit, et valide admodum monſtravit, elementum non eſſe unum. Verum ut haec expoſita ſunt, transeamus ad alia, et inſpiciamus, quo modo ipſe priori rationi ſequentem annectat; univerſa vero verborum ejus ſeries hoc ſe habet modo. Ego autem ſtatuo, quod, ſi homo eſſet unum, neutiquam doleret; nihil enim praeterea eſſet, ex quo doleret, ſi eſſet unum. Si tamen doleret, eſſet neceſſe, et medicamentum fore unum. Si unum (inquit ipſe) eſſet homo, minime doleret; quod ſi doleret, id etiam, quod illi remedio eſt, unum eſſet. Secundum eundem figurae ſyllogiſticae modum rationem ex curatione interrogat, ſecundum quem et ex dolore depromptam prius interrogavit. Aſſumit enim ſecundum, quod eſt primi conſequens, cui deinde adjiciens oppoſitum conſequenti, tandem concludit oppoſitum antecedentis.

Ed. Chart. III. [8.] Ed. Baſ. I. (49.)

κείμενον τῷ ἡγουμένῳ. εἴπερ γὰρ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγησεν· ἀλγεῖ δέ γε· οὐκ ἄρα ἕν ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς ἰάσεως ἐρωτηθήσεται λόγος. εἰ ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, καὶ ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως εἷς ἐστιν· οὐχ εἷς δέ γε ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως· οὐκ ἄρα ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ. δεῖ τοίνυν κἀνταῦθα πάλιν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐποιήσαμεν, ὅτι τε τῷ προτέρῳ τὸ δεύτερον ἀκολουθεῖ, καὶ ὅτι καλῶς προσλαμβάνεται τὸ τοῦ λήγοντος ἀντικείμενον, ἀποδείξαντας ἡμᾶς, ἐξήγησίν τε ἅμα καὶ πίστιν τὴν δέουσαν παρασχέσθαι τῷ λόγῳ. ὅτι μὲν οὖν, εἴπερ ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγησεν, ἐν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις ἐπεμνήσαμεν. ὅτι δ᾽, εἴπερ καὶ ἤλγησεν, ἕνα τῆς ἰάσεως ἐχρῆν εἶναι τὸν τρόπον, ὧδ᾽ ἂν μάλιστα καταμάθοις, εἰ λογίσαιο τὸ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν πάσχον ὑπὸ τῆς οἰκείας φύσεως πάσχειν αὐτό. μιᾶς οὖν ἑκάστῳ τῆς οἰκείας ὑπαρχούσης φύσεως, ἔσται μὲν δήπου καὶ τὸ πάθος ἕν. ἀκολου-

Nam ſi unum homo eſſet, non doleret; dolet autem; non igitur eſt unum. Pari etiam modo rationem ex curationis conditione deſumptam interrogabimus. Si homo eſſet unum, qui etiam doleret, modus illi medendi eſſet unus; ſed medendi modus non eſt unus; ergo ſi eſt unum homo, non dolet. Erunt itaque partes noſtrae, ut hunc etiam locum illo tractemus modo, quo et priorem: quippe ut oſtendamus, ſecundum primo conſequens eſſe, atque etiam quod probe oppoſitum conſequentis ſit acceptum; ut ſic et rationem exponamus, et fidem illi, prout res ipſa poſcere videtur, afferamus. Quum autem ſatis in ſuperioribus monſtratum ſit, quod homo, ſi unum eſſet, nunquam doleret, nunc, quod poſito etiam, quod ipſe doleret, unica tantum ſit futura curandi ratio, facile intelliges, ſi cogitaveris, quod, ſi quid a nulla re externa pati poteſt, reliquum eſt, ut tantum interne a ſua ipſius natura patiatur. At vero quum unica fuerit ipſa rei uniuscujusque natura, unicus etiam ſtatim futurus eſt

θεῖ δ' ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ καὶ ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος μία. τοῦτο δ' ἦν ἡ ἴασις· ὥστε καὶ ἡ ἴασις ἔσται μία τοῦ δι' ἑαυτοῦ πάσχοντος, ὥσπερ καὶ τὸ ἰώμενον ἕν. ὅτι δέ γε ἅπαντα ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα ψευδῆ προφανῶς εἰσιν, οὐ δέομαι λέγειν, ἀλλ' ἕπεται τῇ πρώτῃ τῶν ὑποθέσεων, ἣν ἀδύνατόν γε παντὸς μᾶλλον οὖσαν ἐκ περιουσίας ὁ Ἱπποκράτης προσήκατο, καὶ οὐδὲν ἧττον ἀπέδειξε κἀκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ προὔκειτο. τὸ μὲν γὰρ, εἰ ἕν ἐστι τὸ στοιχεῖον, οὐκ ἂν ἀλγεῖν ἡμᾶς, ἀληθές. [9] τὸ δέ γε ὑποθέσθαι, κἂν εἰ ἓν ἦν τὸ στοιχεῖον, ἡμᾶς ἀλγεῖν, οὐκ ἀληθές. ἀλλ' ὅμως ὑποτίθεται τοῦτο, δεικνὺς ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτῷ τὸ καὶ οὕτως ἀνατρέπεσθαι τὴν ἀρχήν. ἓν μὲν γὰρ καὶ τὸ νόσημα, καὶ τὸ εἶδος τῆς ἰάσεως ἔσται, καὶ τὸ ἰώμενον ἕν ἐστιν· οὐχὶ δέ γε τὸ ἰώμενον ἕν· ὑπόθεσις ἄρα ψευδὴς ἡ ἓν εἶναι λέ-

affectus. Hoc vero ex neceſſitate ſequitur, quod ratio redeundi in naturalem ſtatum unica ſit; at hoc quid aliud eſt, quam ipſamet curatio? quare, quod ipſum per ſe patitur, unicam habebit, qua curari poſſit, rationem, ſicut unicum etiam eſt id, quod curandum eſt. Quae omnia quam aperte falſa ſint, nulla noſtra expoſitione praeterea egent; ſed ea primam ſuppoſitionem ſequuntur, quam Hippocrates ex abundanti, quamvis ea ipſa omnes limites excederet eorum, quae quoquo modo eſſe poſſint, introducere voluit, utpote quia nihilo minus ex hoc etiam ſuppoſito id conficiatur, quod ab initio fuerat propoſitum. Nam quod nos non doleremus, ſi unum eſſet elementum, veriſſimum eſt. Sed non ita deinde eſt verum, ſi unum ſupponatur elementum, quod nos dolituri ſimus; attamen ob id et ipſum ſupponitur, ut ex illis, quae hoc ipſum ſuppoſitum ſequuntur, oſtendat, principium illud everti, quum unicus tunc futurus ſit morbus, atque etiam unica medendi forma et unicum praeterea remedium; ſed non unicum eſt remedium; erit ergo hypotheſis falſa, in qua ſubjiciebatur unum eſſe ele-

γουσα τὸ στοιχεῖον. ὅτι δὲ οὐχ ἓν τὸ ἰώμενον, ἐναργές. καὶ γὰρ θερμαινόμενος ὅδε τις ἐθεραπεύθη. καὶ ἄλλον εὑρήσεις, ὃς οὐδὲν ἧττον ἐθεραπεύθη ψυχόμενος, εἶθ᾽ ὑγραινόμενος. οὐκ ὀλίγους δ᾽ εὑρήσεις, οἳ διὰ τῶν ξηραινόντων ἰάθησαν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἰ διὰ τῶν στρυφνῶν ἢ πικρῶν ἐθεραπεύθη τις, ἤδη καὶ πάντες. εἰσὶ γὰρ οἱ διὰ τῶν ἁλμυρῶν ἢ γλυκέων. οὕτω δὲ καὶ διὰ τῶν ἐπεχόντων τὴν κοιλίαν ὅδε τις ἐθεραπεύθη. ἕτερος δὲ διὰ τῶν ὑπαγόντων. καὶ ὁ μὲν διὰ τῶν πυκνούντων, ὁ δὲ διὰ τῶν ἀραιούντων. καὶ, καθόλου φάναι, τρόπον ἰάσεως οὐδένα δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν, οὗ μὴ καὶ τοὐναντίον εὑρήσεις. ὥστ᾽ ὀρθῶς εἶπεν, ὅτι τὸ ἰώμενον οὐχ ἕν ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ταύτης γε τῆς προτάσεως, καὶ τῆς ἑτέρας, ἣν ἐξ ὑποθέσεως ἔλαβε, τὸ μὴ ἓν εἶναι τὸ στοιχεῖον ἐπεραίνετο, καὶ γίνεται σύμπας ἐρωτώμενος λόγος τοιοῦτος. εἰ ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, καὶ ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως εἷς ἐστιν· οὐχὶ δέ γε ὁ τρόπος τῆς

mentum. Satis enim evidens eft, non unicum effe remedium, quum multi, dum calefiunt, fanitati reftituantur; nec minus etiam reperiantur, qui refrigerati ex morbo convaluere, vel humectati; nec defunt etiam, quos exiccantia juverint; nec praeterea, quia aliqui funt acerbis aut amaris medicamentis curati, idcirco etiam omnes; funt enim qui dulcibus, vel falfis; atque etiam ut multi his ufi, quae alvum aftringunt, ita alii his, quae eandem cient, fani evafere; et ficut alii denfantibus, ita nonnulli rarefacientibus; ut tandem in univerfum hoc affirmare liceat, nullum unquam reperiri curandi modum, quin et alter illi contrarius ftatim reperiatur. Recte igitur afferuit, remedium non effe unum. Atqui ex hoc ipfo pronunciato, et altero, quod ex fuppofitione defumptum eft, efficitur, non effe elementum unum; ut tandem univerfam rationem hoc fere modo interrogare oporteat. Si homo et effet unum et etiam doleret, modus quoque, quo effet curandus, unus foret: modus vero, quo

ἰάσεως εἷς· οὐκ ἄρα ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ. μηκέτ' οὖν ἐπιζητῶμεν τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ, μήθ' ἑτέρως ἐξηγώμεθα παρὰ ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα, σαφῶς γε ἤδη τὴν γνώμην ἅπασαν ἐπιστάμενοι τοῦ ἀνδρός. ἀλλ' ἐπειδὰν εἴπῃ, ὅστις μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, προσωτέρω ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰατρικὴν ἀφίκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὁ λόγος ὅδε ἀκούειν· οὐδὲ γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, ὅ τι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ὅταν ταῦτα λέγῃ, μὴ συνάπτοντές τε καὶ ψιλοῦντες ἀναγινώσκωμεν ὡς ἓν μέρος λόγου τὸ ἓν ἐὸν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν Ἱπποκρατείων ἐποίησαν, ἀλλὰ δασύνοντές τε καὶ διϊστῶντες εἰς δύο μόρια, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπεν, οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτε ἄλλο οὐδὲν, ὅ τι μὴ φανερόν ἐστιν

curatur, nequaquam eft unus: igitur nec homo, fi eft unum, dolet. Itaque nihil amplius aut ea, quae circa hujus operis initia inducta funt, inquirere, aut praeter haec, quae nunc a nobis dicta funt, alia quapiam expofitione erit opus, quum ex his facile hujus viri fententiam habere poffimus. Ipfe vero ait: Quicunque eos confueverunt audire, qui de natura humana differunt, procul ab eo quod ad medicinam attineat, illos minime expedit hunc audire fermonem; neque enim dixerim, hominem effe omnino aërem, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliquid aliud, quod non in homine unicum effe appareat. Quae non eo legenda funt modo, ut ἑνεὸν fimul ac leni fpiritu proferatur, quafi unica fit pars orationis, quemadmodum multi ex Hippocraticis legere foliti funt, fed potius afpirantes, et in partes duas dividentes, ac fi ita dixerit: Neque enim dixerim, ipfum hominem effe usquequaque aërem, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliquid etiam aliud, quod non ap-

ἓν καὶ μόνον ὑπάρχον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ὅτι μὲν γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῷ λόγος ἅπας περὶ τοῦ μὴ ἓν εἶναι τὸ στοιχεῖόν ἐστιν, ἐπιδέδεικται μὲν καὶ ἐξ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, οὐδὲν δὲ ἧττον κἀξ ὧν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, μετὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ταύτην ἐπιφέρει. φασὶ γὰρ ἕν τε εἶναι, ὅ τί ἐστι, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα ἀλλήλοις οὐχ ὁμολογέουσι. λέγει δ' αὐτῶν ὁ μέν τις, ἠέρα εἶναι τοῦτο τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν, ὁ δὲ πῦρ. εἶτ' ἐφεξῆς πάλιν· τῶν ἰατρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μόνον ἐστὶ, οἱ δὲ αὐτέων χολὴν, ἔνιοι δὲ φλέγμα. εἶθ' ἑξῆς ἀρξάμενος αὐτοῖς ἀντιλέγειν, πρώτην μὲν ἐκείνην γράφει τὴν ῥῆσιν, ἣν πρώτην ἐξήγημαι, κοινῇ πρός τε τοὺς φυσικοὺς καὶ τοὺς ἰατροὺς ἰσχύουσαν. εἶτ' ἰδίᾳ πρὸς τοὺς ἰατροὺς ἀντιλέγει κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. ἀξιῶ δ' ἔγωγε, τὸν φάσκοντα αἷμα μόνον [10] (50) εἶναι τὸν ἄνθρωπον,

pareat unum ac folum in homine exiftens. Nam quod univerfus is fermo, quem ipfe priorem habuit, ob id factus fit, ut probaret, elementum minime effe unum, tum ex his oftenditur, quae ipfe paulo antea dixit, tum vel maxime ex his, quae ftatim circa initia fubjungit praecedenti fententiae, quum ait: Dicunt enim, unum effe id, quod eft, atque hoc et unum effe et omne; fed inter fe non conveniunt deinde nominibus; nam ex eis aliqui hoc unum atque omne ftatuunt effe aërem, alii aquam, alii terram, alii ignem. Item paulo poft: Ex medicis quoque nonnulli hominem autumant effe folum fanguinem, quidam vero ipforum bilem arbitrantur effe hominem, aliqui pituitam. Poftmodum illos refellere aggreffus eam dictionem protulit, quam ego priorem expofui, quae in univerfum efficax plurimum eft tam contra medicos, quam contra naturales philofophos. Mox vero feorfum medicos his etiam verbis infectatur: Ego vero cenfeo, opus effe, illum, qui affirmet folum fanguinem effe hominem, nec

καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταβάλλοντα τὴν ἰδέαν, μήτε γίνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίας τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται μόνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γάρ ἐστιν, εἶναι μίαν γέ τινα ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωϋτῷ ὅ τί ἐστι. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος, φλέγμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος, χολήν. τελειώσας δὲ τοῦτον τὸν λόγον ἐφεξῆς πάλιν ἐπιφέρων ἐρεῖ· πρῶτόν μὲν οὖν ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἂν ἕν γε ὂν ἄλλο τι γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη ἄλλῳ; καὶ πάλιν ἐφεξῆς· ὥστε πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι, ὅπου γε οὐδὲ ἀπὸ τῶν πλειόνων γίνεται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας; καὶ πάλιν ἐφεξῆς· ἀνάγκη τοίνυν, τῆς φύσεως τοιαύτης ἐούσης καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἁπάντων, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. καὶ πάλιν ἐν τοῖς

quippiam praeterea aliud, oftendere ipfum, nec formam transmutare, nec alio etiam modo variari; et ut vel tempus aliquod anni vel aetatis monftret, quo unus folusque in homine fanguis confpici poffit. Nam confentaneum rationi videtur, ut aliquo faltem tempore id, quod in ipfo unum eft, repraefentet. Et eadem ego illis oppofuerim, qui volunt hominem folam effe pituitam, nec non et illis, qui folam bilem. Ac tandem finem huic rationi facturus haec iterum fubinfert. Neceffe igitur primum eft, generationem minime ex uno fieri; qui enim poterit, quod unum eft, nifi alteri cuipiam commifceatur, aliquid aliud gignere? Atque iterum deinde: Quo unquam modo rationi confonum eft, quicquam ex uno fieri, quum nec ex pluribus etiam poffit quicquam conftitui, nifi ea ex mutuo temperamento probe fe habuerint? Et rurfus poftmodum: Quare neceffe eft, fi hujusmodi fit natura cum hominis, tum aliorum omnium, hominem non effe unum. Denuoque in fequentibus: Neceffarium

Ed. Chart. III. [10.] Ed. Bas. I. (50.)

ἐφεξῆς· ἀνάγκη τοίνυν, ὅτι τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέαν τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν εἶναι αὐτὰ, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ἕν ἐστιν. ἔν τε οὖν τούτοις ἅπασι καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα πάλιν οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῖς ἓν ἀξιοῦσιν εἶναι τὸ στοιχεῖον ἀντιλέγει σαφῶς. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τοῦτ᾽ εἶπεν, ὅπερ ἡμεῖς ἐξηγησόμεθα, τὸ μήτε ἀέρα μόνον ὑπάρχειν ἐν τῷ σώματι, μήτε πῦρ, μήτ᾽ ἄλλο μηδὲν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ὑπάρχον ἐν τῷ σώματι. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὅταν εἴπῃ· οἱ δὲ λέγοντες, ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρέεσθαι· πόθεν ὁρμηθέντες ἔνιοι τὸν ἄνθρωπον ἓν εἶναί φασι, διηγεῖται, κἀπειδὰν ἀντιλέγων αὐτοῖς ἐρεῖ· καίτοι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν οὐδεὶς πω ἀπέθανε χολὴν μόνην καθαρθείς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων χυμῶν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα πεποίηται τὸν λόγον, ὡς οὐχ εἷς χυμός ἐστι παντελῶς ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ στοιχεῖον, ἀλλ᾽ οἱ τέτταρες, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅπερ ἐξ ἀρχῆς

igitur est, quum adeo inter se et specie et potestate differant, ea non esse unum, nisi ignis quoque et aqua unum fuerint. Itaque in omnibus his et praeterea in sequentibus etiam nihil aliud agit, praeterquam quod eos aperte insectatur, qui unum esse elementum decernunt. Quare patet, quod idem etiam agit, dum statim circa principia hujus sermonis, quae nos etiam exposuimus, ea profert: hominem, inquam, non esse solum aërem, neque ignem, nec quicquam aliud, quod non in corpore unum esse appareat. Nam et ea parte, qua ipse ait: Mihi videntur hi, qui hominem esse unum autumant, in hanc venisse sententiam; explicat, unde nonnulli inducti sint, ut dicerent, hominem esse unum. Quos quum mox etiam refellit inquiens: Atqui primum nullus unquam ex superfluente purgatione mortuus solam bilem excrevit; nec non quum de caeteris humoribus, de quibus mox disserit, eadem etiam profert, humanam nimirum naturam non ex uno penitus humore, hoc est elemento, sed ex quatuor con-

ὑπέθετο, περαίνει, τὸ μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔστι μὲν οὖν ἠλίθιος ἡ δόξα καὶ τῶν φυσικῶν φιλοσόφων, καὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι στοιχεῖον ἓν εἶναί φασιν, ἢ τοῦ παντὸς, ἢ τοῦ ἀνθρώπου.

Κεφ. δ'. Καὶ μᾶλλόν ἐστι θαυμάσαι, πῶς οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἐν εὐδοξίᾳ τινὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἦσαν, ἢ ἀπορῆσαι τῆς ἀντιλογίας. ἀλλ' ὅμως ὁ Ἱπποκράτης ἀντιλέγειν αὐτοῖς ἐπεχείρησεν, οὐχ ὡς μέγα τὶ ποιῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πιθανοῖς τισι λόγοις ἐχρήσαντο καὶ δυσλύτοις οἱ ἓν εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἀλλὰ πρόχειρόν τε καὶ ῥάστην φωραθῆναι τὴν ἀτοπίαν ἔχουσιν. οἵ τε γὰρ τὸ ὕδωρ εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, ὅτι τοῦτό πυκνούμενον μὲν καὶ οἷον πιλούμενον γίνεται γῆ, ἀραιούμενον δὲ καὶ οἷον χεόμενον ἀήρ· εἰ δὲ ἐπιπλέον ἀραιωθείη τε καὶ χεθείη, πῦρ· διὰ τοῦτό φασιν

ftare; nihil aliud omnino agit, nifi quod id concludit, quod erat pollicitus ftatim ab ipfo principio, unum non effe ipfum hominem. Porro fatua eft haec tam naturalium philofophorum quam medicorum opinio, qui unum vel hominis vel ipfius etiam univerfi effe elementum afferunt.

Cap. IV. Et fane mirandum eft, quo unquam pacto illi, qui talia introducunt, aliqua a quibusdam hominibus exiftimatione digni habeantur, quum tamen neque fit arduum illos confutare. Aggreffus attamen Hippocrates eft illis contradicere, non quod fe magni aliquid facturum arbitraretur, fed magis celebritate eorum motus. Nullas enim vel probabiles, vel quae folvi facile non poffint, rationes hi afferunt, qui unum effe elementum ponunt; fed eas tantummodo, quae fallaciam omnibus expofitam quaeque facillime deprehendatur, habeant. Qui etenim aquam effe elementum cenfent, ob id hoc arbitrantur, quod ea denfata et quafi coacta in terram vertatur; rarefacta vero ac veluti fufa in aërem; quae fi praeterea magis rarefcat ac fundatur, in ignem transit; et proinde

ὑπάρχειν αὐτὸ στοιχεῖον· [11] οἵ τε τὸν ἀέρα, καὶ οὗτοι πῦρ μὲν γίνεσθαί φασιν ἀραιούμενον, ὕδωρ δὲ πυκνούμενον· εἰ δ᾽ ἔτι μᾶλλον πυκνωθείη, γῆν· οἵ τε τὴν γῆν, ἐκ τοῦ μετρίως μὲν χεθεῖσαν, ὕδωρ γίνεσθαι, περαιτέρω δ᾽ ἀραιωθεῖσαν, ἀέρα, καὶ σφόδρα τοῦτο παθοῦσαν, εἰς πῦρ μεταπίπτειν, καὶ οὕτω συλλογίζονται τὴν γῆν ὑπάρχειν στοιχεῖον· οἵ τε τὸ πῦρ ὡσαύτως, ἐκ τοῦ συνιὸν μὲν καὶ πυκνούμενον ἀέρα γίνεσθαι, παθὸν δ᾽ ἔτι μᾶλλον τοῦτο καὶ σφοδρότερον πιληθὲν ὕδωρ, ἐπὶ πλεῖστον δὲ πυκνωθὲν γῆν ἀποτελεῖσθαι· συλλογίζονται καὶ οὗτοι, τοῦτ᾽ εἶναι τὸ στοιχεῖον. καίτοι πρόχειρός γε ἡ ἀτοπία τῶν λόγων. ὑπὲρ γὰρ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν στοιχείων εἰρηκότες ἅπαντες, οὐ τοῦτο οἴονται δεικνύναι, ἀλλ᾽ ὅ τί περ ἂν ἕκαστος αὐτῶν ὀνομάσῃ στοιχεῖον. οὐκ ἔστι δὲ ταὐτον, ἢ περὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς εἰπεῖν, ἀέρος καὶ πυρὸς

eam esse elementum affirmant. Sed et qui aërem, ipsi quoque aiunt, illum rariorem factum, ignem effici; densiorem vero, aquam; qui si etiam densetur magis, terram gigni. Alii autem, quum terram intuerentur, quae si aliquantulum et moderate rarescit et funditur, in aquam transmutatur: si magis, in aërem: si maxime, in ignem: hoc argumento probant, terram ipsum esse elementum. Nec secus etiam agunt, qui ignem esse elementum statuunt; quia enim, si is densetur et quasi in se ipsum cogatur, in aërem vertitur; si id ipsum magis patiatur, magisque densetur, in aquam; si quam plurimum densetur, in terram; ideo efficere volunt et isti, hoc ipsum esse elementum. Attamen hae istorum rationes perquam apertam et in promptu absurditatem habent. Porro hi omnes de mutua elementorum transmutatione verba faciunt; nec tamen se id demonstrare arbitrantur, sed potius id, quod unusquisque eorum appellat elementum. Non autem idem est de aëris ignisque, et praeterea terrae et aquae inter se invicem transmutatione sermonem habere, ac

Ed. Chart. III. [11.] Ed. Baf. I. (50.)
καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἢ περὶ στοιχείων· οὐ γὰρ δὴ ταύτῃ γε στοιχεῖον ἕκαστον αὐτῶν, ᾗ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα πέφυκεν, ἀλλ' ᾗ πρῶτόν τέ ἐστι καὶ ἁπλούστατον· ἐπεί γε καὶ Πλάτων ὑπὲρ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς ἐν Τιμαίῳ διείλεκται, κοινὴν ὑποβεβλῆσθαι πᾶσιν ὕλην μίαν ἀποδεῖξαι βουλόμενος. ἀλλ' οὗτος μὲν, ὡς ἂν εἰδὼς ἀποδεικνύειν, εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ τῶν πρώτων σωμάτων εἰς ἄλληλα μεταβολῇ. Θαλῆς δὲ καὶ Ἀναξιμένης καὶ Ἀναξίμανδρος καὶ Ἡράκλειτος, ἓν ἐξ αὐτῶν ὁτιοῦν ἄλλος ἄλλο θέμενος εἶναι στοιχεῖον, ἐκ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς αὐτῶν ἀποδεικνύναι πειρῶνται. καί μοι δοκοῦσιν ἅπαντες ἐκεῖνοι τὴν ὕλην ὀνειρώττειν, ἣ κοινῇ πᾶσιν ὑποβέβληται τοῖς στοιχείοις, καὶ ταύτην μίαν ὁρῶντες ἓν ὑπολαμβάνειν εἶναι καὶ τὸ στοιχεῖον· εἶτα δέον εἰπεῖν, εἴπερ ἄρα, τὸ κοινῇ πᾶσιν ὑποβεβλημένον, ἀέρι, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ γῇ, τοῦτ' εἶναι τὸ στοιχεῖον, οἱ δὲ ὑπερέβησαν μὲν ἐκεῖνο, τῶν τεττάρων δὲ ἓν ὁτιοῦν ἀπεφήναντο, κοινῇ μὲν γνώμῃ τῆς

de elementis; utpote quoniam non eo, quod possint invicem ex natura transmutari, ununquodque ipsorum elementum est, sed quod primum atque simplicissimum sit. Unde et Plato in Timaeo ostensurus, his omnibus communem materiam esse subjectam, de mutua illorum transmutatione disserit; erat enim ipse peritus methodi demonstrandi, et proinde primorum corporum transmutatione probe usus est. At Thales, Anaximenes, Anaximander, nec non et Heraclitus, ex eorum mutua transmutatione unum quodpiam ex illis esse elementum demonstrare conantur, ita tamen ut alius aliud introducat. Qui mihi videntur omnes communem illam somniasse materiam, omnibus elementis subjectam; et hanc ut unicam videre, ita etiam unum esse elementum arbitrati sunt. Sed par quidem deinde erat, ut dicerent, hocne, quod communi quadam ratione omnibus subjectum est, aëri inquam et igni, terraeque et aquae, esset id elementum: at illi hoc praetergressi, unum quodpiam ex his quatuor id elementum esse promulgaverunt; et quidem hi omnes communem habent

ἀποδείξεως ἅπαντες χρησάμενοι, θέμενοι δ' οὐ ταὐτὸν ἅπαντες τὸ στοιχεῖον. ὅπερ δὴ καὶ σκώπτων αὐτοὺς ὁ Ἱπποκράτης, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ συγγράμματος, ὧδέ πως φησί· γνώμῃ μὲν τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δ' οὐ τὰ αὐτά. κἄπειτα τούτῳ συνάπτων, ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης, φησὶ, τὸν ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέονται, λέγουσι δὲ οὐ τὰ αὐτά. τίς δ' ἦν αὐτοῖς ἐπίλογος; ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν. οἵ τε γὰρ τὴν γῆν λέγοντες εἶναι στοιχεῖον ἐκ τοῦ χεομένην αὐτὴν ὕδωρ γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀραιωθεῖσαν ἀέρα, κἄπειτα πῦρ, ἐκ τούτου συλλογίζονται, τὴν γῆν εἶναι στοιχεῖον· κατὰ ταὐτὰ καὶ οἱ τὸν ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ εἰπόντες, ὡς ἔμπροσθεν ἐδήλωσα. πάντες οὖν οὗτοι τὸν ἐπίλογον ἕνα λέγουσιν ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσι, πρῶτον μὲν, οὐκ ἐπιφέροντες οἰκεῖον συμπέρασμα· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἦν εἰπεῖν, ἓν ἄρα τὸ ὑποκείμενον ἅπασι, καὶ οὐσία μία,

in demonſtrando ſententiam, non tamen idem poſtea elementum conſtituunt; quos et Hippocrates ſtatim inter hujus libri initia carpit, dum ita ait: Omnes quidem eadem utuntur ſententia, nec tamen eadem deinde dicunt; moxque haec etiam addit: Et ad id quidem, quod ipſi ſentiunt, eundem afferunt ratiocinii modum, nec eadem tamen pronunciant. At quisnam erat, quaeſo, is ratiocinii modus? is qui ſuperius a nobis expoſitus eſt. Qui enim terram eſſe elementum poſuit, inde ratiocinatur, quod ea fuſa in aquam vertatur; quae ſi magis inſuper rareſcat, in aërem; et ex hoc tandem in ignem, ſi adhuc fiat rarior; et ex hac ratione colligunt, terram eſſe elementum. Et eisdem innituntur, qui aquam aiunt, aut ignem, aut aërem, ſicuti prius a nobis expoſitum eſt. Hi igitur omnes, quantumlibet in variis verſentur poſitionibus, eodem tamen utuntur epilogo. Et ſane primam non eam inferunt concluſionem, quae illi propria peculiarisque ſit; propria enim ea erat, ut dicerent: unum eſt ergo ſubjectum, unaque ſubſtantia, quae omnibus pari ratione

ἥτις ὑποβέβληται κοινῇ τοῖς πρώτοις σώμασιν· ἔπειτα μηδ' αὐτὸ τοῦτο γινώσκοντες, ὡς τεττάρων ὑποθέσεων ἀπόδειξιν μίαν ἐγχειροῦσι λέγειν ἅπαντες, ἅπερ αὐτῶν καὶ διαῤῥήδην ὁ Ἱπποκράτης ἀμφότερα μέμφεται ἐν τῷ φάναι· καὶ ἐπιλέγει μὲν ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε [12] καὶ τεκμήρια, ἅ ἐστιν οὐδέν· σαφῶς ἐνδεικνύμενος, ὡς ἀναπόδεικτα φλυαροῦσι, καὶ παραλογίζονται μᾶλλον σφᾶς αὐτοὺς, ἢ συλλογίζονται. ἐν δὲ τῷ προσγράψαι, ὅτι γνώμῃ μὲν τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δ' οὐ τὰ αὐτὰ, δῆλον, ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν· ἐν τούτῳ πάλιν αὐτὸ τοῦτο ἐνδεικνύμενος, ὡς οὐκ αἰσθάνονται διαφόρων τε καὶ μαχομένων πραγμάτων ἀπόδειξιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐγχειροῦντες λέγειν. ὅθεν καὶ ᾧ ἄν τινι τύχῃ, φησὶν, ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον, περιγίνεσθαι δοκεῖ τῷ λόγῳ, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν ὄχλον εἰπὼν, ἀπαιδεύτων δηλονότι πλῆθος ἀνδρῶν, οὐκ εἰδότων, ὅ τί ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις. διὸ καὶ

primis corporibus fubjicitur. Deinde nec id animadvertunt, quod omnes unam eandemque demonftrationem ad quatuor materias accommodare volunt. Et nimirum haec ambo illis objicit Hippocrates, dum ait: Et aftruit fuam eorum unusquisque rationem teftimoniis ac conjecturis quibusdam, quae tamen nihil funt; aperte infinuat, illos procul ab omni demonftratione nugari, potiusque fe ipfos fallere, quam quod aliquid conficiant. Et quum praeterea addit, quod in eadem fententia omnes verfantur, nec tamen eadem dicunt, nempe neque id cognofcunt, hac etiam parte indicat, eos latere, fe rebus diverfis ac pugnantibus velle unam eandemque aptare demonftrationem. Unde ait deinde ipfe: Cujuscunque lingua magis foluta fluensque turbae vifa fuerit, is in ea disputatione fuperior judicatur. Turbam porro rudem imperitorum hominum multitudinem appellat, qui nec etiam quid fit demonftratio noverunt unquam; unde recte quidem

τοῦτο ὀρθῶς ἐπήνεγκεν· ἀλλ᾿ ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι αὐτοὶ ἑαυτοὺς καταβάλλειν τοῖς ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτῶν ὑπὸ ἀξυνεσίης, τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. ὁ γάρ τοι Μέλισσος (51) ἀλλόκοτα μὲν καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀπεφήνατο, ὡς ἕν τε εἴη καὶ ἀμετάβλητον καὶ ἄπειρον. ἐξ ὧν οἵ τε τὸν ἀέρα λέγοντες, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ τὴν γῆν εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, ἐκ τούτων ἂν δόξειεν ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος ὀρθοῦσθαι. εἰ γὰρ χρὴ δυοῖν ἀτόπων οὕτω δογμάτων αἵρεσιν ποιήσασθαι, κινδυνεύει νοῦν ἔχειν ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος. ὃ γὰρ ὑπέθετο κατ᾿ ἀρχὰς, οὐκ ἀνατρέπει κατὰ τὴν ἐφεξῆς διέξοδον, ὡς οὗτοι. θέντες γὰρ, τὸ στοιχεῖον ἓν εἶναι τῶν ὄντων, ἐν τοῖς ἐφεξῆς μνημονεύουσι τῆς μεταβολῆς αὐτοῦ, τέτταρα ποιοῦντες τὰ ὄντα. βέλτιον γὰρ ἦν ἀμετάβλητον ὑποθέσθαι τοῦτο τὸ ἕν, εἰ ὄντως ἕν ἐστιν. εἰ γὰρ μεταβάλλει, πῶς ἕν ἐστιν ἔτι; προσηκόντως οὖν ἔφη ὁ Ἱπποκράτης, ἅπαντας τούτους τοὺς

haec ipse deinde intulit: Sed (ut mihi videtur) hi homines ipsi suis ipsorum, quibus in disserendo utuntur, verbis se ipsos prae imperitia in errorem detrudunt, Melissique sententiam erigunt. Is enim, habito sermone de universitate, absurda quaedam pronunciavit, omnia nimirum esse unum, et id intransmutabile et infinitum. Unde ex qua parte aërem aiunt, aut ignem, aut aquam, aut terram esse unum et omne, ex ea etiam ratio Melissi firmari videtur. Data namque optione, ut ex his duobus decretis, adeo tamen absurdis, alterum eligatur, res periclitari videtur, ne Melissi sententia sit praeferenda; neque enim ipse id, quod a principio supposuerat, praecedente disputatione evertit; quod tamen illi committunt, quippe qui ponunt quidem, unum esse rerum omnium elementum, mox vero de ejus transmutatione agunt, ita, ut tandem quatuor entia constituant; melius enim foret, id unum intransmutabile fecisse, si sit revera unum, quoniam, si transmutetur, quo modo erit amplius unum? Merito igitur autumat Hippocrates, eos omnes, qui vel aquam unum

ἤτοι τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, ἢ τὴν γῆν εἶναι λέγοντας στοιχεῖα ὀρθοῦν τὸν τοῦ Μελίσσου λόγον, καίτοι γ' ἄτοπον ὄντα δεινῶς, καὶ παρὰ πᾶσαν ἐνάργειαν εἰρημένον, ὡς μηδὲ ἀντιλογίας χρήζειν. ἐπὶ πλέον δὲ καὶ περὶ τῆς ἀτοπίας αὐτοῦ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως διείλεκται.

Κεφ. ε'. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ εἶδος τῶν λόγων ὡσαύτως ἔοικεν Ἀριστοτέλης πεποιῆσθαι τῷ Ἱπποκράτει. προειπὼν γὰρ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ· τὸ μὲν οὖν, εἰ ἓν ἐστι καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν, σκοπεῖν, οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν· εἶτ' αὐτὸ τοῦτο ἀποδείξας, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ἀντιλογίας τινὸς δεῖσθαι φήσας τὸν Μελίσσου τε καὶ Παρμενίδου λόγον, ἐναργῶς ἑκάτερον ἄτοπον ὄντα, προϊόντος τοῦ συγγράμματος, ἀντιλέγων αὐτοῖς εὑρίσκεται. ταὐτὸν δὴ τούτῳ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔπαθεν. ἐνδειξάμενος γὰρ, ὡς ἀναιροῦσι τὴν ἰατρικὴν τέχνην οἱ ἓν εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐπιτήδειος ὅδε λόγος ἀκούειν, ὅμως ἐν

esse elementum inquiunt, vel aërem, vel ignem, vel terram, Melissi rationem erigere; quae tamen adeo est absurda, et ab omni prorsus evidentia semota, ut neque digna sit, cui contradicat. De ejus tamen absurditate ab Aristotele quoque in primo naturalis auscultationis libro plenius disputatum est.

Cap. V. Imo videtur ille in suarum rationum forma Hippocratem imitatus fuisse. Praefatus etenim ab ipso statim initio, quod considerare quidem, si ens unum sit et immobile, non est de natura considerare; atque hoc deinde etiam demonstrato, et proinde, quod neque sit opus rationibus Melissi et Parmenidis contradicere, utpote quia utraeque sint manifesto absurdae, attamen mox in illius libri processu eos insectari deprehenditur. Nec secus etiam Hippocrates ac ille egit, utpote quem (tametsi primum innuisset, illos, qui ajunt, unum esse elementum, eo medicinam labefactare, ut neque operae pretium sit eos hunc audire sermonem)

τοῖς μετὰ ταῦτα φαίνεται διαβάλλων αὐτῶν τὴν δόξαν. ὅτι δὲ καὶ τὰς τῆς φυσιολογίας ἀρχὰς, ὡς Ἀριστοτέλης ἔλεγε, καὶ τὰς τῆς ἰατρικῆς, ὡς Ἱπποκράτης φησὶν, ἀναιροῦσιν οἱ ἓν εἶναι λέγοντες τὸ ὂν, ἄντικρυς δῆλον, ἥ τε γὰρ φυσιολογία περὶ τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ καὶ ὅλως ἐν μεταβολῇ σωμάτων ἐστίν. εἰ δὲ ἕν ἐστι μόνον τὸ ὂν, ἀνῄρηται ταῦτα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ [13] ἰατρικὴ πρῶτον μὲν κᾀκ τοῦ τῆς γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς οἷον ὑπηρέτης ὑπάρχειν, εἰ μὴ δοθείη ταῦτα, συναναιρεῖται καὶ αὐτή. ἔπειτα δὲ καὶ οἱ τρόποι τῶν ἰάσεων, οἱ πολλοὶ καὶ πολυειδεῖς, οὗτοι πρὸς τῶν ἓν ἡγουμένων εἶναι τὸ ὂν ἀνατρέπονται. ἢ γὰρ οὐδ᾽ ὅλως πείσεταί τι τὰ σώματα ἡμῶν, ἢ, εἴπερ πάσχει, καθ᾽ ἕνα τρόπον πείσεται, ὥστε καὶ τὸ ἰώμενον ἓν ἔσται. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἀληθὲς, ἀπόλωλε δηλονότι σύμπασα ἰατρική. πολλῶν μὲν γὰρ ὄντων τῶν ἰωμένων, ἰατροῦ ἔργον ἐστὶ τὸ πρόσφορον

eorum fententias poftmodum refellere comperimus. At vero, quod ii, qui ens pronunciant effe unum, philofophiae naturalis principia tollant, ut ait Ariftoteles, atque etiam medicinae, ut Hippocrates, eft fane quam manifeftum. Naturalis etenim fcientia corpora, quae generantur ac intereunt, quaeque prorfus funt expofita transmutationi, contemplatur; ea vero, fi unum tantummodo ens fuerit, omnino delentur. Quibus deinde oblatis pariter et medicina tollitur; primum quidem ob id, quod ea fit quafi generationis et interitus miniftra, et proinde, nifi haec concedantur, illa etiam tollitur; deinde vero quia ab iis ipfis, qui ens effe unum opinantur, tot variae multiplicesque tolluntur medendi rationes: nam vel nihil corpora noftra tunc paterentur, vel, fi paterentur, unus tantum foret patiendi modus, et proinde unica etiam effet medelae ratio. Quod fi fuerit, univerfa porro medicina ruit: quippe quia, fi multa fint remediorum genera, ad medicum mox pertinebit ea excogitare, quae unicui-

ἑκάστῳ τῶν νοσημάτων ἐξευρεῖν. ἑνὸς δ' ὑπάρχοντος κατ' εἶδος τοῦ τε ἰωμένου καὶ τοῦ νοσοῦντος, οὐδεὶς κίνδυνος ἀποτυχίας· ὥστ' ὀρθῶς εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης εὐθὺς κατ' ἀρχάς· ὅστις μὲν οὖν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης προσωτέρω, ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰατρικὴν ἀφίκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν. οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, τοῦτ' ἔστιν οὐ παντελῶς ἓν, οὐδὲ μόνον. ὁ γὰρ τοῦτο λέγων προσωτέρω, ἢ κατὰ τὴν ἰατρικὴν, ἀποφαίνεται τὰς ἀρχὰς τῆς τέχνης ἀνατρέπων. χρὴ γὰρ, εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο συγκεχωρῆσθαι τοῖς ἰατροῖς, ὡς πολλαὶ μὲν αἱ τῶν νοσημάτων ἰδέαι, πολλαὶ δ' αἱ τῶν ἰαμάτων. τοῦτ' οὖν ὁ μὴ συγχωρῶν ἀναιρεῖ τὰς ἀρχὰς τῆς ἰατρικῆς, ὥστε προσωτέρω ἢ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ὁ λόγος ἐστίν. ὁ γὰρ ἀντιλέγων τοῖς ἀναιροῦσιν ἡστινοσοῦν τέχνης τὰς ἀρχὰς οὐχ ὁ τεχνίτης ἐστὶ τῆς ἀναιρουμένης τέχνης, ἀλλ' ἕτερός τις, ὅπερ ἄν σοι γένηται δῆλον κἀκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους ῥήσεως,

que morbo conducere poſſint: at quum una tantummodo fuerit, ut morbi, ita etiam remediorum ratio, nullum relinquitur amplius aberrandi periculum. Recte igitur Hippocrates protinus inter initia ita ait: Quicunque eos conſueverunt audire, qui de natura humana procul ab eo, quod ad medicinam attineat, diſſerunt, illos minime expedit hunc audire ſermonem. Et deinde ſubinfert: Neque enim dixerim, hominem eſſe usquequaque aërem, hoc eſt, penitus unum et ſolum. Quia, ſi quis id ipſum affirmare velit, is fertur ulterius, quam ratio medicinae expoſcat, et artis principia ſubvertit. Nam hoc medio inprimis concedi opus eſt, multas nimirum eſſe morborum, multas etiam praeſidiorum ſpecies: quod niſi conceſſerit, ſtatim e medio tollet ipſa medicinae principia. Procul igitur erit is ſermo a finibus medicinae. Jam enim nullus eſt artifex, qui illis contradicat, qui ſuae artis principia deſtruit, imo hoc ad alium pertinet. Quod facile vel ex ipſius Ariſtotelis verbis perdiſcas, quae ſe in

Ed. Chart. III. [13.] Ed. Baf. I. (51.)

ἐχούσης ᾧδε· ὥσπερ γὰρ τῷ γεωμέτρῃ οὐκ ἔτι λόγος ἐστὶ πρὸς τὸν ἀναιροῦντα τὰς ἀρχὰς, ἀλλ᾽ ἤτοι ἑτέρας ἐπιστήμης, ἢ κοινῇ πασῶν, οὕτως οὐδὲ τῷ φυσικῷ· τοῖς γὰρ ἀναιροῦσι τὰ ἐναργῶς φαινόμενα ἢ κοινῇ πάντας ἀνθρώπους μέμφεσθαι προσῆκεν, ὡς ἀνατρέπουσι τὸν βίον, ἢ τέχνην τινὰ ὑπὲρ τῶν ἀρχῶν ἀγωνιζομένην προστήσασθαι παρὰ τὰς κατὰ μέρος ἁπάσας, αὐτὴν δ᾽ ἑκάστην τῶν κατὰ μέρος τεχνῶν ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς συγχωρηθείσαις οὕτω προϊέναι. φαίνονται τοίνυν ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τε καὶ Ἱπποκράτης ὡσαύτως διατεθεῖσθαι τὸν λόγον, οἱ δ᾽ ἐξηγηταὶ μὴ παρακολουθεῖν. οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτ᾽ εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, οὐκ ἐπιτήδειον εἶναι τὸν λόγον τοῖς εἰωθόσιν ἀκούειν περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης προσωτέρω, ἢ ὁκόσον αὐτέης εἰς ἰατρικὴν ἀφίκει, διότι καταγινώσκει τῶν πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα τιθεμένων στοιχεῖα, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους τοῖς ἓν ὁτιοῦν αὐτῶν εἰποῦσιν εὑρίσκεται

hunc modum habent: Ut enim nequit geometra contra eum, qui fua tollit principia, disputare, verum hoc vel alterius fcientiae munus eft, vel pariter omnium: ita nec philofophus naturalis. Nam illi, qui ea deftruunt, quae perfpicuo apparent, jure effent coarguendi ab omnibus in univerfum hominibus, utpote quia vitam fubvertant: aut faltem ars aliqua praeter has omnes particulares inftituenda eft, cujus fit pro principiis artium omnium propugnare: etenim particularium unaquaeque artium ex principiis, quae pro conceffis habentur, progreditur. Unde videntur tam Ariftoteles, quam etiam Hippocrates, fuum eodem fere modo digeffiffe fermonem, quem tamen expofitores intelligentia non confequuntur. Siquidem Hippocrates non ea propter dixit, hunc fermonem illis non convenire, qui de humana natura audire confueverunt, ulterius quam quantum ipfius ad medicinam pertineat, quod eos contemnat, qui ignem et terram et aquam et aërem in elementis ponunt, imo ab initio ftatim ad extremum usque eos increpat, qui unum tantum ex

μεμφόμενος, ἐπεὶ ἐκεῖνό γε δεινῶς ἄλογόν ἐστιν, εἰ, διότι μηδὲν τῶν τεττάρων εἰλικρινὲς ἐν τῷ σώματι φαίνεται, διὰ τοῦτ' ἀπιστηθήσεται πάντα. κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἀπιστήσει τις, ἐκ κηροῦ καὶ ῥητίνης καὶ πίττης καὶ στέατος συγκεῖσθαι τὴν τετραφάρμακον καλουμένην, ὅτι μηδὲν αὐτῶν ὁλόκληρον καὶ παντελὲς ἐν αὐτῇ περιεχόμενον φαίνεται. καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν οὕτω δι' ὅλων ἀλλήλοις κραθέντων; ὅπου καὶ τὰ ξηρὰ φάρμακα, τὰ ἐκ καδμίας καὶ στίμμεως καὶ χαλκοῦ κεκαυμένου συγκείμενα, καλῶς λειωθέντα, τῶν ἁπλῶν οὐδέν τι εἰλικρινὲς διασωζόμενον ἔχει, οὐδ' ἐστὶ λαβεῖν τι μόριον οὐδὲ τὸ σμικρότατον αὐτῶν, ἐν ᾧ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν ἓν ἄκρατόν τε καὶ ἄμικτον [14] ἑτέρου θεάσῃ. μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα τῶν τεττάρων στοιχείων οὐδὲν εἰλικρινὲς διασωζόμενον ἔχει, ἐκ τούτων ἀπιστῶμεν αὐτὰ κεκρᾶσθαι,

his ponunt, quocunque modo fit illud. Id namque effet prorfus ab omni ratione alienum, fi propterea, quia nullum ex his quatuor folum fincerumque confpiciatur in corpore, velit etiam negare, ea omnia fimul reperiri. Effet enim hoc perinde, ac fi quis credere nollet, medicamentum, quod tetrapharmacum appellatum eft, ex cera, refina, piceque et adipe componi, quoniam eorum nullum integrum fincerumque contineri videat. Sed cur de his, quae invicem per tota mifcentur et temperantur, amplius loquimur? quum neque ficciora medicamenta, ut ea, quae ex cadmia, aere ufto ftimmique conftant, fi illa fint optime laevigata, videantur ullum ex his fimplex purumque fervare: nec ullam umquam poffis, quantumlibet vel minimam accipias, particulam invenire, ubi quodpiam ex his fincerum alterique impermixtum infpicias. Igitur, tametfi nullum etiam e quatuor elementorum numero integrum fincerumqne in animantium corporibus reperiatur, tamen non propterea dubitandum, quin illa ex his fint contemperata: neque eam ob caufam,

μήτε διὰ τοῦτο τὸν μὲν κόσμον ἐκ τῶν τεττάρων εἶναι στοιχείων συγχωρήσωμεν, ἀφαιρώμεθα δὲ τὰ ζῶα τῆς ἐκ τούτων γενέσεως, ὥσπερ ἔξωθέν ποθεν ἥκοντα, καὶ οὐκ ἐν τῷ κόσμῳ γεγονότα. ἢ δεῖξαί μοι σὺ κελεύεις, γῆν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν εἰλικρινῆ καὶ ἄμικτον, αὐτὸς μηδ᾽ ἐν τῷ κόσμῳ δεῖξαι τοιαύτην δυνάμενος; ὅ τι γὰρ ἂν λάβοις αὐτῆς τὸ μόριον, εὐθὺς τοῦτο καὶ θερμότητός τινος, καὶ νοτίδος, καὶ ἀερώδους οὐσίας μετέχει, τῆς ἀμίκτου γῆς, ἣν δὴ καὶ στοιχεῖον ἐπινοοῦμεν, ἐσχάτως πυκνῆς οὔσης, καὶ βαρείας, καὶ ψυχρᾶς, καὶ ξηρᾶς. ἀλλ᾽ οἷον ἐν τῷ κόσμῳ τὸν λίθον ἐπιδεικνύεις μοι σὺ γεῶδες σῶμα, τοιοῦτον ἐν τοῖς ζώοις ἐπιδείξω σοι τό τε τῶν ὀστῶν γένος καὶ τὸ τῶν χόνδρων καὶ τὸ τῶν τριχῶν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ γένους ἐστὶ κᾀν τοῖς ὀστρακοδέρμοις ζώοις τὸ καλούμενον ὄστρακον, ἀκριβῶς εἰς γῆς ἰδέαν ἀπεξηραμμένον καὶ πεπιλημένον· ὥστ᾽, εἰ ζητεῖς ἐν τοῖς ζώοις γῆν, ἔχεις θεάσασθαι τοιαύτην, οἵαν κᾀν τῷ

ſi mundum ex quatuor elementis conſtare concedimus, deinde ab hac horum compoſitione animalia eximamus, ac ſi illa minime ſint in eo procreata, ſed huc extrinſecus et aliunde introducta. Vel cur eſt, quaeſo, quod tu a me velis terram in corporibus animantium oſtendi, quae ſincera ſit atque impermixta, quum ejuscemodi ne in univerſo quidem a te oſtendi queat? quamcunque enim illius particulam acceperis, ea ſtatim erit alicujus caloris ac humoris cujusdam, aëreaeque ſubſtantiae particeps, quum tamen ea terra, quam etiam eſſe elementum opinamur, ſit quam maxime denſa, gravisque et ſicca, et praeterea frigida. Quod ſi tu in mundo mihi lapidem oſtenderis terreum ſane corpus, ego tibi illi ſimile in animantibus oſſium, cartilaginum, pilorumque genus oſtendam: ad quod etiam in teſtaceis animalibus id ſpectat, quod teſta appellatur, quod jam exacte eſt in ſpeciem terrae concretum et exiccatum. Quare ſi cupis in animante terram intueri, eandem habes, qualem

κόσμῳ, τήν τε ἄμικτόν τε καὶ παντελῆ καὶ μόνην οὐκ ἂν οὐδ᾽ ἐν ἐκείνῳ ῥᾳδίως ἐξεύροις· ὥσπερ οὐδὲ ὕδωρ καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς ἁπάντων τῶν ἄλλων, οὐδὲ πῦρ, οὐδὲ ἀέρα. νενόθευται γὰρ ἅπαντα τοῖς ἑτερογενέσι, καὶ ἀναμέμικται, καὶ μετείληφεν ἀλλήλων, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧττον. ἀλλά τοι κἀν τῇ μίξει τοις γε νοῦν ἔχουσιν ἡ τοῦ κρατοῦντος ἰδέα φαίνεται. μὴ τοίνυν μηδ᾽ ἐν τοῖς τῶν (52) ζώων σώμασιν ἄμικτόν τι ζήτει, ἀλλ᾽ ἀρκείτω σοι, τουτὶ μὲν ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ πυκνὸν, ἰδών τι τὸ μόριον, ἀναμνησθῆναι γῆς, τουτὶ δ᾽ ὑγρὸν, καὶ ἀραιὸν, καὶ ῥυτὸν, εἰς ἔννοιαν ὕδατος ἀφικέσθαι. ἀναμιμνησκέτω δέ σε καὶ ἡ πολλὴ θερμασία κατὰ τὸ τοῦ ζώου σῶμα πυρός· ἥ τε τοῦ πνεύματος φύσις, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε συστῆναι ζῶον, ἀέρος μὲν μάλιστα, σὺν αὐτῷ δὲ πυρὸς ἀναμιμνησκέτω σε. μηδέ με γῆν αἰτήσῃς αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν ἐν ζώου σώματι, μηδὲ τῶν ἄλλων μηδὲν

in univerſo: eam vero, quae ſola ſit et cujusque mixturae expers, neque in illo facile reperias, quemadmodum neque aquam puram, quae aliorum nulli commixta ſit, nec ignem, nec aërem: ſunt etenim haec omnia quaſi adulterata, et aliis mixta, quae ſunt diverſi generis: ſemperque alterum alterius tum magis, tum minus particeps eſt: ut tamen in ipſa mixtione illius (ſi quis animum intendat) forma appareat, quod alia excedit. Ne igitur amplius impermixtum quicquam in animalium corporibus exquiras, ſed quotiescunque aliquam videris particulam frigidam ſiccamque et denſam, ea ſatis ſit ad revocandam tibi terram in memoriam. Satis etiam praeterea ſit humidum aliquid vidiſſe et rarum atque fluens ad aquam mente concipiendam. Calor quoque, qui plurimus in corpore animantis reperitur, tibi ignis memoriam repraeſentet: nec non et ſpiritus natura, citra quem animal nequaquam conſtare poteſt, aëris in primis ac mox etiam ignis tibi afferat memoriam. Jam ne me popoſceris terram, quae ipſa per ſe ſit, nec aliorum ullum ſincerum:

ἄκρατον, ἢ δεῖξόν μοι σὺ πρῶτος ἐν τῇ τετραφαρμάκῳ τὸν κηρόν. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται, εἰ τοὺς πυροὺς, καὶ τὰς κριθὰς, καὶ τὰς φηγοὺς, καὶ τὰ σῦκα, καὶ τῶν ἄλλων ὀσπρίων τε καὶ ἀκροδρύων ἕκαστον οὐκ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος οἴει γεγονέναι, σαφῶς ὁρῶν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὑπάρχουσαν τὴν γένεσιν. ἆρ᾽ οὖν οὐδ᾽ ὅλως ἀέρος ἢ πυρώδους οὐσίας μετέχει; καὶ μὴν εἰ γῆν ὕδατι δεύσειας, οὐδὲν ἔσται σοι πλέον πηλοῦ. τῶν δ᾽ ὀσπρίων ἕκαστον ἢ τῶν ἀκροδρύων οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο πηλός ἐστιν, ὅτι καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος μετείληφεν δι᾽ ὅλων ἀλλήλοις κεραννυμένων. ἀλλ᾽ ἴσως σὺ μὲν τὰς φηγοὺς καὶ τὰ σῦκα συγχωρεῖς ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων γεγονέναι, καὶ πρό γε τούτων αὐτῶν τὰ φυτὰ, μικρὸν μὲν ἑκάστου σπέρμα θεώμενος εἰς τὴν γῆν καταβαλλόμενον, ὃ τῶν ἄλλων φυτῶν οὐδὲ μυριοστόν ἐστι μόριον· ἅπασαν δὲ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων ὁρῶν γινομένην, ἀπορεῖς περὶ τῶν ζώων, ὥσπερ οὐχὶ κἀκείνων ἐντεῦθεν τρεφομένων. ὄϊες

aut tu mihi prior in tetrapharmaco ceram oftende. Nam ego non poffum fane non admirari, fi tu non arbitraris, triticum, hordeum, glandes, fagos, ficus, leguminaque omnia ac fructus ex terra et aqua gigni, quum tamen ea manifefto videas fuum inde ortum habere. Anne igitur eorum fubftantia, dum gignitur, ignis eft et aëris expers? Atqui fi terram aqua maceraveris, nihil inde nifi lutum habebis: legumina tamen et hujuscemodi fructus non id ipfum funt, lutum inquam: utpote quae ab igne et aëre fimul per tota temperatis partem habeant. Concedes forfitan tu, glandes quidem ficusque ex totius univerfi elementis conftare, atque etiam ftirpes his ipfis priores: quippe qui videas, cujusque eorum femen perexiguum, quod terrae mandatum eft, neque millefimam effe particulam totius plantae, quae aliam vel univerfam deinde fubftantiam a totius univerfi referant elementis. Sed mox de animantibus dubitas. perinde ac fi haec ab illis non alantur: oves enim herbas depafcun-

μὲν γὰρ τὰς πόας, σύες δὲ καὶ ταύτας, καὶ τὰς φηγοὺς, αἶγες δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς [15] ἁπαλοὺς κλάδους τῶν δένδρων σιτοῦνται, κᾀκ τούτων αὐτοῖς τό τε αἷμα γεννᾶται, καὶ τὸ σῶμα τρέφεται, καὶ τὰ κυήματα συνίσταταί τε καὶ αὔξεται. πότερον οὖν αἶγες μὲν, καὶ σύες, καὶ ὄϊες ἐκ τῶν τοῦ κόσμου γεγόνασι στοιχείων, οἱ δὲ ταῦτα ἐσθίοντες ἐξ ἄλλου τινὸς ἢ τὴν πρώτην γένεσιν καὶ αὔξησιν, ἢ τὴν νῦν ἔχουσι τροφήν; καὶ μὴν ἄλογα ταῦτα πάντα, καὶ ἄτοπα, καὶ πολλῆς ἀμαθίας μεστά. καὶ γὰρ ὄσπρια καὶ καρποὶ πάντες ἐκ τῶν τοῦ κόσμου γεγόνασι στοιχείων, κᾀκ τούτων τὰ ζῶα καὶ γεννᾶται, καὶ τρέφεται, καὶ αὐξάνεται. καὶ χρὴ θαῤῥούντως ἀποφαίνεσθαι, γῆν καὶ πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ πάντων εἶναι κοινὰ καὶ πρῶτα στοιχεῖα. πρῶτα γάρ ἐστι ταῦτα καὶ ἁπλούστατα σώματα πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ· τὰ δ' ἄλλα πάντα, καὶ φυτὰ καὶ ζῶα, ἐκ τούτων σύγκειται. καὶ Ἱπποκράτης οὐ μόνον, ὅτι ταῦτα στοιχεῖά

tur, ſues non eas modo, ſed et glandes, caprae vero praeter has arborum quoque teneros ramos. Unde illis ſanguis gignitur, atque corpori alimentum accedit, ac praeterea foctus inde et conſtant, et augentur. Numquid igitur caprae, oves, ſuesque ex univerſi procreatae ſunt elementis, caetera vero, quae his ipſis veſcuntur, aliunde primum habent ortum, aut nutricationem, aut incrementum? Porro haec omnia et ab omni ratione aliena, et abſurda ſunt, atque etiam multa rerum inſcitia referta. Legumina etenim fructusque omnes ex elementis univerſi ſuam habent originem, e quibus omnia animalia gignuntur, aluntur et augentur. Audacterque profitendum eſt, terram, ignem, aërem et aquam prima eſſe communiaque rerum omnium elementa, quum ipſa ſint inter ea corpora, quae rerum univerſitate comprehenduntur, omnium prima atque ſimpliciſſima usque adeo, ut alia deinde omnia, ſtirpes inquam et animalia, ſint ex his concreta. Atque Hippocrates in proceſſu libri De natura humana non modo

ἐστι πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, προϊὼν αὐτὸς ἀποφαίνεται κατὰ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίων, ἀλλὰ καὶ τὰς ποιότητας αὐτῶν, καθ᾽ ἃς εἰς ἄλληλα δρᾷν καὶ πάσχειν πέφυκεν, αὐτός ἐστιν ὁ πρῶτος ὁρισάμενος.

Κεφ. ς'. Μὴ παρακολουθοῦντες δ᾽ οἱ πολλοὶ τῇ κατὰ τὸν λόγον ὁμωνυμίᾳ, συγχέονταί τε καὶ ταράττονται, καθάπερ καὶ Ἀθήναιος ὁ Ἀτταλεὺς, ἅμα μὲν τιθέμενος στοιχεῖα τοῦ ἀνθρώπου τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ἅμα δ᾽ ἐναργῆ φάσκων εἶναι τὰ στοιχεῖα, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως δεῖσθαι, καί ποτε μὲν ὀνομάζων αὐτὰ ποιότητάς τε καὶ δυνάμεις, ἐνίοτε δὲ συγχωρῶν σώμαθ᾽ ὑπάρχειν, εἶτα δεδιὼς ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, καὶ γῆν ὁμολογῆσαι. καίτοι σχεδὸν οὐδεὶς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν οὕτως ἅπαντα τὸν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐξειργάσατο λόγον, ὡς Ἀθήναιος. ἀλλ᾽ ὅμως κἀκεῖνος ἁμαρτάνων φαίνεται, καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα πάμπολλα, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. οὐδένα γὰρ οἶδα τὴν παλαιὰν ἰατρικὴν ἀκριβῶς μεταχειρισάμενόν τε καὶ τελειώσαντα τὰς ὑπ᾽ ἐκείνων ἡμῖν παραδο-

pronunciat, quod haec ſint omnium elementa, quae mundo contineantur: verum etiam primus ipſe eorum qualitates definivit, per quas inter ſe natura agere et pati poſſunt.

Cap. VI. Quod dum non aſſequuntur quam plurimi multiplici verborum ſignificatione confuſi, turbantur, quemadmodum Athenaeo Attalenſi contigit, qui ut calidum, frigidum, humidum et ſiccum hominis eſſe elementa ſtatuit, ita elementa usque eo eſſe evidentia praedicat, ut nullam praeterea demonſtrationem expoſcant: qui ea etiam qualitates nonnunquam ac poteſtates appellat, nonnunquam vero eſſe corpora concedit, nec audet haec fateri eſſe ignem, aquam, aëtem et terram: qui, etſi nullus e junioribus aeque univerſam rei medicae rationem, ac ipſe, literis mandaverit, in hoc tamen et in multis praeterea aliis una cum reliquis fere omnibus erraſſe deprehenditur. Nemo enim, quod equidem noverim, antiquam medicinam accurate tractavit, aut methodos a priſcis illis

θείσας μεθόδους. ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀφείλοντο πολλὰ τῶν ὀρθῶς εἰρημένων, ὅπου γε καὶ Ἀθήναιος ἐναργῆ φησιν εἶναι τὰ στοιχεῖα καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως δεῖσθαι. πότερον γὰρ, ᾗ στοιχεῖα, ταύτῃ τὴν ἐνάργειαν αὐτοῖς μαρτυρεῖ, ἢ κατὰ τὰς οὐσίας, αἷς συμβέβηκεν αὐταῖς εἶναι στοιχείοις; εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὰς οὐσίας, τί οὐχὶ καὶ τὰ ὑγιεινὰ καὶ τὰ νοσερὰ πᾶσιν ἀνθρώποις φαίνεσθαί φησι, καὶ μήτε διδασκαλίας τινὸς, μήτ' ἀποδείξεως προσδεῖσθαι διὰ τὴν ἐνάργειαν; ἅπαντες γὰρ γνωρίζουσιν ἄρτον, καὶ φακῆν, καὶ πτισάνην, καὶ κρέας, καὶ χόνδρον, καὶ μελίκρατον, ἀλλὰ τίνας ἢ πότε βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν ἕκαστον τούτων πέφυκεν, οὐκέτι γινώσκουσιν. ἐν τούτῳ δ' ἦν αὐτοῖς ὑγιεινοῖς ἢ νοσεροῖς ὑπάρχειν. ὥστ' ἄρτον μὲν, καὶ κρέας ἴσασι, καὶ πτισάνην, ὑγιεινὸν δὲ καὶ νοσερὸν οὐκ ἐπίστανται. οὕτω δὲ καὶ τῶν φαρμάκων, ἐλλέβορον,

nobis traditas abſolvit. Quin etiam, ſi verum ingenue fateri liceat, dixerim, multa ex his, quae ab illis conſtantiſſime dicta ſunt, hos detraxiſſe. Siquidem Athenaeus ait, elementa ita eſſe evidentia, ut nulla egeant demonſtratione. Sed libenter ab eo ſciſcitarer, hancne evidentiam aſſecuta ſint ea ratione, qua elementa ſunt, an potius ex ipſis eorum ſubſtantiis, quibus deinde accidit, ut elementa ipſa ſint: quoniam, ſi ex ſubſtantiis, cur non etiam affirmat, ſalubria morboſaque eſſe omnibus hominibus manifeſta, quae nulla propter eorum evidentiam diſciplina nullaque demonſtratione egeant? Jam enim nemo eſt, qui panem lentemque non agnoſcat, nec non et ptiſanam, et carnem, alicamque et mulſam: ſed quos deinde haec ſigillatim poſſint vel juvare, vel laedere, non eſt aeque omnibus compertum: inde tamen habent, ut haec ſalubria ſint, illa vero morboſa. Norunt igitur omnes panem ptiſanamque: ſalubria tamen et morboſa ignorant. Et idem de medicamentis dixerim. Nemo fere eſt, qui veratrum, elaterium, ſcammoniam,

ἐλατήριον, σκαμμωνίαν, ἐπίθυμον, ἶριν, ἑλένιον, οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἐναργῶς ἅψασθαι, καὶ ὀσφρήσασθαι, καὶ ἰδεῖν, καὶ γεύσασθαι δύναται. τὰς δ᾽ ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἢ βλάβας [16] οὐκ ἴσασιν· ὥστ᾽ οὐδὲ τὸ ὑγιεινὸν ἢ νοσερὸν αὐτῶν ἐπίστανται. καὶ τοίνυν καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν, οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἐναργῶς γινώσκει ταῖς αἰσθήσεσιν ἁπάσαις. ἀλλ᾽ εἰ στοιχεῖα ταῦτ᾽ ἐστὶν, οὐκ ἔτι γινώσκουσιν, οὐ μόνον οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν φιλοσόφων ἔνιοι. ἀλλ᾽ ἴσως φήσουσιν οἱ ἀπ᾽ Ἀθηναίου, μηδ᾽ αὐτοὶ περί γε τούτων αὐτῶν ἀποφαίνεσθαι μηδὲν, ἐπέκεινα γὰρ εἶναι τῆς ἰατρικῆς τέχνης· ἀρκεῖν δ᾽ αὐτοῖς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἃ κἀν τοῖς ζώοις ἐναργῶς δεῖξαι δύνανται, στοιχεῖα καὶ τῶν σωμάτων ὑποθέσθαι καὶ τῆς ὅλης ἰατρικῆς. τὸ μὲν οὖν, ὥσπερ ζώου, καὶ τῆς ἰατρικῆς ὑποθέσθαι στοιχεῖα τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ὅσης ἀλογίας ἔχεται, τί ἂν ἐγὼ νῦν ἐπεξίοιμι; κεκωμῴδηται γὰρ

epithymum, irim et helenium tractare non poffit, non poffit etiam olfacere, infpicere et guftare: qui tamen quum ignorent poftea, quid commodi, quidve incommodi ea poffint afferre, ignorant etiam, quid falubre contineant et quid infalubre. Atqui pari etiam paffu quis eft, qui evidentiffime et ope fenfuum omnium terram non norit, aquamque, et ignem et aërem? fed quod ea fint elementa, adeo eft plerisque hominum occultum, ut nonnullos quoque ex philofophis lateat. Dicet forfitan quispiam ex fectatoribus Athenaei, fe quoque de his nihil pronunciare, quippe quod limites artis medicae excedant: fibi vero fatis effe calidum, frigidum, humidum et ficcum, quae etiam in animalibus poffunt perfpicue oftendere, corporum etiam ac medicinae univerfae elementa fupponere. Verum enim vero quam fit ab omni ratione procul velle, ut animalium, ita medicinae elementa ftatuere calidum, frigidum, humidum et ficcum, nihil arbitror effe opus, ut a me in praefentia amplius

ὑπὸ πολλῶν ἤδη τὸ δόγμα, καὶ ψόγον καὶ γέλωτα οὐ σμικρὸν, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἀπιστίαν οὐκ ὀλίγην τῷ παλαιῷ προσετρίψατο λόγῳ. τίς γὰρ ἂν μᾶλλον αὐτὸν προὔδωκεν, ἢ ὁ μηδ' ἀπόδειξιν ἔχειν φάσκων τὰ στοιχεῖα διὰ τὴν ἐνάργειαν, ἀξιῶν δὲ ταῦτα τῆς ἰατρικῆς καὶ τῶν ζώων ὑποθέσθαι στοιχεῖα; τὸν δὲ φοβούμενον εἰπεῖν ὕδωρ, καὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν, ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν ὀνομάζειν, ὅτι μηδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἀναισθήτως ἔχειν ὁμωνυμίας, ἐγώ μοι δοκῶ δείξειν, οὐχ ἵν' Ἀθήναιον ἐλέγξαιμι σφαλλόμενον, ἀλλ' ἵν' ὁμοίως ἐκείνῳ τοὺς λοίπους ἁμαρτάνειν κωλύσαιμι. καὶ δείξω γε δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐκ ἐνδέχεται χωρὶς τῆς λογικῆς θεωρίας οὐδὲν ἀκριβῶς οὐδένα καταστήσεσθαι δόγμα. τὰ γοῦν ἐμοὶ συμβάντα, θεοὺς ἐπομνύμενος, ἦ μὴν οὕτως ἐρεῖν, ὡς ἐγένετο, καὶ δὴ πειράσομαι διηγήσασθαι. ἡνίκα τὸ πρῶτον ὁ τούτων διδάσκαλος ἐπεχείρει με διδάσκειν τὴν

explicetur, quum id ipſum dogma a quam pluribus palam et perinde ac in ſcena taxetur, jamque et deriſioni atque infamiae ſit, et non parum praeterea de fide detraxerit ſermoni antiquo. Nam quis eſt, qui unquam magis illum prodiderit, quam qui elementa ait nulla ob evidentiam demonſtratione egere, quique cenſet deinde, haec eſſe ſupponenda, tam animantium, quam medicinae eſſe elementa? Ego vero monſtrare ſtatui, quod hominis ſit quaſi ſtupidi et quem omnino verborum multiplicitates lateant, vereri quidem nominare aquam, ignem, terram et aërem; malle autem calidum, frigidum, humidum et ſiccum appellare. Nec id agam, ut Athenaeum erroris damnem: verum potius ut in cauſa ſim, ne alii in eundem cum illo errorem labantur: atque ut interim etiam oſtendam vel ex ipſismet rebus, neminem unquam poſſe decretum aliquod accurate conſtituere absque ope logicae diſciplinae. Deos autem teſtor, me non ſecus haec narraturum, ac mihi evenerint. Iam ergo narrationem aggrediar. Quo primum tempore ille, qui haec

Ed. Chart. III. [16.] Ed. Baſ. I. (52. 53.)

Ἀθηναίου γνώμην, ἠξίουν αὐτὸν ἀκριβῶς μοι διελέσθαι τὴν ὁμωνυμίαν· οὐ γὰρ εἰδέναι, κατὰ τίνος ὑποκειμένου πράγματος ἐπιφέρει τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων ὀνομάτων. ὡς γὰρ λευκὸν, ἔφην, αὐτό τε τὸ χρῶμα λέγεται, καὶ τὸ δεδεγμένον τὰ χρώματα σῶμα· φαμὲν γὰρ, τῶν χρωμάτων τὸ μὲν εἶναι λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν, τὸ δ' ἐρυθρὸν, τὸ δὲ ξανθὸν, τὸ δὲ ὠχρόν· ἔτι τε πρὸς τούτοις τὰ δεδεγμένα τὰς χρόας σώματα· λευκὸν γὰρ τὸν κύκνον καὶ τὸ γάλα λέγομεν, μέλανα δὲ τὸν κόρακα καὶ τὸν Αἰθίοπα· οὕτως, ἔφην, ἀκούω καὶ θερμὸν λεγόντων ἐνίοτε μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα, καθάπερ (53) εἰ τύχῃ τὸ πῦρ, ἐνίοτε δὲ τὴν ἐν αὐτῷ ποιότητα μόνην. οὐ τοίνυν, ἔφην, γινώσκω, ἐπειδὰν εἴπῃς θερμὸν, ὅ τί ποτε δηλοῦν ἐθέλεις, εἴτε τὴν ποιότητα μόνην, εἴτε τὸ δεδειγμένον αὐτὴν σῶμα. ὁ δὲ πρὸς μὲν τοῦτο καὶ μάλα ἑτοίμως ἀπεκρίνατο, μὴ τὴν ποιότητα μό-

profitebatur dogmata, me Athenaei ſcientiam docere nitebatur: in primis ab illo requirebam, ut nominum multiplicitatem exquiſite diſtingueret: quippe quum me profecto lateret, quando ille calidum, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccum, vel aliquod aliud hujusce generis nomen proferret, in quam ſubjectam rem illud foret referendum: dicebam etenim, albus non modo color ipſe dicitur, ſed corpus quoque, quod eo colore imbutum eſt: nam ut colorum dicimus hunc album eſſe, illum nigrum, alterum rubeum, alterum vero flavum, alterum pallidum, ita etiam de corporibus, quae iſtis coloribus infecta ſunt, loquimur: cygnum enim et lac album dicimus, corvum vero et Aethiopem nigrum. Et eodem, inquam, modo ſaepe audio, qui corpus ipſum, utpote ignem, calidum appellent, nonnunquam ſolam qualitatem eam, quae illi indita eſt. Unde quum album profers, non etiam percipio, quid tu mihi velis ſignificare, ſolamne qualitatem, an praeterea et corpus ea affectum. Ille autem ſtatim ad haec prompte admodum reſpondit, faſſusque eſt, ſe non qualitatem ſo-

νην, ἀλλὰ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα θερμὸν ὀνομάζειν ὁμολογῶν. ἐφεξῆς δέ μου πάλιν ἐρομένου· πότερον οὖν ἐκεῖνο λέγεις μοι τὸ σῶμα στοιχεῖον, ὅ τί περ ἂν ἄκρως ᾖ θερμὸν, ἢ, κἂν μετρίως ᾖ τοιοῦτο, ἔσται καὶ τοῦτο στοιχεῖον; ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ ψυχροῦ, καὶ ὑγροῦ, καὶ ξηροῦ τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν ποιησαμένου μου· τί δὲ τοῦτο, ἔφη, σοὶ διαφέρει; ταραττόμενος ἤδη, καὶ μὴ, καθὼς πρόσθεν, ἑτοίμως ἀποκρινόμενος. ὅτι πολὺ διαλλάττει, ἔφην, [17] ἢ ἄπειρόν τι πλῆθος ὑποθέσθαι στοιχείων, ἢ πεπερασμένον. ἄπειρον μὲν γὰρ ἔσται τῷ μετρίως θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν ὑποτιθεμένῳ στοιχεῖον, οὐκ ἄπειρον δὲ τῷ ἄκρως· ἓν γὰρ καθ' ἕκαστον ἔσται γένος. ὥστε εἶναι τέτταρα τὰ πάντα στοιχεῖα πεπερασμένα. οὕτω τοίνυν, ἔφη, νόει καὶ τέτταρα. δῆλον οὖν, εἶπον, ὅτι καὶ ἄκρα ταῖς ποιότησι, καὶ ἁπλᾶ, καὶ πρῶτα. τί γὰρ, εἶπεν, ἔτι τοῦτο πολυπρα-

lam, fed univerfum hoc, corpus inquam calidum, fic appellare. Verum quum iterum deinde illum percunctarer: Tune igitur elementum folum id corpus ais, quod fumme calidum eft, aut potius nec illa alioquin ab elementorum numero eximis, quae moderate calida fint? et hoc idem de frigido quaerebam, humidoque et ficco: at ille coepit haefitare, nec amplius ita expedite refpondebat, dixit attamen: Quid, inquit, hoc tua refert? Plurimum, inquam: tanti nimirum, quanti, ut vel infinita fint elementa conftituenda, vel finita. Quoniam, fiquis in elementis vel mediocria calida, aut frigida, aut humida, aut ficca pofuerit, cogetur ftatim fateri infinita elementa; fed qui id tantum, quod fummum eft, non amplius infinita, quum id in unoquoque genere unicum fit; ut demum finita quatuorque futura fint elementa. Igitur, ait ille, tu quoque hoc modo accipe, finita quatuorque elementa. Tum ego: Jam ita fatis conftat, ea et prima effe, et fimplicia, atque fibi qualitates fummas vendicare. Tum ille: Et tu cur tandem hoc vel etiam quam par

γμονεῖς; ἵνα, ἔφην, νοήσαιμι τὸ λεγόμενον ἀκριβῶς. ἀλλ' οὕτως, ἔφη, λέγω, καὶ οὕτως νόει. πῶς κελεύεις με νοῆσαι, πάλιν ἐπανηρώτων ἐγὼ, τὸ ἄκρως θερμὸν ἢ ὑγρὸν στοιχεῖον; ὁ δὲ ὀργιζόμενός τε ἤδη καὶ ταραττόμενος ἱκανῶς, ὅτου δ' ἂν, ἔφη, τὸ θερμὸν ἐπικρατήσῃ, θερμὸν ὀνομάζω σῶμα, καὶ ὑγρὸν αὖ, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν ὡσαύτως, ἐν ᾧ κρατεῖ καὶ πλεονεκτεῖ τῶν εἰρημένων ἕκαστον. ὀνομάζειν οὖν, ἔφην, οὕτως οὐδὲν κωλύει· καὶ γὰρ ὀνομάζεται καὶ ἄρτος θερμὸς, καὶ φακῆ, καὶ πτισάνη, καὶ βαλανεῖον· ἀλλ' οὐχ ἡγοῦμαί σε τούτων ἕκαστον ἀξιοῦν με νοῆσαι στοιχεῖον, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνο τὸ ἄκρως θερμόν· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἄκρως ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρόν. ἁπλοῦν γὰρ εἶναι χρὴ, καὶ ἄμικτον, οὐ σύνθετον, οὐδὲ μεμιγμένον ἤδη τὸ στοιχεῖον. οὕτως, ἔφη, νόει· πτισάνην γὰρ καὶ φακῆν οὐκ ἂν εἴποιμι στοιχεῖον. καὶ μὴν, εἶπον, εἰ τὸ ἄκρως θερμὸν σῶμα νοή-

ſit curioſius ſcrutaris? Vt id quod dicitur (inquam ego) exactius apprehendam. Ille vero: Ita equidem dico, et tu quoque ita intellige. Sed quum mox iterum interrogaſſem: Tu, quaeſo, quo pacto jubes me elementum intelligere ſumme calidum aut humidum? ipſe non parum perturbatus ac ira incitatus reſpondit: Corpus id calidum appello, in quo calor ſuperat, et eodem etiam modo frigidum, et humidum, et ſiccum, ubi unumquodque eorum, quae nunc recenſuimus, excellit et exuperat. Nihil ſane vetat (dicebam ego), quin ita loquamur; nam et panis, et lens, atque etiam ptiſana, et balneae calidae dicuntur: attamen nunquam putarim, te hoc a me exigere, ut exiſtimem, unumquodque horum eſſe elementum, ſed id potius, quod ſumme calidum eſt et humidum, et pari modo quod ſumme ſiccum et frigidum eſt, quod ſit opus, ut ſimplex ſit elementum et cujuscunque mixturae expers. Qui ait: Sic tu quoque intelligas, neque enim is ſum, qui velim aſſerere, lentem aut ptiſanam eſſe elementum. Atqui, inquam ego, quotiescumque exiſtimaverim, id corpus eſſe elementum, quod ſumme

σαιμι στοιχεῖον εἶναι, πῦρ εὐθέως ἐννοῶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο. νόει τοίνυν, ἔφη, πῦρ. οὕτως οὖν, ἔφην, βούλει με καὶ τὸ ἄκρως ὑγρὸν ὕδωρ νοῆσαι; συνεχώρησε καὶ τοῦτο πάνυ μόγις. ἐπὶ πῦρ οὖν αὖθις ἥκομεν, ἀέρα τε καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, ὧν κατ' ἀρχὰς ἀπεχωρήσαμεν. ὁ δὲ, σὺ γὰρ, ἔφη, τοιαῦτα ταράττεις τὸν λόγον. καὶ ἅμα πρὸς τοὺς ἄλλους ἀποβλέψας μαθητὰς, οὗτος, ἔφη, τραφεὶς ἐν διαλεκτικῇ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀναπλησθεὶς ψώρας, (οὕτω γὰρ δὴ καὶ ὠνόμασεν αὐτὸς ἀναστρέφει πάντα, καὶ διαστρέφει, καὶ κυκᾶ, σοφιζόμενος ἡμᾶς, ἵν' ἐπιδείξηται τὴν λογικὴν αὐτοῦ παρασκευήν. ἠκεῖ γοῦν ἀξιῶν ἡμᾶς ὁμώνυμα νοῆσαι τὰ θερμὰ, ἓν μὲν ὡς ποιότητα, καθάπερ τὸ λευκὸν χρῶμα, δεύτερον δὲ τὸ τὴν ἄκραν ποιότητα δεδεγμένον σῶμα, καὶ τρίτον, ὃ τῆς τοιαύτης ἐπικρατήσει ποιότητος, θερμὸν ὀνομάζειν, καθάπερ τὸ βαλανεῖον. ἀλλ' ἡμεῖς, ἔφη, σοφίσματα λύειν οὐκ ἐμάθομεν. αὐτὸς τοίνυν, ὡς ἔπλεξεν,

calidum ſit, quid aliud putaverim ego. quam ipſum ignem? Eſto, dixit ille, ignem puta. Visne igitur, dixi, ut ratione eadem, quod ſumme humidum eſt, aquam arbitrer? Vix tandem ille aſſenſit. Quare, inquam, ad ignem, aërem, aquam et terram, unde maxime inter initia aufugiebamus, denuo revolvimur? Ille vero inquit: Tu es, qui iſtis rationem conturbas; ſtatimque ad alios diſcipulos converſus ait: Hic in dialecticis ſtudiis educatus ac inde quadam veluti ſcabie repletus (ita enim ipſe loquebatur) omnia distorquet, pervertit et confundit, nos fallacibus quibusdam rationibus petens, ut, quam ipſe ſit dialectices peritus, oſtendat. Acceſſit igitur ac poſtulavit nos arbitrari calidum multiplex habere ſignificatum, primum ut qualitatem ſignificet, quemadmodum album colorem; deinde vero corpus id, quod ea qualitate ſumma affectum eſt; tertio loco illud, in quo haec qualitas alias ſuperat, calidum nuncupetur, ſicuti balneum. Verum nos, qui nunquam iſtiusmodi ſophismata diluere didicimus, illi,

οὕτως καὶ λυέτω. ταῦτα μὲν ἐμοὶ συνέπεσεν ἔτος ἐννεακαιδέκατον ἄγοντι. καὶ τοῦ λοιποῦ τὰ πλείω μὲν ἐσιώπων ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐρίζειν· αὐτὸς δ᾽ ἀνεσκεπτόμην παρ᾽ ἐμαυτῷ τά τ᾽ ἄλλα καὶ τὸν περὶ στοιχείων λόγον. ἐθαύμαζον δὲ, πῶς οὐκ αἰσθάνεται συγχέων ἑαυτὸν ὁ Ἀθήναιος, ὃς θερμὸν μὲν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν ὀνομάζειν ἐπιχειρεῖ, ἀπαξιοῖ δὲ πῦρ εἰπεῖν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ. ναί φησι· τὰ γὰρ προσεχῆ τῶν ζώων λαμβάνω, οὐχὶ τὰ κοινὰ πάντων σωμάτων στοιχεῖα. καλοῦσι δὲ προσεχῆ τὰ οἷον ἴδια, καὶ μηδενὸς ἄλλου τῶν ἁπάντων. ἐμοὶ δὲ καὶ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς εἴρηται, πάμπολυ διαφέρειν τὰ φαινόμενα [18] στοιχεῖα τῶν ὄντως στοιχείων. ἔοικα δὲ καὶ νῦν εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν διὰ μακροτέρων. εἴπερ γὰρ ἐλάχιστόν τι καὶ ἁπλούστατόν ἐστι μόριον τὸ στοιχεῖον, εἴη ἂν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν ὀστοῦν, καὶ χόνδρος, καὶ σύνδεσμος,

qui ea contexuit, solvenda relinquemus. Porro haec mihi evenere, quum annum agerem decimum nonum. Postmodum autem, ne contentiosus viderer, plurima silentio praeteribam, mecum tamen ipse cum alia multa, tum vel maxime elementorum rationem meditabar, atque etiam non parum admirabar, Athenaeum non animadvertere, quam se ipsum confundat, dum calidum, frigidum, humidum et siccum nominare audet, et ea ignem, aquam, aërem et terram dicere recusat. Equidem, ait ipse; quippe quum proxima sumere velim animalium elementa, non quae corporum omnium communia sint: proxima vero propria appellat, ita nimirum ut nullius alterius sint. Ego vero inter hujusce libri initia praefatus sum, plurimum inter ea, quae videntur, interesse, et ea, quae vera sunt elementa; non erit tamen abs re, ut mihi quidem videtur, si de re hac in praesenti quoque longiorem habuero sermonem. Etenim si elementum minima sit simplicissimaque rei particula, atque hoc si sensu deinde metiri oporteat; profecto os, cartilago, ligamentum, unguis,

καὶ ὄνυξ, καὶ θρὶξ, καὶ πιμελὴ, καὶ σὰρξ, καὶ νεῦρον, καὶ μυελὸς, ἶνές τε καὶ ὑμένες, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντα τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων. ἆρ᾽ οὖν ὁ Ἀθήναιος ἔθετό που ταῦτα στοιχεῖα; καὶ μὴν αὐτός ἐστιν ὁ γράφων, ἕκαστον μὲν τῶν ὁμοιομερῶν ἐκ τῶν πρώτων γεγονέναι στοιχείων· ἐκ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν ἤδη καὶ συγκεῖσθαι τὰ ἄλλα τοῦ ζώου μόρια. τῆς οὖν σαρκὸς (εἰ οὕτως ἔτυχεν) ἢ τῆς πιμελῆς ἐρωτηθεὶς τὰ στοιχεῖα, δῆλον, ὅτι τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν ἀπεκρίνατο. καὶ μὲν δὴ καὶ ὀστοῦ, καὶ χόνδρου, καὶ τριχὸς ὡσαύτως ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν εἶναί φησι τὰ στοιχεῖα. καιρὸς οὖν ἤδη πυνθάνεσθαί σε, ὁποῖον ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμὸν ἀπεφήνατο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπικράτησιν ὑγρὸν μὲν ἡ σὰρξ, ὁ χόνδρος δὲ ψυχρόν. ὡσαύτως δὲ τὸ μὲν ὀστοῦν ξηρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ πιμελὴ δὲ ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων ὁμοιομερῶν ἢ τοῖον ἢ τοῖον ἐπικρατείᾳ ἐστὶ

capillus, adeps, caro, nervus, medulla, fibrae, membrana, et tandem (ut omnia uno fimplicique verbo complectar) fimilaria cuncta erunt humanorum corporum elementa. Eftne igitur quispiam locus, ubi Athenaeus reperiatur pofuiffe haec in elementis? Atqui ille ipfe fcriptum reliquit, fimilaria quaeque ex primis effe confecta elementis, alias poftmodum animantis partes ex fimilaribus conftitui. Qui fi etiam interrogaretur, quaenam effent carnis, exempli gratia, aut pinguedinis elementa; calidum proculdubio refpondiffet, frigidumque, humidum, et ficcum. Quare pari modo offis etiam et cartilaginis, nec non et capilli, diceret ille, calidum, humidum, frigidum et ficcum effe elementa. Jam ergo tempus effet ab eo percunctandi, qualenam fibi vellet humidum vel ficcum, calidum vel frigidum; humidum etenim fecundum exuperantiam caro eft; ficcum vero cartilago; ficut os frigidum et ficcum; adeps calida et humida, atque etiam caetera fimilaria ex aliquorum fimplicium dominatu

τῶν ἁπλῶν. εἴπερ οὖν τὸ κατ᾽ ἐπικράτησιν θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν ἀποφαίνοιτό τις εἶναι στοιχεῖον, ὀστοῦν, καὶ χόνδρος, καὶ νεῦρον, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα, στοιχεῖα γενήσεται τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων. ἀλλ᾽ οὐ ταῦτά φησιν ὁ Ἀθήναιος, ἀλλὰ τὰ τούτων συνθετικὰ ὄντως εἶναι στοιχεῖα. δῆλον οὖν, ὡς ὑπερβαίνει τὴν αἴσθησιν, ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ὄντως ἁπλᾶ τῷ λογισμῷ προϊὼν, ἃ μηκέτι ἐγχωρεῖ λέγειν ἐπικρατείᾳ τοῖα ἢ τοῖα γίνεσθαι· σύνθετα γὰρ κἀκεῖνα πάλιν ἔσται, καὶ διχῇ σφαλησόμεθα τοῦ προσήκοντος, ὅτι τε τῶν αἰσθητῶν ἀπεχωρήσαμεν, ὡς ἁπλούστερόν τι ζητοῦντες, καὶ ὅτι μηδ᾽ ἐν τοῖς ἀδήλοις ἤδη τὸ ἁπλούστερον ἔχομεν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς φαινομένοις, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν ὁμολογούμενον ἡμῖν ὑπῆρχεν. οὐδεὶς γοῦν ἐστιν, ὃς οὔ φησι, πρῶτα καὶ ἁπλούστατα μόρια πρὸς τὴν αἴσθησιν εἶναι χόνδρον, καὶ πιμελὴν, καὶ

ſigillatim talia erunt vel talia; et proinde, ſi quis illud eſſe elementum ſtatuerit, quod aliquo iſtorum exceſſu calidum ſit, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum, porro os, et cartilago, et nervus, nec non et reliqua hujusce generis prima erunt humano corpori elementa. At noluit Athenaeus illa eſſe elementa, ſed ea, quae haec ipſa conſtituunt. Liquido itaque conſtat, quod ille ſenſum transgreditur, ad eaque progreditur, quae vere et ex ipſa ratione prima ſunt et ſimplicia, et quae nequaquam amplius per alicujus in eis dominationem talia vel talia ſunt; ſiquidem eſſent tunc et haec ipſa concreta, et a propoſito bifariam aberraremus. Nam et propterea ſenſilia miſſa fecimus, ut quippiam, quod ſimplicius eſſet, inquireremus, et tamen nihil proinde in his abditis, quod ſimplicius eſſet, aſſequuti ſumus. Etenim in illis evidentibus, ſi non aliud, hoc ſaltem habebatur, quod comperta haec nobis erant confeſſaque, quum nemo non fateatur, cartilaginem, membranam et adipem caeteraque ſimilaria primas eſſe, ſi ſenſui attendamus, ſimpliciſſimas-

ὑμένα, καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ ὁμοιομερῆ. τῷ δὲ καὶ ταῦτ᾽ ἀπολείποντι, διότι πρὸς τὴν φύσιν ἐστὶν σύνθετα, κἂν ταῖς αἰσθήσεσιν ἁπλᾶ φαίνηται, καὶ μηδέπω μηδὲν τῶν ἁπλῶν λέγοντι, τίς ἂν εὐσχήμων ἀπολογία γένοιτο πρὸς τὸ μὴ περιττά τε καὶ μάταια φλυαρεῖν; εἰ μὲν γὰρ τὸ κατ᾽ ἐπικράτειαν ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν ὀνομάζεις, ἔχεις ἐναργῶς ἤδη τὰ στοιχεῖα γινωσκόμενα, νεῦρον, καὶ ὑμένα, καὶ χόνδρον, καὶ σάρκα, καὶ σύνδεσμον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν εἴπομεν. εἰ δὲ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἁπλοῦν ζητεῖς, ἄμικτόν τε εἶναι χρὴ τοῦτο, καὶ ἄκρατον, καὶ ἄκρον τῇ ποιότητι. πάλιν οὖν ἥκεις ἐπὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις εὑρήσεις ἀμίκτους τε καὶ ἀκράτους τὰς ποιότητας, ἄκραν μὲν ἐν πυρὶ θερμότητά τε καὶ ξηρότητα, ἄκραν δ᾽ ἐν τῇ γῇ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα, καὶ τῶν ἄλλων ἐν ἑκατέρῳ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν. κἂν εἰ μὴ τέτταρα δὲ βουληθείης,

que particulas. Quod fi haec ob id aliquis dimittat, quia natura compofita funt, quantumlibet fenfibus fimplicia videantur, nec poftmodum aliud quicquam, quod fimplicius fit, introducat; nefcio profecto, quam poffit ille honeftam proferre excufationem, ne inaniter et fupervacanea nugari videatur. Quotiescunque enim voluerit calidum frigidumve, fimiliter humidum et ficcum nominare, quod fecundum dominationem tale eft; jam elementa habet, et fatis etiam perfpecta; nervum, inquam, membranam, cartilaginem, carnem et ligamentum, et reliqua etiam illa, quae nuper recenfuimus. At fi illud inquiris, quod natura fimplex fit; oportet ftatim id haud effe mixtum temperatumve, et praeterea fumma effe qualitate affectum. Rurfum igitur ad ignem remeas, et aërem, aquamque, et terram, quippe quod in his folis qualitates reperire poffis absque ulla mixtura temperieque: in igne nimirum calorem fummum fummamque ficcitatem; fummum frigus cum ficcitate in terra, et in reliquis reliquas, prout fua cujusque natura poftulat. Porro fi

[19] ἀλλὰ δύο λέγειν ἐξ αὐτῶν ἢ τρία τὰ στοιχεῖα, τάχ᾽ ἂν ἔχοις τινὸς εὐπορῆσαι λογισμοῦ. τὸ δὲ ἅμα μὲν ἄκρως ὑγρὸν ὁμολογεῖν εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἅμα δὲ ἄλλο τι λέγειν οἴεσθαι παρὰ τὸ ὕδωρ, ἐσχάτως ἠλίθιον, εἰ μή τι ἄρα (54) τὰς ποιότητας αὐτὰς μόνας εἶναι λέγεις στοιχεῖα, καὶ οὐ τὰ δεδεγμένα ταύτας σώματα. γενήσεται γὰρ οὕτως οὐ τὸ ὕδωρ στοιχεῖον, ἀλλ᾽ ὑγρότης, οὐδὲ τὸ πῦρ, ἀλλ᾽ ἡ ἄκρα θερμότης. εἰ δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν πυρὸς ἀνωτέρω καὶ γῆς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος ἀναβήσεται τῷ λόγῳ ὁ μηδ᾽ ἐπὶ ταῦτα προελθεῖν ὑπομένων, ὡς πόῤῥω τῆς ἰατρικῆς ὄντα· δεύτερον δὲ φανερῶς ἐξελεγχθήσεται μὴ γινώσκων, ὅπη διαφέρει στοιχεῖον ἀρχῆς. ὅτι τε γὰρ ἁπλούστερόν ἐστι πυρὸς ἡ ἄκρα θερμότης, ὅτι τε, ταύτης ἐγγινομένης τῇ ὕλῃ, πῦρ ἀποτελεῖται, τοῖς φιλοσόφοις ὡμολόγηται πᾶσιν, οἷς Ἀθήναιος ἕπεσθαι σπουδάζει. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀρχὴ τῆς τοῦ πυρὸς γενέσεως ὕλη τίς ἐστιν ἡ ἅπασιν ὑποβεβλημένη τοῖς στοιχείοις ἡ ἄποιος, ἥ τ᾽ ἐγγινομένη

quatuor elementa nolueris ponere, sed ex his vel duo, vel tria; possis forsitan hujus aliquam afferre rationem. At affirmare, esse elementum, quod summe humidum est, simulque mox arbitrari, illud esse quippiam ab aqua diversum, extremae cujusdam ineptiae est, nisi forsitan solas velis qualitates, nec ipsa illis affecta corpora, esse elementa; nam tunc non aqua, sed humiditas elementum erit, nec ignis, sed summus calor. Quod si ita fuerit, primum quidem jam ultra ignem aëremque et aquam et terram tuam profers rationem, qui ne ea quidem attingere audebas, utpote quia medicinam excederent: deinde vero facile convinceris, quod ignores, quam ab elemento principium differat. Jam enim quod summus calor sit igne simplicior, atque etiam quod, illo ad materiam accedente, ignis gignatur, pro confesso ab omnibus philosophis habetur, quos Athenaeus imitari studet. Et fatentur etiam omnes, quod materia quaedam, quae omnibus elementis subjecta est, quaeque omni caret qualitate, nec non et

ταύτη θερμότης ἡ ἄκρα, καὶ τοῦθ' ὁμοίως ὡμολόγηται· καὶ ὡς ἡ μὲν ὕλη διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἐστὶν, ἀγέννητός τε καὶ ἄφθαρτος οὖσα, τὸ δὲ γινόμενόν τε καὶ ἀπογινόμενον αὐτῆς ἡ ποιότης ἐστίν· καὶ ὡς ὁμογενὲς εἶναι χρὴ τὸ στοιχεῖον, οὗπερ ἂν εἴη στοιχεῖον. ἐν τούτῳ γὰρ δὴ καὶ διήνεγκε στοιχεῖον ἀρχῆς, ἐν τῷ τὰς μὲν ἀρχὰς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁμογενεῖς εἶναι τοῖς πράγμασιν, ὧν ὑπάρχουσιν ἀρχαὶ, τὰ δὲ στοιχεῖα πάντως ὁμογενῆ. ποιότης μὲν γὰρ ἁπλῆ ποιότητος συνθέτου στοιχεῖον, ἁπλοῦν δὲ σῶμα σώματος οὐχ ἁπλοῦ. καὶ μὴν εἰ τὸ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν ἐλέγετο τριχῶς, ἢ ὡς ποιότης, ἢ ὡς ἄμικτον, ἢ ὡς μεμιγμένον σῶμα, φαίνεται δ' οὔθ' ἡ ποιότης στοιχεῖον, οὔτε τὸ κεκραμένον καὶ μεμιγμένον σῶμα, ὑπολείπεται τοίνυν τὸ ἄκρατόν τε καὶ ἄμικτον σῶμα καὶ ἁπλοῦν ταῖς ποιότησι τὸ στοιχεῖον εἶναι. πάλιν οὖν ἥκει πῦρ, καὶ γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, ἐν οἷς πρώτοις ἄκρα θερμότης, καὶ ψυχρότης, καὶ ξηρότης, καὶ ὑγρότης ἐστί.

ſummus calor in ea procreatus, ſint igni ſuae generationis principium; et praeterea, quod haec eadem materia ſit ſemper ab omni penitus generatione et interitu immunis, qualitas vero ea ſit, quae in illa gignatur et intereat; et quod opus ſit, ut elementum ſit ejusdem generis cum illo, cujus eſt elementum. Eo enim elementum a principio differt, quod minime ſit neceſſe principia in eodem eſſe genere cum his, quorum ſunt principia, ſicut elementa ad idem ſemper genus pertinere. Simplex namque qualitas compoſitae qualitatis, et ſimplex corpus corporis compoſiti eſt elementum. Quod ſi calidum, frigidum, atque humidum, et ſiccum dicuntur tripliciter; nam vel ſicuti qualitas, vel ſicut corpus impermixtum, vel ſicut illud, quod mixtum eſt, nec ipſa deinde qualitas elementum eſſe videtur, neque etiam mixtum temperatumque corpus; relinquitur, quod elementum ſit id corpus, quod eſt cujusque temperamenti ac mixturae expers, quodque qualitatibus ſit ſimplex, et tandem ad ipſum ignem, et terram, et aërem, et aquam deveniendum eſt; in quibus primis ſummus eſt calor, et ſummum frigus, atque etiam humor et ſicci-

τὸ δὲ διὰ τοῦτο δεδιέναι ταῦθ᾽ ὁμολογεῖν εἶναι στοιχεῖα, διότι μήτ᾽ ἐξαιροῦμεν ἐκ τοῦ σώματος αὐτῶν τι, μήτ᾽ ἐντίθεμεν, ἐσχάτως ἠλίθιον. τὰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων γεγονότα προσφερόμενοι, πάντως δήπου καὶ τὰ στοιχεῖα τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐντίθεμεν. ἀλλ᾽ οὐκ εἰλικρινῆ, φασὶν, οὐδὲ μόνα. κακῶς οὖν λέγεται, μήτ᾽ ἐξαιρεῖν, μήτε ἐντιθέναι στοιχεῖον. ἐχρῆν γὰρ οὐχ ἁπλῶς οὕτως εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὅτι μὴ μόνον, μηδ᾽ ἄμικτον, μηδ᾽ αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτό. καίτοι καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ τί ποτε βούλεται περαίνειν αὐτοῖς; οὔτε γὰρ ἄχρηστος ἡ περὶ τῶν στοιχείων θεωρία διὰ τοῦτ᾽ ἂν εἰκότως νομισθείη, διότι μηδὲν αὐτῶν ἄμικτον ἑτέρου τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσφέρομεν, οὔτε διὰ τοῦτο πῦρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ κακῶς εἴρηται στοιχεῖα, διότι τοῖς μὲν ἐξ αὐτῶν γεγονόσι χρώμεθα, μόνον δ᾽ αὐτῶν ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ αὑτὸ παντάπασιν ἄχρηστον ὑπάρχει. καίτοι καὶ εἰλικρινέσι χρώμεθα πολλάκις τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις,

tas. Quod si quis ea non audeat fateri elementum eapropter, quod ex ipsis nullum aut e corpore detrahimus, aut eidem imponimus, is summam quandam praefert stoliditatem. Jam enim quum ea, quae ex elementis constant, nostris offerimus corporibus, eisdem quoque elementa omnino adhibemus. At non sincera, ajunt, neque sola; igitur perverse etiam dictum est, non detrahi, neque apponi elementum: nam nec ita absolute proferendum erat, sed potius, quod non solum, aut non sine mixtura, aut per se. Verum enimvero nec quid tandem illi velint conficere, videre possum; neque enim ideo elementorum contemplatio jure inutilis habenda est, quia nullum eorum, quod quidem mixtum cum altero non sit, nostris offeramus corporibus. Atque etiam non ob id perperam pronunciatum est, ignem, aërem, aquam et terram esse elementa, quod illa, quae ex his composita sunt, nobis in usum veniant, nullum vero ipsorum seorsum ab aliis, solumque et per se nobis utile sit. At vero et ipsis propemodum sinceris hujus universi elementis

ὕδατι μὲν ὁσημέραι χρώμενοι, καὶ πίνοντες, καὶ λουόμενοι, καὶ ἄλλως ὁπωσοῦν, ἀέρι τε πανταχόθεν ἡμῖν περικειμένῳ, καὶ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκομένῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ κατεψυγμένοι πολλάκις ἐδεήθημεν πυρός. οὐκ οὖν οἶδα, τί ποτέ ἐστιν ὃ περαίνουσι, φάσκοντες, μήτ' ἐξαιρεῖν τι τοῦ σώματος ἡμῶν, μήτ' ἐντιθέναι πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν. [20] ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τὸν ἐν τῷ κρύει παρὰ πυρὶ θαλπόμενον ἀντεισάγειν φημὶ τῷ σώματι πῦρ, καὶ ὅστις ὕδατος πίνει, καὶ τοῦτον ἀντεισάγειν ὕδωρ εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὸν ἀναπνέοντα δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀέρα. καὶ μέν γε καὶ, ὅσα τῶν ζώων ἢ ψάμμον, ἢ γῆν, ἢ λίθους, ἢ βόρβορον, ἢ ὀστᾶ σιτεῖται, καὶ ταῦτα φανερῶς ἐπεισάγει τοῖς σώμασι γῆν. εἰ δ', ὅτι μήτε μέχρι τοῦ καυθῆναι θάλπεταί τις παρὰ τῷ πυρὶ, μήτ' ἄχρι τοῦ διαῤῥαγῆναι πίνει, διὰ τοῦτ' οὐχ ἡγοῦνται τῶν στοιχείων οὐδὲν ἡμᾶς ἐπεισάγειν τῷ σώματι, θαυμάζειν χρὴ σοφίαν τῶν ἀνδρῶν, οὐδ' ἄχρι τοσούτου συνιέναι δυναμένων, ὡς, εἰ παντελῶς

saepe utimur, quemadmodum aqua quotidie, quum bibimus, aut lavamur, vel alio etiam aliquo modo; et aëre, qui nos undique ambit, dum illum inspirando attrahimus; igne quoque interdum, quum frigemus, ut caleamus, utimur. Ut tandem minime videam, quid ipsi conficiant; quum ajunt, nunquam ignem, aut aquam, aut aërem, aut terram vel detrahi e corpore nostro, vel illi apponi. Etenim ego facile affirmaverim, eum, qui alget et ad ignem, ut calefiat, accedit, ignem corpori adhibere, et aquam illum, qui bibit, illum etiam, qui respirat, aërem. At quaecunque animantia quoque vel arena vescuntur, vel terra, vel lapidibus, vel luto, vel ossibus, terram manifesto in corpus introducunt. Quod si qui ob id putent, nullum nos corpori offerre elementum, quia nemo eatenus calefiat, donec uratur, vel bibat, quoad rumpatur, erit nempe horum hominum mirabilis sapientia, qui eousque devenire nequiverunt, ut intelligerent, quod, si vel

ἀπώλλυτο τῶν στοιχείων ὁτιοῦν, εὐθὺς καὶ τὸ ζῶον φθαρήσεται. ἀπολεῖται δὲ, εἰ μὲν ἐκπυρωθείη, τὸ ψυχρὸν στοιχεῖον, εἰ δ᾽ ἐσχάτως καταψυχθείη τὸ θερμόν. οὕτω δὲ κἂν ἐσχάτως ἀποξηράνῃς τὸ σῶμα, τελέως ἀναιρήσεις τὸ ὑγρόν· κἂν ἐξυγράνῃς, τὸ ξηρόν. ὥστ᾽ αὐτὸ τοὐναντίον, ἢ ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀεὶ μὲν ἀφαιρεῖται καὶ προστίθεται τῶν στοιχείων τι· μέτρῳ μέντοι τοῦτο γίνεται τοῖς γε μὴ βουλομένοις διαφθεῖραι τὸ ζῶον· ἡ γὰρ ἄμετρος αὐτῶν χρῆσις εἰς ὄλεθρον τελευτᾷ.

Κεφ. ζ. Τὸ δὲ συνέχον ἐν τῷ λόγῳ καὶ μάλιστα λανθάνον αὐτοὺς ἤδη πᾶν ἀποκαλύψαι πειράσομαι. ἅπαντα γὰρ, ὅσα γένεσιν ἔχει καὶ φθορὰν, σώματα διτταῖς ὑπόκειται μεταβολαῖς, ἀλλοιουμένης τε ἅμα καὶ ῥεούσης αὐτῶν τῆς οὐσίας. ἀλλοιοῦται μὲν οὖν θερμαινομένη, καὶ ψυχομένη, καὶ ξηραινομένη, καὶ ὑγραινομένη. μόναι γὰρ αἱ ποιότητες αὗται μεταβάλλουσιν ὅλην δι᾽ ὅλου τὴν οὐσίαν, ὡς καὶ μετ᾽ ὀλίγον εἰρήσεται.

unum elementum intereat omnino, fit etiam ftatim animal interiturum. Interibit autem frigidum elementum, fi comburatur; calidum vero, fi nimis refrigeretur; fimiliter etiam, fi nimis arefcat corpus, peribit humidum; et ficcum, fi nimis humectetur. Unde e contrario fe habet haec res, ac illi fentiunt, quia femper aut eximitur elementum aliquod, aut apponitur. Verum id fieri moderate oportet ab his, qui animal incolume effe volunt; fiquidem immoderatus eorum ufus ad interitum ducit.

Cap. VII. Jam autem id omnino aperire aggrediar, quod in hoc fermone confequens eft, quodque iftos imprimis latet. Omnia nimirum corpora, quae generantur et intereunt, duplici transmutationi funt obnoxia, utpote quorum fubftantia tum alteretur, tum diffluat. Alteratur quidem, quum calefit, vel refrigeratur, vel humectatur, vel exiccatur; hae enim qualitates folae poffunt univerfam (ut paulo poft expofituri fumus) fubftantiam, ac illam per totum transmutare. Diffluit vero per ex-

ῥεῖ δὲ κατὰ τὰς αἰσθητὰς ἐκκρίσεις, καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἄδηλον καλουμένην διαπνοήν. ὥσθ', ἵνα σώζηται, διττῆς καὶ τῆς ἐπανορθώσεως δεῖται, τῆς μὲν ἑτέρας τὸ ὑπερβάλλον ἐν ταῖς ποιότησι κολαζούσης, τῆς δὲ λοιπῆς τὴν τοῦ κενουμένου βάσιν ἀναπληρούσης. ἀλλὰ ἡ μὲν καθαιροῦσα τὴν ἀμετρίαν ἡ ἐναντία δήπου ποιότης ἐστὶ τῆς πλεοναζούσης· ἡ δὲ τὸ λεῖπον ἀναπληροῦσα ποιότης ἐναντία μὲν οὐκ ἔστιν, ὁμοιοτάτην δ' εἶναι χρὴ τῇ κενωθείσῃ πρότερον οὐσίᾳ· μέλλει γὰρ ἀντ' ἐκείνης ἔσεσθαι τῷ ζώῳ. τουτὶ μὲν οὖν ἐστι τὸ τρέφεσθαι τοῖς σώμασιν, ἔκ τινος οὐσίας ὁμοίας τῇ πρότερον κενωθείσῃ γινόμενον. ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὴν οὐσίαν ἐκείνην τροφὴν ὀνομάζομεν. ἡνίκα δὲ κατὰ ποιότητα μόνον ἀλλοιοῦν βουλόμεθα τὸ ὑποκείμενον, οἷς μὲν τοῦτο δρῶμεν, οὐ τροφὰς, ἀλλὰ φάρμακα προσαγορεύομεν. οὐκ ἔχοντες δ' εὑρεῖν χωρὶς οὐσίας οὐδὲ μίαν ποιότητα, σὺν ταῖς οὐσίαις αὐτὰς ἀναγκαζόμεθα λαμβάνοντες προσφέρειν τοῖς δεομένοις σώμασιν· ἄκρας μὲν ποιότητος χρήζοντες, τὸ

cretiones in ſenſum cadentes, et per eam, quae inſenſibilis perſpiratio vocatur. Quo deinde fit, ut duplici egeat procuratione, ſi incolumis ſit ſervanda; alt...a, qua, quicquid in qualitatibus modum exceſſerit, reprimatur; altera, qua loco illius, quod evacuatur, reſtituatur aliquid. Porro excedentis immoderationem oppoſita qualitas emendat; quod vero deperditur, nequaquam per oppoſitam qualitatem reparatur, quum opus ſit, ut id, quod reparatur, ſit priori deperditaeque ſubſtantiae quam ſimillimum, ſiquidem in illius locum reficiendum eſt in animante. Atque hoc ipſum, nutriri, inquam, corpora, ex quadam nimirum ſubſtantia fit illi ſimili, quae prius fuerit evacuata. Unde etiam (ut equidem arbitror) ea ſubſtantia alimentum appellata eſt. At vero quum ſolam eam transmutationem in ſubjecto quaerimus, quae per qualitates fit, non amplius illa, per quae id ipſum agimus, alimentum, ſed medicamenta potius appellamus. Sane quum nulla qualitatum ſeorſum a ſubſtantia reperiri queat; proinde cogimur eas una cum ſubſtantiis aſſumere, ac ita corporibus illis egentibus offerre; quae

στοιχεῖον αὐτὸ, πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆν, ἢ ἀέρα, μετρίας δὲ, τὸ μεμιγμένον ἐκ τῶν στοιχείων. ἐπειδὰν μὲν οὖν θερμῆναι βουλώμεθα, τοιοῦτον αἱρούμενοι φάρμακον, ἐν ᾧ πλείων μέν ἐστιν ἡ τοῦ πυρὸς μοῖρα τῆς ἐναντίας· ἐπειδὰν δὲ ψύξαι, ἐν ᾧ τοὔμπαλιν· ἔστι δ' ὅτε συναμφότερον ἅμα πρᾶξαι [21] προαιρούμενοι, καὶ ἀλλοιῶσαι, καὶ θρέψαι, τοιαύτην ζητοῦμεν οὐσίαν, ἥτις καὶ τὴν ὡς σιτίου, καὶ τὴν ὡς φαρμάκου χρείαν παρέξει. μὴ τοίνυν ἀξιούτωσαν ἅπαν ζῶον ἢ πῦρ, ἢ γῆν, ἢ ὕδωρ, ἢ ἀέρα προσφέρεσθαι, μόνον αὐτὸ καθ' αὑτὸ, χωρὶς τῶν ἄλλων, εἰλικρινὲς στοιχεῖον. οὔτε γὰρ ὡς σιτίον, οὔθ' ὡς φάρμακον δεήσει προσφέρεσθαι. τὸ γὰρ ὅμοιον ἦν τῷ τρεφομένῳ σιτίον. ὅμοιον δὲ τῷ συνθέτῳ σώματι, καὶ κεκραμένῳ, καὶ πάντων μετέχοντι τῶν στοιχείων, ἕτερον, οἶμαι, τοιοῦτό ἐστιν, ἐξ ἐκείνων ἁπάντων γεγονός. οὔθ' ὡς φάρμακον ἀεὶ χρήσιμόν ἐστι τὸ

si summas eas exposcant, ipsum elementum adhibemus, ignem inquam, aut aquam, aut terram, aut aërem; ubi vero mediocri sit opus, mixto ex elementis utimur; unde, si calefacere voluerimus, ejusmodi medicamentum eligemus, in quo major sit ignis quam alicujus illi contrarii portio; contra vero, si refrigerandum sit. Nonnunquam vero, si utrumque horum procurare instituerimus, alterare, inquam, et alere, eam tunc substantiam exquirimus, quae possit utramque operam praestare, eam nimirum, quam cibus, et eam, quam medicamentum. Itaque non amplius hoc exposcant, ut unumquodque animal ignem ingerat, aut terram, aut aquam, aut aërem, aut tandem illud elementum, quod solum et per se ipsum sit, et absque ullo aliorum consortio: quippe quum nihil nos illud vel tanquam medicinam, vel tanquam cibum offerre cogat: siquidem cibus rei nutriendae similis est. Et simile composito corpori, atque ex elementis contemperato, eorumque participi id corpus est (ni me mea fallit opinio), quod itidem ex illis eisdem constitutum sit. Nec sane semper elemen-

στοιχεῖον, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ χρόνῳ, καθ' ὃν ἄκρας ποιότητος δεῖται τὸ σῶμα. ταῦτ' οὖν εἴρηταί μοι πρὸς τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀκούοντας Ἱπποκράτους. ἤδη δὲ δῆλον, ὡς ἀεὶ τῶν στοιχείων δεόμεθα, ποτὲ μὲν ὡς ἁπλῶν καὶ μόνων, ἐνίοτε δ' ὡς ἐπικρατούντων, (55) ἢ πάντως γ' ὡς συντιθέντων ἐκεῖνο τὸ σῶμα, τὸ μέλλον ἡμῖν ἢ τροφῆς ἢ φαρμάκου χρείαν παρέξειν.

Κεφ. η'. Ὅτι δ' ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζει τὰ στοιχεῖα πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ, θερμὸν μὲν καλῶν, οὔτε τὴν ποιότητα μόνην, οὔτε τὸ κατ' ἐπικράτησιν αὐτῆς ὁμωνύμως ὀνομαζόμενον, ἀλλὰ τὸ μετέχον ἄκρας θερμότητος σῶμα, ψυχρὸν δὲ, ἐν ᾧ ψυχρότης ἄκρα, ξηρὸν δὲ, ἐν ᾧ ξηρότης, ἐξ αὐτῶν ἄν σοι κατάδηλον γένοιτο τῶν ῥήσεων. ἐπειδὰν μὲν γὰρ λέγῃ, καὶ πάλιν ἀνάγκη ἀποχωρέειν ἕκαστον εἰς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου, τό τε ξηρὸν

tum ut medicina ufui eft, nifi eo fortaffe tempore tantummodo, quo corpus fumma eget qualitate. Haec igitur a nobis adverfus eos prolata fint, qui perperam Hippocratem intelligunt. Jamque id etiam praeterea confpicuum eft, elementa in noftros ufus femper venire, ut tamen ea nonnunquam fola et fimplicia veniant, quandoque vero ut in mixtione vincentia, et tandem prout corpus id conftituunt, quod poteft nobis vel alimenti, vel medicamenti ufum praeftare.

Cap. VIII. Quod autem Hippocrates a qualitatibus in libro de natura humana faepius elementa nominet, atque calidum non folam ipfam qualitatem appellet, neque illud etiam, in quo una quaepiam qualitas alias in mixtura fuperat, hoc vocet modo, fed potius corpus id, quod eft fummo calore affectum, et frigidum id, in quo fummum fit frigus, et ficcum, in quo ficcitas: ipfa tibi horum verborum feries facile poterit apertum reddere. Quum enim ait: Quum interit homo, neceffe eft unumquodque rurfus ad fuam ipfius naturam redire,

πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν· οὐ τὰς ποιότητας αὐτὰς μόνας λέγει ξηρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν, ἀλλὰ τὰς οὐσίας, ἐν αἷς αἱ ποιότητες. αὗται γὰρ ἀποχωροῦσι, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αὗται τοῖς τοῦ παντὸς ἀναμίγνυνται στοιχείοις. αἱ ποιότητες δὲ φθείρεσθαι μὲν ἂν λέγοιντο, τελευτῶντος τοῦ ζώου, πρὸς δὲ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀποχωρεῖν οὐκ ἂν λέγοιντο. πάλιν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπιφέρων ὁ Ἱπποκράτης φησί· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τῶν ζώων φύσις ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. γίνεται γὰρ ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. συνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν εἰρημένων ἁπάντων, καὶ τελευτᾷ κατὰ τὸ εἰρημένον ἐς ταὐτὸ, ὅθεν περ συνέστηκεν ἕκαστον. ἐνταῦθ᾽ οὖν καὶ ἀπεχώρησεν. ἐναργῶς ἐνταῦθα δῆλόν ἐστι, οὐ τὰς ποιότητας μόνον ὀνομάζειν θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα. πάντων γὰρ τῶν σωμάτων ἐκ τούτων ἐστὶν ἡ

ficcum ad ficcum, humidum ad humidum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum: non folas profecto qualitates ficcum, humidum, calidum et frigidum vocat, fed eas fubftantias, in quibus hae reperiuntur qualitates. Ipfae enim funt quae, animali vita defuncto, abeunt, quaeque elementis univerfi permifcentur. Qualitates vero poffis forfitan dicere, animante mortuo, interire, ad propriam autem eas naturam redire, non item. Sed praeterea haec quoque tradit Hippocrates: Talis autem eft tum animalium, tum aliorum omnium natura, omniaque fimiliter oriuntur, atque fimiliter occidunt quippe quorum natura ex his omnibus, quae diximus, fit conftituta: et unde unumquodque ortum habuit, in id ipfum etiam (ut dictum eft) pariter definit, et proinde ad id ipfum tandem redit. Quo loco patet, non folas illum qualitates appellare calidum, frigidum, humidum et ficcum, fed ipfa elementa, quum ab his univerfa corpora fuam trahant originem, et tandem in

Ed. Chart. III. [21. 22.] Ed. Baſ. I. (55.)

γένεσις, καὶ πάντων εἰς ταῦτα ἡ τελευτή. καί σε καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν ἀξιῶ, τῷ λαθόντι πολλοὺς τῶν ἰατρῶν, οἳ νομίζουσι φυγεῖν τὸν Ἱπποκράτην τὸ πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σωμάτων ἀποφαίνεσθαι ταῦτα στοιχεῖα. τετράκις μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει, τῇ νῦν ἡμῖν προχειρισθείσῃ, τὸ, πάντων, ὄνομα παρέλαβεν, ἔτι τε πρότερον, ἡνίκα ἔλεγεν· ἀνάγκη τοίνυν, τῆς φύσεως τοιαύτης ἐούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον· [22] ἔν τε τοῖς ἐφεξῆς λόγοις οὕτω φαίνεται χρώμενος. ἀλλὰ τοῦτό γε παρορῶσιν οἱ πολλοὶ τῶν Ἱπποκρατείους ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, ἔτι τε πρὸς τούτοις νομίζοντες ἄλλό τι λέγειν αὐτὸν ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν καὶ ξηρὸν, οὐ τὰ κοινὰ πάντων στοιχεῖα. τὰς μὲν γὰρ ποιότητας αὐτῶν ὅτι μὴ βούλεται στοιχεῖα τίθεσθαι τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἐξ ὧν ἤδη προὐθέμην αὐτοῦ ῥήσεων, ἐναργῶς ἀποδεδεῖχθαι νομίζω, κᾀκ ταύτης οὐχ ἥκιστα· καὶ πάλιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ

haec ipſa etiam omnia diſſolvantur. Quod ut attendas, quam maxime te monitum velim, quum id quampluri- mos medicorum latuerit, qui credant, Hippocratem praeteriiſſe, quo minus ſtatuerit omnium, quae gignantur et intereant, corporum haec eſſe elementa. In iſta enim nuper a nobis recitata ſententia quater reperies id vocabulum (omnium) repetitum: ſed et ſuperius, quum dixit: neceſſe eſt, ſi talis ſit cum aliorum omnium, tum etiam ipſius hominis natura, hominem non eſſe unum: et etiam in ſequentibus eodem viſus eſt uti modo. Multi attamen ex his, qui Hippocratici appellari volunt, hoc conniventibus oculis praetereunt: qui praeterea etiam putant, Hippocratem aliud per calidum, frigidum, humidum et ſiccum voluiſſe praeter communia rerum omnium elementa. Nam quod ipſe nunquam ſenſerit, ipſas iſtorum qualitates eſſe corporum elementa, monſtratum eſſe exiſtimo ex illis verbis, quae jam a nobis propoſita ſunt, atque etiam non minus ex his, dum ait: Item niſi calidum cum frigido, et ſiccum cum humido ſe

τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου πολλῷ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. οὐ γὰρ δὴ ἐκ τῶν ποιοτήτων μόνον ἡγεῖται τὴν γένεσιν ὑπάρχειν τοῖς ζώοις, αἵ γε μηδ᾽ εἶναι δύνανται χωρὶς τῶν σωμάτων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν σωμάτων αὐτῶν, δηλονότι τῶν τὰς ἄκρας ποιότητας δεδεγμένων. ἐκεῖνα γάρ ἐστι τὰ κοινὰ πάντων στοιχεῖα. τὰ δ᾽ ἐπικρατείᾳ τούτων ὀνομαζόμενα θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἰδίᾳ καθ᾽ ἕκαστον ὑπάρχει. φέρε γὰρ, ἵν᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπου διέλθω τὸν λόγον, ἐκ πρώτων οὗτος καὶ ἁπλουστάτων αἰσθητῶν στοιχείων ἐστὶ τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων, ἰνὸς, καὶ ὑμένος, καὶ σαρκὸς, καὶ πιμελῆς, καὶ ὀστοῦ, καὶ χόνδρου, καὶ συνδέσμου, καὶ νεύρου, καὶ μυελοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν τὰ μόρια τῆς αὐτῆς ἀλλήλοις ἰδέας ἐστὶ σύμπαντα. γέγονε δὲ πάλιν ἐκ τινῶν ἑτέρων προσεχῶν ἑαυτοῖς στοιχείων, αἵματος, καὶ φλέγματος, καὶ χολῆς διττῆς,

moderate et aequaliter habuerint, ſed alterum, quod valentius, alterum, quod imbecillius eſt, plurimum ſuperet, nulla unquam futura eſt generatio. Quo loco nunquam velim mihi perſuadeant, illum arbitrari, ex qualitatibus, quae ne ſeorſum quidem a corporibus conſiſtere poſſint, animalia gigni, ſed ex corporibus potius, quibus illae qualitates ſummae inſint: ea quippe ſunt communia omnium elementa. Quae vero calidum, frigidum, humidum et ſiccum ob aliquam horum dominationem dicuntur, propria ſunt unicuique. Agedum, ut de homine noſtrum ſermonem habeamus, is ex primis ſimpliciſſimisque his ſenſilibus elementis conſtat, quae ſimilaria appellantur: nempe fibra, membrana, carne, adipe, oſſe, cartilagine, ligamento, nervo, medulla, atque etiam omnibus aliis, quorum univerſae particulae eandem omnino formam retinent: quae et ipſae quoque ex aliis quibusdam ipſis proximis gignuntur elementis, ex ſanguine nimirum et pituita

ὠχρᾶς καὶ μελαίνης, ὧν ἡ γένεσις ἐκ τῶν ἐσθιομένων ἐστὶ καὶ πινομένων, ἃ δὴ πάλιν ἐξ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς ἐγένετο. ταυτὶ δ' οὐκ ἐξ ἑτέρων σωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὕλης τε καὶ ποιοτήτων ἐστί. καὶ διὰ τοῦτο πυρὸς μὲν, καὶ γῆς, ἀέρος τε καὶ ὕδατος ἀρχὰς εἶναι λέγομεν, οὐ στοιχεῖα· ταυτὶ δ' αὐτὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων στοιχεῖα. μόρια γάρ ἐστιν ἐλάχιστα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἁπλᾶ καὶ πρῶτα. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀέρος, καὶ πυρὸς, ὕδατός τε καὶ γῆς ἁπάσας τὰς πόας, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τοὺς καρποὺς ἔχειν τὴν γένεσιν, οὐδεὶς ἀμφισβητήσει νοῦν ἔχων· οὐ μὴν οὐδ' ὅτι τροφὴ ταῦτ' ἐστι τοῖς ζώοις ἅπασιν, οὔθ' ὡς ἐκ τούτων ἡμῖν οἱ χυμοὶ γεγόνασιν οἱ κατὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι φαινόμενοι. τίνες δ' εἰσὶν οὗτοι, καὶ πόσοι, ζητοῦσιν ἡμῖν ὁ δεύτερος λόγος εἰς τοῦτ' ἀποκείσεται. νυνὶ δὲ κεφαλὴν ἐπιθεῖναι τῷ προτέρῳ λόγῳ πειραθῶμεν.

et bile utraque, pallida et atra: quae item ab illis ortum habent, quibus veſcimur, quaeque potamus: at haec ex aëre, igne, aqua et terra gignuntur: ipſa vero haec ex nullo amplius corpore alio conſtituta ſunt, niſi quod ex materia et qualitatibus, et proinde has principia quidem eſſe ignis, et aquae, aërisque, et terrae concedimus, elementa vero nequaquam: illa autem caeterorum omnium elementa eſſe dicimus, utpote quum rerum omnium primae ſint minimaeque ac etiam ſimplices particulae. Itaque nullus unquam, qui ſanae mentis ſit, dubitaverit, quod herbae omnes ſtirpesque et fructus geniti ſint ex igne, aëre, aqua et terra, neque etiam quod haec animantibus omnibus ſint alimenta: ſed neque de eo ambiget quispiam, quod humores, qui natura in noſtris conſpiciuntur corporibus, ab his ipſis ortum habeant. Qui vero ſint hi, et quot, ſiquis ex nobis percunctetur, ad ſecundum librum hanc hujusce rei inquiſitionem distulimus; iam enim caput primo libro imponere properamus.

Ed. Chart. III. [22.23.] Ed. Baſ. I. (55.)

Κεφ. θ'. Ἐκ μὲν γὰρ τῶν χυμῶν τούτων ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν ἐγένετο. συνιόντων δὲ τούτων ἀλλήλοις, τὸ πρῶτον ἀποτελεῖται ἁπλούστατον ὄργανον, ὃ μιᾶς ἐνεργείας ἕνεκεν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο. τούτων δ' αὖθις ἀλλήλοις συντεθειμένων, ἕτερον ὄργανον μεῖζον γεννᾶται. κἀκείνων αὖθις ἀλλήλοις ἐπιπεπλεγμένων, ἡ τοῦ παντὸς σώματος ἀποτελεῖται σύστασις. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λέγεται. καὶ μέντοι καὶ ὅπως [23] ἐγίνωσκεν ὁ Ἱπποκράτης ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ἰδίᾳ μοι γέγραπται. νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἀνωτέρω στοιχείων, ἃ τὴν αἴσθησιν διαφεύγει, πρόκειται διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ διείλεκται, τὰ μὲν ἴδια καὶ προσεχῆ τοῦ σώματος ἡμῶν στοιχεῖα τοὺς τέσσαρας φάμενος εἶναι χυμοὺς, τὰ δὲ κοινὰ πάντων ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ψυχρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζει τὰ στοιχεῖα, δι' ἃς καὶ στοιχεῖα γέγονε. θερμότητος γὰρ ἄκρας ἐγγινομένης

Cap. IX. Ex his nimirum humoribus ſimilaria quaeque gignuntur: ipſis vero ſimul coëuntibus, primum id atque ſimpliciſſimum inſtrumentum abſolvitur, quod unius functionis gratiâ a natura procreatum eſt. Mox autem, quum haec item una componuntur, aliud majus inſtrumentum perficitur. Et deinde ex his aliis ſimul coagmentatis univerſi tandem corporis integritas conſtituitur. Quibus de rebus in diſſectoriis adminiſtrationibus actum eſt: ſed ſeorſum etiam in alio quodam opere, quam habuerit Hippocrates de rebus, quae per diſſectiones corporum apparent, opinionem, literis mandavimus. At in praeſentia de ſupremis elementis ſenſum effugientibus, de quibus Hippocrates in libro de natura humana ſermonem inſtituit, diſſerere propoſui, qui aſſerit quidem, eos humores quatuor propria ac proxima eſſe noſtri corporis elementa; communia vero omnium humidum, calidum, frigidum et ſiccum; ex qualitatibus quippe elementa nominat, ex quibus etiam habent, quod elementa ſint. Quum enim materiae

τῇ ὕλῃ, στοιχεῖον ἔσται τὸ σύμπαν ἤδη· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ψυχρότητος, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος. οὐ γὰρ δὴ τῷ ξανθὸν, ἢ λευκὸν, ἢ μέλαν ὑπάρχειν, ἢ τῷ κοῦφον, ἢ βαρὺ, τὸ στοιχεῖον κρίνεται· κατὰ ταὐτὰ δ' οὐδὲ τῷ πυκνὸν, ἢ μανὸν, οὐδὲ τῷ θλίβειν, ἢ τέμνειν, ἢ θλᾷν, οὐδ', ἁπλῶς εἰπεῖν, ἑτέρᾳ τινὶ ποιότητι πλὴν τῶν εἰρημένων τεττάρων. αὗται γὰρ μόναι, τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν ἀλλοιοῦσαι, τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν στοιχείων εἰσὶν αἰτίαι, καὶ φυτῶν καὶ ζώων δημιουργοί. τὸ μὲν οὖν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα καὶ πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Θαλῆν συγκεχώρηται διὰ τὴν ἐνάργειαν· καίτοι μαχόμενόν γε ἦν ταῖς ὑποθέσεσιν αὐτῶν, ὡς ἐδείκνυτο. τὸ δ' ἐκ ταύτης τῆς ὁμολογίας περαινόμενον ἦν, ὑποβεβλῆσθαί τινα κοινὴν οὐσίαν ἅπασι τοῖς στοιχείοις. Ἱπποκράτει μέν γε καὶ τοῦτ' ἀποδέδεικται διὰ μιᾶς ἐκείνης ῥήσεως, ἣν ἁπασῶν πρώτην παρεθέμην, ἐν ᾗ φησιν, ὡς οὐκ ἂν ἠλγοῦμεν, εἴπερ ἓν ἦν

summus accedit calor, jam id universum elementum est; et eodem modo, quum summum frigus, aut humor, aut siccitas: nam nec quod album sit, aut nigrum, aut leve, aut grave, aut pari etiam ratione quod densum sit, vel rarum, quodve premat, vel incidat, vel frangat, (ut tandem in universum loquar) ex nulla alia qualitate, nisi ex enumeratis illis quatuor, elementum esse iudicatur. Solae etenim hae, quum materiam subjectam alterant, in causa sunt mutuae inter elementa transmutationis, suntque praeterea stirpium ac animalium opifices. Porro Thaletis etiam sectatores ab ipsa hujus evidentia coacti, tametsi id eorum (ut jam ostensum est) decretis adversetur, mutuae tamen elementorum transmutationi assensere. Hoc autem concesso, statim ea sequebatur conclusio, nempe unam communemque elementis omnibus esse subjectam substantiam. Quod quidem et Hippocrates quoque ea ipsa dictione, quam priorem ascripsi, monstravit, quum inquit, nos neutiquam dolituros, si homo unum sit.

ὁ ἄνθρωπος. ταύτην γὰρ οὕτως οὖσαν βραχεῖαν ἀμφότερα διδάσκειν ἔλεγον, ὡς πλείω τέ ἐστι τὰ στοιχεῖα καὶ ἀλλοιοῦσθαι πεφυκότα. τοῦτ᾽ οὖν καὶ νῦν αὖθις ἀναλάβωμεν, ἵν᾽ ἐπιθῶμεν τῷ προτέρῳ λόγῳ τὴν προσήκουσαν τελευτήν. ἐπεὶ γὰρ ἀλλοιοῦσθαι πέφυκεν ἡμῶν ἡ οὐσία, τίνες (56) αἱ δυνάμεναι τοῦτο δρᾷν ὑπάρχουσι ποιότητες, ἐφεξῆς ἴδωμεν. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης, ὡς ἂν βραχυλογίᾳ χρώμενος παλαιᾷ, μετὰ τὸ προειπεῖν, ὡς, εἴπερ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ᾽ ἂν ἤλγησεν, ἐφεξῆς ἤδη χρῆται τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ καὶ τῷ ξηρῷ καὶ τῷ ὑγρῷ πρὸς ἁπάσας τὰς ἀλλοιώσεις, ἐκ μὲν τοῦ φαίνεσθαι λαβὼν, ὅτι τὰ πλησιάζοντα σώματα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα πέφυκε τῷ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν· ἐκ δὲ τοῦ προδεδεῖχθαι τὸ τὴν οὐσίαν ἀλλοιοῦσθαι πᾶσαν εἰδὼς ἀνατρεπόμενον, ὡς οὐκ ἔστι διάκρισίς τις καὶ σύγκρισις ἡ φαινομένη τῶν σωμάτων ἀλλοίωσις, ὡς οἱ περὶ Ἐπίκουρόν τε καὶ Δημόκριτον ἐνόμιζον,

Qua, quantumlibet ea brevissima sit, dicebamus doceri utrumque eorum, nimirum et elementa plura esse, et natura ad alterationem habilia. Hoc ergo, ut aptum priori libro finem imponamus, iterum repetendum venit. Quum substantia suapte natura alterationi exposita sit, mox, quaenam illae sint qualitates, inspiciendum est, quae hoc efficere possint. Hippocrates itaque solita antiquorum brevitate usus, ut praefatus est, hominem, si unum sit, nunquam doliturum, statim calidum et frigidum et humidum et siccum ad omnes adhibet alterationes: hoc ex evidentia accipiens, quod corpora, quae inter se vicina sunt, nata sint sese mutuo transmutare calefaciendo, vel refrigerando, vel exiccando, vel humectando. At vero nec ipsum latuit, quod, si prius demonstratum sit, universam alterari substantiam, statim subvertitur eorum sententia, qui ajunt, apparentem corporum alterationem quandam esse concretionem et secretionem, quemadmodum sensere Epicurus et Democritus, nec non, quamvis alio

ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ πάλιν Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὁ μὲν τὰς ὁμοιομερείας εἰσάγων, ὁ δ' ἀμετάβλητα νομίζων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. ἡμεῖς δ' ἐξαπλώσαντες τὸν λόγον, εἰς ὅσον σαφέστερον, εἰς τοσοῦτον καὶ πιστότερον ἐργασόμεθα. γενήσεται δὲ τοιοῦτός τις. εἴπερ ἀλγοῦμεν, οὔτε μία τῷ εἴδει, οὔτ' ἀπαθής ἐστιν ἡμῶν ἡ οὐσία. καὶ μὴν εἴπερ πάσχει, θερμαινομένη τε καὶ ψυχομένη καὶ ξηραινομένη καὶ ὑγραινομένη πείσεται. τῶν δ' ἄλλων οὐδεμία ποιοτήτων ἀλλοιοῦν οἵα τ' ἐστὶ τὸ πλησιάζον ὅλον δι' ὅλου. οὔτε γὰρ, εἰ τὸ βαρὺ τῷ κούφῳ πλησιάσειεν, ἢ τῷ βαρεῖ τὸ κοῦφον, ἢ τὸ κοῦφον ἔσται βαρὺ, ἢ τὸ βαρὺ κοῦφον, οὔτ', εἰ τῷ τραχεῖ τὸ λεῖον, καὶ τῷ πυκνῷ τὸ μανὸν, καὶ τῷ παχεῖ τὸ λεπτόν. τῶν γὰρ τοιούτων οὐδὲν ἀλλοιοῦν δύναται τὸ πλησιάζον ὅλον δι' ὅλου. ὑπολείπεται οὖν ἔτι τὸ μαλακὸν καὶ σκληρὸν καὶ γλίσχρον καὶ κραῦρον. ἀλλά τοι καὶ τούτων τὸ μὲν μαλακὸν

quodam modo, Anaxagoras et Empedocles; horum enim alter fimilaria, alter quatuor quidem elementa, verum ea intransmutabilia introduxit. Nos vero eam rationem explicabimus, ut illam clariorem, et proinde probabiliorem reddamus, quae talis erit. Si nos dolemus, neque fpecie una erit neque impatibilis noftra fubftantia: dolemus autem: quare non una fecundum fpeciem neque impatibilis erit fubftantia noftra. Atqui, fi patitur, oportet, ut calefacta frigefactave, humectata aus exiccata patiatur; quum nulla alia qualitate poffint, quae fibi invicem proxima funt, alterari tota per tota. Nam nec grave, fi prope rem levem accedat, propterea aut grave leve, aut contra leve grave reddetur; nec afperum, fi laevi fiat vicinum, aut denfum raro, aut craffo tenue; nullum enim horum id, quod illi proximum eft, totum poteft et per totum immutare. Sed reliqua praeterea funt durum et molle, vifcidum et friabile: verum ex his molle qui-

Ed. Chart. III. [24.] Ed. Baf. I. (56.)

[24] καὶ γλίσχρον ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἐστι φύσεως· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τὸ κραῦρον ἐκ τῆς τῶν ξηρῶν. ἕτεραι δὲ οὐκ εἰσὶ παρὰ ταύτας ἁπταὶ ποιότητες. ὅτι δ' ὁραταῖς, ἢ ἀκουσταῖς, ἢ γευσταῖς, ἢ ὀσφρηταῖς ποιότησιν αἱ τῆς ὕλης ἀλλοιώσεις οὐχ ἕπονται, πρόδηλον παντί. γένει μὲν γάρ εἰσιν ἁπταὶ καὶ αὗται, διενηνόχασι δὲ τῶν ἰδίως ἁπτῶν τῷ μήτε κατὰ πάντα τὰ γένη τῶν ζώων συνίστασθαι, μήθ' ὅλως ἀλλοιοῦν τὰς ὑποκειμένας οὐσίας. εἴπερ οὖν αὗται μὲν ἴδιαί τινων ὑπάρχουσι ζώων, αἱ δὲ τὴν ὅλην οὐσίαν ἀλλοιοῦσαί τε καὶ μεταβάλλουσαι πρῶταί εἰσι τῇ φύσει καὶ κοιναὶ πάντων τῶν ὄντων καὶ τῶν στοιχείων δημιουργοὶ, δῆλον ὡς ὑγρότης καὶ ξηρότης καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης ἑκάστου τῶν ὄντων συνιστῶσι τὴν οὐσίαν. ὀρθῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ συνίστασθαί φησι. καὶ γὰρ δρᾷ ταῦτ' εἰς ἄλληλα φανερῶς, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσι, καὶ τὸ

dem et vifcidum ad humidorum, durum vero et friabile ad ficcorum naturam pertinent; porro nullae aliae praeter iftas funt tactiles qualitates. Qnod vero materiae alterationes minime vifibiles fequantur qualitates, nec etiam eas, quae ad auditum, guftum aut olfactum attinent, jam omnibus fatis conftat: verum et hae quidem funt e genere tactilium qualitatum; fed ab illis, quae proprie tactiles funt, hoc differunt, quod hae neque in omnibus animalium generibus confiftunt, neque fubftantias transmutant. Quod fi hae quibusdam tantummodo animantibus peculiares funt, illae vero univerfam fubftantiam transmutant et alterant, et natura primae funt, et rerum omnium communes, et elementorum conftitutrices, manifeftum eft, quod calor et frigus humorque et ficcitas cujusque rei fubftantiam conftituant. Et proinde recte Hippocrates non hominis modo, fed aliorum etiam omnium naturam ex calido, frigido, humido et ficco effe conftitutam pronunciavit. Siquidem haec, ut omnes fatentur, mutuo inter fe manifefto agunt; neque a fecretione et

δρᾷν οὐκ ἐκ διακρίσεως καὶ συγκρίσεως ἔχει, ἀλλ' ἐκ τοῦ πάσχειν τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι δι' ὅλης ἑαυτῆς τὴν οὐσίαν. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται τὴν Ἀθηναίου γνώμην, μήτε ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα, μήθ' ὅσα προσέθηκεν Ἀριστοτέλης τε καὶ Χρύσιππος, εἰπόντος, ἀλλ' ἀξιοῦντος ἐναργῆ τὰ στοιχεῖα χωρὶς ἀποδείξεως λαμβάνεσθαι. καίτοι γε, ἐν οἷς αὐτὸς ἀντεῖπεν Ἀσκληπιάδῃ, μέμνηταί πως καὶ τούτων, οὐχ ἁπάντων μὲν ἀκριβῶς, οὐδὲ ἀγωνιστικῶς, οὐδὲ τάξει καὶ μεθόδῳ λογικῇ χρώμενος τῆς ἀντιλογίας· ὅμως δ' οὖν μέμνηται, ταράττων ἀτάκτως αὐτόν. τούτῳ μὲν οὖν ἄξιον μέμφεσθαι προδιδόντι τὴν Ἱπποκράτειον φυσιολογίαν. ἐμοὶ δ' ἂν εἴη καιρὸς ἐνταῦθα καταπαύειν τὸν πρῶτον λόγον. ὅσα γὰρ ἄλλα ταῖς ἀπαθῆ μὲν τὴν οὐσίαν ὑποτιθεμέναις αἱρέσεσι, παραπλεκούσαις δὲ τὸ κενὸν ἐναντιοῦται, τὰ μὲν ὑπὸ Ἀριστοτέλους τε καὶ Θεοφράστου λέλεκται, τὰ δὲ καὶ ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν, ἰδίᾳ πρὸς ἑκάστην

concretione habent quod agant, fed ex eo potius, quod ipfa fubftantia per fe ipfam totam patitur et alteratur. Et equidem non poffum non Athenaeum admirari, qui nec ifta, quae nunc expofita funt, nec ea etiam, quae ab Ariftotele et Chryfippo addita funt, proferre voluerit, fed cenfuerit potius, absque ulla demonftratione elementa effe pro compertis accipienda. Attamen ubi adverfus Afclepiadem differit, horum, etfi non prorfus omnium, quoquo modo meminit, neque tamen fub disceptandi formula; nam nec ordinem adhibet, nec logica utitur methodo, dum illi adverfatur; eorum enim meminit fine ullo ordine illa discerpens. Unde et hac parte damnandus eft, quod rerum naturalium difciplinam ab Hippocrate inftitutam ipfe prodiderit. Mihi vero jam opportunum videtur, ut primo libro finem imponamus; nam alia, quaecunque his fectis, quae impatibilem ftatuunt fubftantiam, cui intermifcent etiam vacuum, objici poffunt, ea partim ab Ariftotele et Theophrafto explicata funt, partim a nobis, quo loco particulatim unicuique fectae contra-

τῶν αἱρέσεων ἀντειπόντες. ἀλλ᾿ ἐκεῖνα μὲν ἐκ περιουσίας· ἱκανὰ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα πρὸς ἐπιστημονικὴν ἀπόδειξιν. οὔτε γὰρ, ὡς οὐ χρὴ δι᾿ ὅλης ἑαυτῆς ἀλλοιοῦσθαι τὴν οὐσίαν, ἀντειπεῖν ἐστιν· ἀναιρήσομεν γὰρ οὕτω καὶ πόνον, καὶ ἡδονὴν, καὶ αἴσθησιν, καὶ μνήμην, καὶ λογισμὸν, καὶ αὐτήν γε τὴν ψυχήν· οὔθ᾿, ὡς ἄλλη τις ποιότης ἀλλοιοῦν δι᾿ ὅλου πέφυκε παρὰ τὰς εἰρημένας τέτταρας. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πρῶτος Ἱπποκράτης ἁπάντων ἐξευρὼν φαίνεται τὰ στοιχεῖα τῆς τῶν ὄντων φύσεως, καὶ πρῶτος αὐτάρκως ἀποδείξας. εἰ δ᾿ οὐκ ἐπέγραψε τὸ σύγγραμμα περὶ στοιχείων, ὡς Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς, οὐδὲν ἂν εἴη τοῦτό γε ζήτημα. τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου, καὶ Προδίκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ἀριστοτέλει δ᾿ ἔν τε τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος ἐξείργασται, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ

diximus. Sed illa quidem ex abundanti. Quantum enim ad demonſtrationem ſcientiis congruentem attinet, haec ipſa, quae hoc loco diximus, abunde erant: ſiquidem neque adverſari quisquam poteſt, quin ſubſtantia per ſe tota non alteretur, quippe quia ſtatim e medio dolorem tolleremus, voluptatesque praeterea, et ſenſum, et memoriam, et rationem, atque etiam tandem ipſum animum: ſed neque quod alia ſit qualitas, his quatuor exceptis, quae poſſit aliquid per totum transmutare. Quare ſi res ſe ita habeat, primus profecto omnium Hippocrates videtur naturae rerum omnium elementa excogitaſſe, atque, quantum ſatis eſſe poſſit, demonſtraſſe. Neque vero nos moveat, quod ille ſuum commentarium non inſcripſerit de elementis, quemadmodum Aſclepiades medicus; nihil enim hic refert, quum veteres fere omnes videamus ſua monumenta literarum de natura inſcripſiſſe, ut Meliſſus, Parmenides, Empedocles, Alcmaeon, Gorgias, Prodicus, caeterique omnes. Sed Ariſtoteles in libris de caelo et in libris de generatione et interitu agit

τῆς οὐσίας λόγοις Χρυσίππῳ· ἀλλ' οὐδὲ τούτων οὐδέτερος ἐπιγράφει τὰ βιβλία περὶ στοιχείων. οὐδὲ χρὴ τοὔνομα ζητεῖν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἐξετάζειν τῶν λόγων. εἴτε γὰρ περὶ φύσεως, [25] εἴτε περὶ στοιχείων, εἴτε περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, εἴτε περὶ οὐσίας ἐπιγράψειέ τις τὴν νῦν ἡμῖν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, οὐδὲν δήπου διοίσει. τῷ δὲ συνηθέστερον εἶναι σχεδὸν ἅπασι τοῖς νῦν ἐπιγράφειν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα περὶ στοιχείων, ὀνομάζειν τε διὰ παντὸς, οὕτω καὶ ἡμῖν ἄμεινον ἔδοξεν εἶναι περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπιγράψαι. καὶ δὴ δοκῶ μοι πάντα τὸν πρῶτον λόγον ἤδη πεπεράνθαι. εἰ γάρ τί που καὶ σμικρὸν ἔτι διαφεύγει τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων ἀνεξήγητον, αὐτός τις ἕκαστος, ἐξ ὧν εἶπον ὁρμώμενος, ἐξευρήσει κἀκεῖνο ῥᾳδίως. οἷον ὅτι τε τὴν γένεσιν οὐκ ἐξ ἑνὸς εἶναι χρὴ, καὶ ὡς, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον

de elementis; Chryſippus in libro de ſubſtantia; nec iſtorum quispiam libros de elementis inſcripſit. Verum ipſis vocabulis non eſt plurimum inſiſtendum; vis enim ſermonis potius perpendenda eſt. Et equidem nihil ego intereſſe putaverim, ſi quis opus hoc de natura inſcriberet, vel de elementis, vel etiam de generatione et interitu, vel de ſubſtantia. Quum tamen hac tempeſtate invaluerit haec conſuetudo fere apud omnes, ut hujuscemodi commentaria de elementis titulum habeant, nos etiam operae pretium duximus, ut de elementis ex Hippocratis ſententia inſcriberemus. Jamque videor primum hunc librum ad calcem deduxiſſe; nam ſi particulam quampiam ex iis, quae ab Hippocrate ſcripta ſunt, praeteriimus absque expoſitione, facile id poterit ex his unusquisque aſſequi, quae nos jam explicavimus, ſicut illud, quod oporteat generationem non eſſe ex uno; et id etiam, quod, niſi calidum et frigidum et humidum et ſiccum inter ſeſe moderate ac aequaliter habuerint, ſed alterum nimis al-

τοῦ ἑτέρου πολὺ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. διδάσκει γὰρ ἐνταῦθα περὶ τῆς συμμετρίας αὐτῶν καὶ τῆς κατὰ δύναμιν ἰσότητος, ὑπὲρ ἧς καὶ ἡμεῖς ἔν τε τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ἐξηγησόμεθα, κἀν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐφεξῆς. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅπως δι᾽ ὅλων κεράννυνται τὰ κεραννύμενα, πότερον τῶν ποιοτήτων μόνων, ὡς Ἀριστοτέλης ὑπέλαβεν, ἢ καὶ τῶν σωματικῶν οὐσιῶν δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν, ἃ οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι τοῖς ἰατροῖς. ὅθεν οὐδ᾽ Ἱπποκράτης ἀπεφήνατό τι περὶ τούτων, ἀλλ᾽ ἠρκέσθη μόνῳ τῷ δι᾽ ὅλων κεκρᾶσθαι τὰ στοιχεῖα. τούτου γάρ ἐστιν ἡμῖν χρεία πρός τε τὴν περὶ κράσεων πραγματείαν, ἣν ἐφεξῆς τῆσδε δίειμι, καὶ προσέτι τὴν περὶ φαρμάκων. εἰρήσεται δὲ κἀν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ περὶ τῆς χρείας αὐτῶν ἐπιπλέον. ἐν δὲ τῷ παρόντι τοσοῦτον εἰπεῖν ἀποχρήσει πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ὅτι τῶν ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου λεγομένων ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ πρὸς τοὺς ὅλας

terum excellat, fortius, inquam, id quod imbecillius eſt, nulla unquam futura eſt generatio. Hoc enim loco de eorum agit moderatione atque virium aequalitate, quae nos tum in libris de temperamentis, tum etiam mox in aliis exponemus; et praeterea quo pacto ea, quae miſcentur, per tota temperentur ſolisne qualitatibus, ut Ariſtoteles ſenſit, an potius ipſis etiam corporis ſubſtantiis in ſeſe mutuo penetrantibus; quae tamen non eſt opus medicum ſciviſſe, et proinde nihil de his Hippocrates pronunciavit; ſatis enim ipſe habuit, ſi monſtraret, elementa per totum temperari. Quippe quoniam haec non parum uſui futura ſunt, partim ad librum de temperamentis, quem paulo poſt proſequemur, partim ad librum de medicamentis, ſed et in libro de curandi methodo de horum uſu abunde ſumus ſermonem habituri. Quantum vero ad praeſens negotium attinet, hoc praeterea dixiſſe ſatis fuerit, quod ea, quae ab Aſclepiade in libro de elementis contra illos

δι' ὅλων κεραννύντας ἀλλήλαις τὰς οὐσίας οὐδὲν ἅψεται τῶν τὰς ποιότητας μόνας κεράννυσθαι λεγόντων. ὥστ', εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διὰ γοῦν τό γ' ἀσφαλὲς αἱρετέον τὸ δόγμα, καὶ λεκτέον, ὡς ἐν τῷ μίγνυσθαι τὸν οἶνον, εἰ τύχῃ, τῷ ὕδατι, καὶ καταθραύεσθαι μέχρι σμικροτάτων ἑκατέρου τὰ μόρια, δρᾷν καὶ πάσχειν αὐτοῖς εἰς ἄλληλα συμβαίνει καὶ μεταδιδόναι (57) τῶν ποιοτήτων ἀλλήλοις ἑτοιμότερον, ὅσῳ περ ἂν εἰς ἐλάττω καταθραυσθῇ, καὶ διὰ τοῦτο κινοῦσιν ἐπὶ πλεῖστον οἱ μιγνύντες ἀλλήλοις τὰ τοιαῦτα, τὴν εἰς ἐλάχιστα διαίρεσιν αὐτῶν μηχανώμενοι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μᾶλλον ἑνοῦσθαι τὰς ποιότητας ἀλλήλαις τῶν ἐπὶ πλέον ἀναμιχθέντων τε καὶ χρονισάντων ὁμολογεῖ τῷ λόγῳ. χρόνου γὰρ δεῖται τὰ σμικρὰ μόρια τῶν κεραννυμένων, ἵν' εἰς ἄλληλα δράσῃ καὶ πάθῃ τελέως, καὶ οὕτως ἓν ἀπεργάσηται τὸ ὅλον ὅμοιον ἑαυτῷ πάντῃ. διὰ ταῦτα κἂν τῷ παραχρῆμα μὲν οἷόν τε διαχωρίσαι πάλιν ἀπ' ἀλλήλων ἔνια τῶν ἀναμιχθέντων· εἰ δ' ἐπὶ πλέον χρονίσαιεν,

proferuntur, qui totas fubftantias per totas mifceri ftatuunt, minime eos attingunt, qui folas ajunt qualitates temperari. Unde ex hoc faltem capite, fi non ex alio, hoc decretum effet recipiendum, quod tutius nimirum fit; dicendumque proinde eft, quod, fi vinum, exempli gratia, aquae immifceatur, particulae horum utrorumque in minima infringuntur, moxque inter fe mutuo agunt et patiuntur, et eo facilius fibi invicem qualitates impertiuntur, quo fuerint in minutiora redactae; et propterea, qui id genus res permifcent, diutius eas commovent, eo commento divifionem in minima molientes. Atqui et ipfa ratio dictat, qualitates eorum melius fimul uniri, quae magis et diutius fuerint commixta; nam tempore opus eft, ut eorum, quae commifcentur, mutuae particulae inter fe invicem exacte agant et patiantur, atque ita totum id unum et fibi undique et penitus fimile evadat. Et hac de caufa nonnulla poffunt ftatim poft mixtionem fegregari; quae

Ed. Chart. III. [25.] Ed. Baſ. I. (57.)

ὡς ἑνωθῆναι τὸ πᾶν, ἀμήχανον ἔτι διακρῖναί τε καὶ διελεῖν ἀπὸ θατέρου θάτερον. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ τρόπου τῆς δι᾽ ὅλων κράσεως εἰρήσεταί τι κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων.

ſi diutius permanſerint, et tantisper, donec totum factum fuerit unum, nequit alterum ab altero amplius divelli. Nos tamen iterum in libro de medicamentis nonnulla adhuc de ratione temperaturae, quae per totum eſt, dicemus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ἹΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ed. Chart. III. [26.] Ed. Baſ. I. (57.)

Κεφ. α'. Ἐπὶ δὲ τὸν δεύτερον λόγον ἤδη μοι ἰέναι καιρός. ἀποδείξας γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἁπάντων τῶν ὄντων κοινὰ στοιχεῖα τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ἐφεξῆς ἐπὶ γένος ἕτερον στοιχείων μέτεισιν, οὐκέτι πρῶτον οὐδὲ κοινὸν, ἀλλὰ τῶν ἐναίμων ζώων ἴδιον. αἷμα γὰρ, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴ ξανθή τε καὶ μέλαινα στοιχεῖα τῆς ἁπάντων γενέσεώς ἐστι τῶν ἐναίμων ζώων, οὐκ ἀνθρώπου μόνον. ἀνθρώπου δέ γε ἴδια μόρια τὰ ἐλά-

GALENI DE ELEMENTIS EX HIPPOCRATE LIBER SECVNDVS.

Cap. I. Sed jam opportunum fuerit, ut ad ſecundum librum accedamus. Ut enim Hippocrates demonſtravit, calidum, frigidum, humidum et ſiccum eſſe communia rerum omnium elementa, mox ad alterum tranſit elementorum genus, non amplius quidem primum aut commune, ſed animalium ſanguineorum proprium. Sanguis enim pituitaque et bilis utraque flava ac atra ſunt non modo generationis hominum, ſed caeterorum etiam animantium ſanguine praeditorum elementa. Hominis vero propria ſunt ipſae partes minimae,

χιστά τε καὶ ὁμοιομερῆ προσαγορευόμενα. κοινωνία δέ ἐστι καὶ τούτων αὐτῶν πρὸς ἔνια τῶν ἐναίμων ζώων, οἷον ἵππον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ τἄλλα, ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ ταῦτα καὶ ἀρτηρίας ἔχει, καὶ φλέβας, καὶ νεῦρα, καὶ συνδέσμους, καὶ ὑμένας, καὶ σάρκας, οὐ μὴν ἀκριβῶς γε πάντη τοῖς ἀνθρώποις ὅμοια. τινὰ δὲ καὶ κατὰ γένος ἕτερα, καθάπερ ὁπλὰς, καὶ κέρατα, καὶ πλῆκτρα, καὶ ῥάμφη, καὶ φολίδας, καὶ λεπίδας. ὥσπερ οὖν τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν ἁπάντων ἦν κοινὰ στοιχεῖα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἴδια πάλιν ἑκάστου τῶν ζώων ἐστὶ τὰ πρῶτα πρὸς αἴσθησιν μόρια, περὶ ὧν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λέξεται. μεταξὺ δὲ τούτων τε κἀκείνων ἡμῖν μὲν οἱ τέσσαρες χυμοὶ, τῶν δ' ἄλλων ζώων ἑκάστῳ τοῦθ', ὅπερ ἂν ὕλη τῆς γενέσεως αὐτῶν ἡ προσεχής. οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν, [27] ἐξ ἧς πρώτης τι γίνεται, μηδεμιᾶς ἐν μέσῳ δεομένης ἑτέρας μεταβολῆς.

quae fimilares appellantur: quamvis et in his aliquam habeat cum nonnullis fanguineorum animalium communionem, ficut cum bove, cane, equo et quibuscunque aliis hujusce generis. Siquidem haec omnia venas habent et arterias, et nervos, et ligamenta, et membranas carnesque, attamen non omnia usquequaque humanis fimilia; imo quaedam etiam funt alterius cujusdam generis, qualia ungulae, aculei, roftra, fquamae et cortices. Unde quemadmodum communia omnium elementa erant calidum, frigidum, humidum et ficcum; ita rurfus propria uniuscujusque animalis funt partes illae, quae fenfu primae habentur, de quibus in diffectionum pertractationibus fermo habetur: inter has vero et illa medium in nobis quidem humores quatuor locum obtinent; in aliis vero animantibus quicquid unicuique illorum proxima fuerit generationis materia: nam hoc fane modo id confueverunt appellare, ex quo primum fit aliquid, nulla praeterea media egens transmutatione.

Ed. Chart. III. [27.] Ed. Baf. I. (57.)

Κεφ. β'. Ὅτι μὲν οὖν ἐκ τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος ἅπαντα γέγονε τὰ τῶν ἐναίμων ζώων μόρια, πρόδηλον παντί. μετέχοντος δὲ τούτου φλέγματός τε καὶ διττῶν χολῶν, εὐλόγως ἐνταῦθα διέστησαν, οἱ μὲν ἐξ αἵματος μόνου τὴν γένεσιν ὑπάρχειν ἡμῖν, οἱ δὲ ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν φάσκοντες. ἔστι μὲν οὖν οὐχ ὁμοίως ἀποδεῖξαι τἀληθὲς ἐνταῦθα δυνατὸν, ὡς ἐπὶ τῶν πρώτων στοιχείων· ἑκάτερος γὰρ ὁ λόγος ἔχει τι πιθανόν. ἐξ ὧν δ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης κινηθεὶς, ἀληθέστερον εἶναι νομίζει, τοὺς τέσσαρας χυμοὺς ὕλην εἶναι τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, ἐπιδεῖξαι πειράσομαι, τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ποιησάμενος. ὁμοιομερὲς μὲν οὖν ἐστι καὶ σὰρξ, καὶ νεῦρον. ἀλλ' ἡ μὲν σὰρξ ἔναιμός τε καὶ μαλακὴ καὶ θερμή· τοὐναντίον δὲ τὸ νεῦρον ἄναιμόν τε καὶ σκληρὸν καὶ ψυχρόν. οὐ μὴν οὔτ' ἐκείνη μαλακὴ καὶ θερμὴ τελέως ἐστὶν, οὔτε τὸ νεῦρον σκληρὸν καὶ ψυχρόν. ἀλλὰ τὸ μὲν αἷμα τῆς σαρκὸς μαλακώτερόν τε καὶ

Cap. II. At vero quod omnes fanguineorum animantium partes ex matris fanguine gignantur, jam fatis omnibus conftat. Et quum fit is pituitae, necnon et utriusque bilis particeps, non absque ratione ex hoc capite diffidium ortum eft: quippe quod nonnulli fuerint, qui ex folo fanguine affererent nos effe genitos, alii vero ex fuccis quatuor. Nec aeque eft deinde in his facile veritatem monftraffe, ac in primis elementis: fiquidem utraque horum fententia probabilitate non vacat. Ego vero conabor ea explicare, unde adductus eft Hippocrates, ut fentiret, humores quatuor materiam effe generando homini, hinc tamen fumpto exordio. Similaris quidem et caro eft, et nervus; verum caro fanguinea et mollis eft, atque etiam calida: at nervus in his omnibus contra ac illa fe habet, utpote qui exanguis fit, durus ac frigidus. Verum enimvero nec illa omnino mollis et calida eft, neque durus ac frigidus eft nervus: fanguis quippe carne mollior

θερμότερόν ἐστι· τὸ δὲ ὀστοῦν τοῦ νεύρου σκληρότερον καὶ ψυχρότερον. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων ἕτερον ἑτέρου, τὸ μὲν ψυχρότερόν ἐστι, τὸ δὲ θερμότερον, καὶ τὸ μὲν μαλακώτερον, τὸ δὲ σκληρότερον. ἆρ᾽ οὖν ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας τὰ πάντα γέγονεν, ἢ μᾶλλον ἀγαθός τις οὖσα δημιουργὸς ἡ φύσις, ἡνίκα τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ παρὰ τῆς μητρὸς αἵματος, εἰς τὴν μήτραν ἰόντος, ἐγέννα τε καὶ διέπλαττε τὸ ἔμβρυον, εἰς μὲν τὴν τῶν σκληροτέρων σωμάτων πῆξιν εἵλκεν ἐξ αὐτοῦ τὸ παχύτερον, εἰς δὲ τὴν τῶν μαλακωτέρων τὸ ὑγρότερον; οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν θερμότερον εἰς τὴν τῶν θερμοτέρων, τὸ δὲ ψυχρότερον εἰς τὴν τῶν ψυχροτέρων; ἐμοὶ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ μακρῷ φυσικώτερον εἶναι, καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν εὐθέως διαπεπλάσθαι τὸ κύημα, κἀν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παντὶ τὴν τροφὴν καὶ τὴν αὔξησιν ἕκαστον τῶν μορίων ἔχειν ἐκ τῆς οἰκείας ὕλης. ἓν μὲν γάρ τι φαίνεται τὸ αἷμα, καθάπερ καὶ τὸ γάλα. διδάσκει δ᾽ ὁ λόγος, οὐχ ἓν ὑπάρχειν αὐτὸ, καθότι μηδὲ τὸ γάλα.

ac calidior eft; os autem nervo durius et frigidius, et ita caeterae particulae figillatim fe habent: nam haec quidem altera frigidior eft, illa vero calidior, atque haec mollior, illa durior. Quid ergo, ex eadem omnia procreata funt fubftantia, vel potius fagax rerum opifex natura, quo primum tempore ex fanguine ab ipfa matre in uterum delato foetum procreabat atque formabat, quod in eo craffius erat, ad folidiora corpora conftituenda attraxit, quod vero tenuius, ad molliora, et fimili etiam modo, quod calidius erat, ad calidiora, et etiam, quod frigidius, ad frigidiora? Et fane mihi videtur quidem longe effe magis naturae confentaneum, et ftatim ab ipfis initiis formari foetum, ac fubfequenti etiam tempore univerfo unamquamque particulam fuum habere alimentum augmentumque ex propria peculiarique materia. Nam fanguis, ut lac etiam, una quaedam res videtur; ratio tamen docet, illum non effe unum,

τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἄκρως ὀῤῥῶδες καὶ λεπτὸν ἐν τῷ γάλακτι, τὸ δὲ ἄκρως τυρῶδες καὶ παχύ. ταῦτα δὲ, ἕως μὲν ἐκέκρατο πρὸς ἄλληλα, μέσον ἀπειργάζετο τὸ γάλα τυροῦ καὶ ὀῤῥοῦ· διακριθέντα δὲ, τὴν οἰκείαν ἰδέαν ἐνεδείξατο, καὶ τὴν τοῦ γάλακτος ἐδίδαξε φύσιν, ὡς οὐκ ἄρα ἓν ἦν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων τε καὶ διαφερόντων συγκείμενον. ὡς οὖν ἐν τῷ γάλακτι τὸ μέν ἐστιν ὀῤῥὸς, τὸ δὲ τυρὸς, οὕτω καὶ ἐν τῷ αἵματι τὸ μὲν οἷον ἰχὼρ αἵματος ἀνάλογον ὀῤῥῷ γάλακτος, τὸ δὲ οἷον ἰλύς τις καὶ τρὺξ ἀνάλογον τῷ τυρῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἶνας ἐμφερομένας τῷ αἵματι σαφῶς ἐστι θεάσασθαι, καὶ τούτων ἐξαιρεθεισῶν, οὐ πήγνυται τὸ αἷμα, καὶ χωρισθὲν τῶν ἰνῶν τὸ αἷμα καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθρὸν ἀκριβῶς φαίνεται, τὸ δὲ ξανθότερον τούτου, τὸ δὲ μελάντερον. ἔστιν ὅτε δὲ καὶ σαφῶς ἐπανθεῖ τι λευκὸν αὐτῷ, καί ποτε πελιδνὸν ἅπαν

ficut nec lac. Nam in lacte aliquid eſt, quod omnino ſeroſum ac tenue eſt, aliquid etiam, quod penitus caſei ſpeciem refert craſſumque eſt: et dum haec ſimul erant contemperata, lac conſtituebant, quod inter caſeum medium erat et ſerum: ſimul autem ut discernuntur et propria eorum forma inde oſtenditur, et praeterea docetur, lactis naturam unam non eſſe usquequaque, ſed ex contrariis atque etiam differentibus concretum. Quemadmodum igitur in lacte et ſerum reperitur et caſeus, ſic et in ſanguine liquor quidam eſt, qui ſero in lacte pro portione reſpondet: eſt et id, quod veluti limus quidam ac faex ſanguinis eſt, et caſeo in lacte aſſimilatur. Sed et fibras in ſanguine deferri, nemo eſt qui videre non poſſit: quae ſi ex eo detrahantur, jam non concreſcit amplius ſanguis, qui deinde non parum, illis exemptis, colore ac ſubſtantia differt: quippe quum ex eo pars quaedam omnino rubra videatur, alia vero potius flaveſcat, quaedam etiam magis ad atrum vergat, nonnunquam vero et aliquid albicans ſe in illius ſuperficie aperte offert, interdum

ἐφάνη, [28] καὶ νὴ Δία γε πολλάκις ἐγγὺς τῷ μέλανι, καθάπερ τις πορφύρα κατακορής· ὥστ᾽ οὐχ ἓν ἀκριβῶς τὸ αἷμα. πάντων γὰρ ἂν, οἶμαι, καὶ ζώων καὶ ἀνθρώπων ὅμοιον ὑπῆρχε διὰ παντὸς, εἴπερ ἦν ὄντως ἕν. ἀλλά ποτε ἐν αὐτῷ πλεονεκτεῖ τὸ παχὺ καὶ μέλαν, ὡς καὶ τὴν χρόαν ἅπαντος τοῦ σώματος μελαντέραν φαίνεσθαι, καὶ τὰς οὐλὰς μελαίνεσθαι, καὶ κιρσοῦσθαι τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι φλέβας, ἅμα τινὶ πελιδνῷ χρώματι· ποτὲ δὲ τὸ ξανθὸν, ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἔκ τε τῶν τριχῶν ἐστιν ἰδεῖν, κἀκ τῆς συμπάσης τοῦ σώματος χρόας, ἐμέτων τε καὶ διαχωρημάτων· ἔστι δ᾽ ὅτε τὸ ἐρυθρὸν ἢ λευκὸν, ὡς καὶ ταῦτα ἔκ τε τῶν τοῦ ὅλου σώματος χρωμάτων καὶ τριχῶν καὶ διαχωρημάτων φαίνεσθαι. καὶ μὲν δὴ κἂν εἰ τὰς φλέβας ἐκτέμοις ὑγιαινόντων ἔτι τῶν ἀνθρώπων, τοῦ μέν τινος αὐτῶν ξανθὸν ῥυήσεται τὸ αἷμα, τοῦ δ᾽ ἐρυθρὸν, τοῦ δὲ λευκότερον, τοῦ δὲ μελάντερον. κἂν εἰ δοῦναι δὲ φάρμακον ἐθέλοις ἐκκαθαῖρον τὸ σῶμα, τοιοῦτον

tamen totus fere videtur livens, ſaepe adeo nigricat, ut me hercle purpuram quandam ſaturam referre videatur. Unde ſanguis minime unum erit, quia, ſi eſſet revera unum, nimirum (ut mihi quidem videtur) in omnibus cum animantibus tum hominibus usquequaque ſimilis. Attamen quandoque, quod craſſum nigrumque eſt, adeo alia in eo ſuperat, ut univerſi corporis color nigrior videatur, cicatricesque nigriores reddantur atque venae in cruribus varicoſae fiant, et liventi quodam colore ſuffuſae. Quandoque vero quod flavum eſt: ut facile et ex capillis, et ex corporis colore, et praeterea ex vomitu et alvi dejectionibus conſpicitur. Nonnunquam etiam id, quod aut rubrum eſt, aut album: quae et ipſa tum in colore totius corporis, tum in vomitu et alvi excrementis notari poſſunt. Quod ſi ipſas etiam venas ſeces hominibus, qui proſpera adhuc fruuntur valetudine: ab his quidem flavus profluet ſanguis, ab aliis ruber, ab aliquibus nigrior, ab aliis albior. Sed ſi medicamentum inſuper exhibeas, quod vim habeat corpus purgan-

Ed. Chart. III. [28.] Ed. Baf. I. (57. 58.)
ἐκκενώσει χυμὸν, ὁποῖον ἕλκειν πέφυκεν, ἀλλ' οὐκ ἴσον ἐν πάσῃ φύσει σώματος, οὐθ' ὑγιαινόντων, οὔτ' ἀῤῥωστούντων. ἵνα γὰρ ἀπὸ τῶν ἀῤῥωστούντων (58) ἄρξωμαι, χολῆς τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης εἰ δοίης τοῖς ἰκτεριῶσιν ἀγωγὸν φάρμακον, ἄξει σοι παμπόλλην χολήν. εἰ δέ γε τοῖς τὸν καλούμενον ὕδερον λευκοφλεγματίαν νοσοῦσι ταὐτὸ τοῦτο δοίης φάρμακον, ἐλαχίστην μὲν ἐκκενώσει χολήν. εἰ δ' αὖ πάλιν ἕτερον δοίης φάρμακον, ὑφ' οὗ φλέγμα κενοῦσθαι πέφυκεν, ἥκιστα μὲν ἐν τοῖς ἰκτεριῶσι κενώσει φλέγμα, καὶ σὺν μεγάλῃ τῇ βλάβῃ· πάμπολυ δὲ τοῖς προειρημένοις ὑδέροις, καὶ χωρὶς τοῦ βλάψαι. καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἐλεφαντιῶσι πολλάκις ἐδώκαμεν, ὅ τι χολὴν ἐκκαθαίρει μέλαιναν· ὑφ' οὗ καὶ ῥάστην καὶ πλείστην σὺν ὠφελείᾳ μεγάλῃ τὴν κένωσιν εἴδομεν ἀπαντῶσαν.

di: illud ejusmodi quidem humorem evacuabit, qualem attrahendi vim infitam habet: verum non tantumdem in quacumque corporis natura, five fanum id fit, five aegrotet. Nam (ut a morbidis exordiar) fi laboranti morbo regio medicamentum dederis, ex his, inquam, quae bilem eam, quae flava aut pallida appellatur, educunt: plurimam ille bilem dejiciet. Si vero id ipfum ei dederis, qui aqua tenetur intercute, quam leucophlegmatian vocant: bilis admodum parum educes. Si rurfus medicamentum obtuleris, quod vim habeat folvendi pituitam: id quidem exiguam ab eo, qui morbo arquato arreptus eft, pituitam detrahet, nec fine ingenti illius noxa: plurimum vero ab illo, qui ea intercute aqua laborat, quam nuper nominavimus, et absque ullo incommodo. Atqui et eis, qui morbo elephantiafi tentarentur, medicamentum purgatorium, quod atram bilem purgat, tradidimus faepiffime, et fubinde copiofam facilemque et cum utilitate maxima evacuationem confequentem vidimus.

Κεφ. γ'. Ἀσκληπιάδης δὲ, πάντα τὰ καλὰ τῆς τέχνης ἐπιχειρῶν ἀνατρέπειν τῷ λόγῳ διὰ τοὺς θαυμαστοὺς ὄγκους καὶ πόρους, πειρᾶται μεταπείθειν ἡμᾶς, ὡς οὐχ ἕλκει τὸ οἰκεῖον ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ μεταβάλλει, καὶ τρέπει, καὶ ἀλλοιοῖ, διαφθεῖρον εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ἑλχθέν. εἶτα τὴν ἀκολουθοῦσαν ὠφέλειαν, οὐ τῇ τοῦ λυποῦντος καθάρσει γίνεσθαί φησιν, ἀλλὰ τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς κενώσεως. ὁ μὲν οὖν Ἀσκληπιάδους λόγος οὕτως ἀναισχυντεῖ κατὰ τοῦ φαινομένου. τὸ φαινόμενον δέ γ', ὡς Ἱπποκράτης τε καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἰατροὶ, τῇ πείρᾳ βασανίζοντες, ἔμαθον, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἔχει. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσεις ἀνθρώπῳ χολῶντι φλέγματος ἀγωγὸν δοῦναι φάρμακον, οὐ μετὰ μικρᾶς, εὖ οἶδ' ὅτι, ζημίας πειράσῃ τοῦ ἐγχειρήματος. εἰ δέ γ' ὡς κενοῦντα μόνον ὠφελεῖ τὰ καθαίροντα, τί οὐ φλέβας τέμνομεν ἁπάντων, εἴτ' ἰσχνοὶ

Cap. III. At Afclepiades, qui optima quaeque hujus artis propter illos admirabiles tumores meatusque fua oratione evertere fibi proponit, conatur nobis diffuadere, quod medicamentum quodcunque peculiarem fibi humorem detrahat, fed illum potius transmutat, convertit, alterat, ac tandem in fui ipfius naturam id, quod ipfum trahit, qualecunque fuerit, corrumpit. Nec deinde juvamen, quod purgationem confequi videmus, ait ipfe evenire propterea, quod id vacuetur, quod infeftabat, fed ex communi potius evacuationis ratione. Sic igitur Afclepiadis fermo apparentibus imprudenter adverfatur. Porro quod apparet, ut Hippocrates caeterique medici rem hanc experientiae examine indagando didicere, ita, ut nos antea diximus, fe habet. Nam fi biliofo homini medicamentum, quod pituitam purgandi facultatem habeat, exhibere tentaveris, fane non dubito, quin fis hoc illius decretum non fine damno experturus. Praeterea fi purgatoria medicamenta ea tantum ratione juvant, quod evacuant: cur non omnibus venas fecamus hominibus, qualescunque illi fint, graciles

τύχοιεν ὄντες, εἴτε παχεῖς, εἴτ' ἰκτεριῶντες, εἴτε μελαγχολῶντες; [29] ἀλλὰ πολλοῖς μὲν τῶν τοιούτων, ἰσχνοῖς οὖσιν ἱκανῶς, οὐ σμικρὰν ἤνεγκεν ὠφέλειαν ἡ τοῦ λυποῦντος χυμοῦ κένωσις. εἰ δ' αἵματος αὐτῶν ἀφελεῖν ἐτόλμησέ τις, εὐθὺς ἂν ἀπέκτεινεν. ἀλλὰ ταῦτα λέγειν ἀναγκάζουσιν Ἀσκληπιάδην οἱ ὄγκοι καὶ πόροι καὶ τὰ ἄναρμα στοιχεῖα. τούτοις γὰρ ἕπεται τὸ μηδεμίαν εἶναι τῆς φύσεως ἡμῶν ἀλλοτρίαν ποιότητα, μηδὲ τὴν τῶν ὁσημέραι διὰ τῆς γαστρὸς ἡμῶν ἐκκενουμένων περιττωμάτων· ἀλλ' ὅταν ἐπισχεθῇ ἡ γαστὴρ, τῷ λόγῳ τοῦ πλήθους ἡμᾶς βλάπτεσθαι, καὶ εἶναι τὴν ἴασιν ὀλιγοσιτίαν ἢ ἀσιτίαν παντελῆ. πλῆθος γάρ τοι τοιούτων λόγων ἀποτετόλμηται πρὸς Ἀσκληπιάδου, τοῖς ἐναργέσι μαχομένων, οἳ τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ φαινόμενον ἀπορεῖν ἀναγκάζουσι, τοὺς δὲ γινώσκοντας ἐκπλήττεσθαί τε καὶ θαυμάζειν τὴν ἀναισχυντίαν τοῦ ἀνθρώπου. ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν Ἀσκληπιάδειον τόλμαν ἐν ἑτέροις ἐπὶ πλέον εἰρήσεται. τὰ φαινόμενα δ' ἐναργῶς πάλιν

aut craffi, five regio morbo teneantur, five bili atra vexentur? Atqui ex his plurimi, qui graciles erant, ex purgatione humoris, a quo infeftabantur, non parum praefidii reportarunt: quibus, fi fanguinem detrahere auderes, interitum protinus inferres. Sed Afclepiades ab illis tumoribus meatibusque ac incompactis elementis cogitur haec proferre: quippe quum hinc fequatur, ut nulla fit qualitas noftrae naturae aliena, adeo ut neque etiam eorum excrementorum, quae quotidie per alvum vacuantur: et proinde quum alvus fupprimitur, nos ratione multitudinis laedamur, illique remedio erit vel parce vefci, vel omnino a cibo fe continere. Et plurima fuis fermonibus Afclepiades commentus eft, quae cum his pugnant, quae evidentia funt. Et fane haec illis quidem occafionem dubitandi praeftant, qui ea ignorant, quae apparent: at illi, qui horum periti funt, iftius hominis impudentiam admirantur et ftupent. Caeterum nos contra Afclepiadis audaciam in aliis plura afferemus: nunc ad ea, quae manifefto apparent, redeuntes

ἀναλάβωμεν, ἑπόμενοι ταῖς Ἱπποκράτους ῥήσεσιν, ὡς οὐ μαντευσαμένου δήπουθεν, ὡς ἰατρός τις ἄπειρος ἢ ἀναίσχυντος ἐς τοσοῦτον ἔσοιτο, καθάπερ Ἀσκληπιάδης, ὡς ἤτοι παντάπασιν ἀγνοῆσαι τὰ οὕτω σμικρὰ τῆς τέχνης, ἢ γνοὺς ἀρνήσηται μὴ γινώσκειν. ὅθεν, οἶμαι, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν μὲν μακρότερος γίνεται διὰ τὰς πρὸς τοὺς ἀναισχυντήσαντας ἀντιλογίας· Ἱπποκράτει δὲ βραχὺς καὶ σύντομος, αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἐναργῶς γράφοντι, χωρὶς ἁπάσης κατασκευῆς, τῷ μηδ᾽ ὑπονοῆσαι μηδένα, μήτ᾽ ἀγνοῆσαι τὰ τοιαῦτα, μήτ᾽ ἀρνήσασθαι.

Κεφ. δ'. Πρὸς μὲν τοὺς λέγοντας, αἷμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἓν ὁτιοῦν ἄλλο, τοσοῦτον εἰπὼν ἠρκέσθη, δεικνύειν ἀξιώσας αὐτοὺς, μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέαν τὸν ἄνθρωπον, μήτε γινόμενον παντοῖον, ἀλλ᾽ ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίας τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται μοῦνον. εἰκὸς γάρ ἐστιν εἶναί φησι μίαν γέ τινα ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτέῳ ἓν ἐὸν, ὅ τί ἐστι.

Hippocratis verba fequamur: qui ne vaticinari quidem potuiffet, fore unquam medicum quempiam adeo imperitum et impudentem, ficut Afclepiades, ut vel ignoraret ea, quae funt in arte ita exigua, vel, fi calleret ea, negaret fe noviffe: quod (ut reor) in caufa fuit, cur noftra, dum horum impudentiam infectamur, longior, quam par fit, evadat oratio: Hippocratis vero brevis et concifa, utpote qui id, quod evidenter apparet, absque ulla probatione fcripferit, quum ne fufpicatus quidem unquam fit, ullum fore, qui haec ignoraturus aut etiam negaturus effet.

Cap. IV. Nam adverfus eos, qui autumant, hominem effe folum fanguinem, vel quodvis aliud, quod unum fit, illi hoc tantummodo dixiffe fatis fuit, ut nimirum cenferet, eos oftendere hominem, qui nec formam mutet, nec alioquin varietur, et tum in aliquo anni tempore vel aliqua fui aetate videatur ipfe unus folusque fanguis. Nam confentaneum rationi videtur (ait ipfe), ut aliquo faltem tempore id, quod in ipfo

πρὸς δὲ τῷ διττὰς μὲν χολὰς ἀναμεμίχθαι τῷ αἵματι διὰ παντὸς, ὠχρὰν καὶ μέλαιναν, ἐπ' αὐταῖς δὲ τρίτον τὸ φλέγμα, τὰ κατὰ φύσιν ἐν ταῖς ἡλικίαις τε καὶ ὥραις φαινόμενα διῆλθεν. ἢν γάρ τοι δῷης, φησὶν, ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἐμεῖταί σοι φλέγμα. καὶ ἢν δῷης φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμεῖταί σοι χολή. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτοῦ, φησὶ, τὶ τοῦ σώματος, ὥστε ἕλκος γενέσθαι, ῥυήσεται αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι, φησὶ, πάντα πάσῃ ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ, καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος. πρὸς δὲ τῷ ταῦτα εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ, τουτέστιν ἐκ τούτων ἅπαντα τὰ μόρια καὶ γεγονέναι καὶ τρέφεσθαι, τάδε φησί. πρῶτον μὲν φανερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑαυτῷ ταῦτα πάντα, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα δὲ γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος, τέθραπταί τε ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁπόσα φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι. ταῦτα πάντα, ἐάν τις ἐκποδὼν ποιήσηται τὴν Ἀσκληπιάδειον ἀναι-

unum eſt, repraeſentet. At deinde ut monſtraret, bilem duplicem ſanguini ſemper eſſe permixtam, flavam (inquam) et atram, et praeterea tertio loco pituitam, quae ex natura in aetatibus et temporibus videntur, explicavit. Si enim (inquit) homini medicinam pituitam purgantem exhibueris, ille tibi pituitam evomet: quod ſi medicamentum dederis, quod bilem ducat, vomitu bilis rejicietur: ſi particulam quampiam corporis ferias ita, ut vulnus infligatur, profluet ab eo ſanguis. Haec vero (ait) tibi evenient, quotiescunque id effeceris, nocte aut die, hyeme aut aeſtate. Deinde oſtenſurus, his ejus naturam conſtare, hoc eſt, quod ex his omnibus partes ipſius et procreatae ſint, et alantur, haec profert. Primum quidem homo ſemper, donec vixerit, videtur manifeſto habere in ſe ipſo haec omnia: ſed et ex homine, in quo ſunt haec, genitus eſt, et in homine, ubi ea ſunt omnia, quotquot ego affirmo et monſtro, nutritus eſt. Haec, quotiescunque voluerit quis e medio temeritatem Aſclepiadis auferre, ſatis ſunt ad mon-

σχυντίαν, ἱκανῶς ἀποδείκνυσι τὸ προκείμενον. εἰ γὰρ ἕκαστον τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἕλκει τινὰ χυμὸν, καὶ χρόνος οὐδείς ἐστιν, [30] ἐν ᾧ διδοὺς ὁτιοῦν αὐτῶν ἀποῤῥήσεις ἐκκενῶσαι τὸν οἰκεῖον χυμὸν, εὔδηλον, ὡς οὐδεὶς χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ μὴ μετέχει τῶν τεσσάρων χυμῶν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλὰ καὶ ἡ γένεσις ἐξ αἵματος ἦν αὐτῷ, τοῦ τῆς μητρὸς, οὐ καθαροῦ δήπουθεν ὄντος, ἀλλ' ἐπιμεμιγμένου φλέγματί τε καὶ διτταῖς χολαῖς. ἐδείχθη γὰρ ὁ ἅπας ἄνθρωπος ἐν παντὶ καιρῷ ταῦτα ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. εἰ τοίνυν καὶ γέγονεν ἐκ τούτων ὁ ἄνθρωπος καὶ τὴν αὔξησιν καὶ τὴν τροφὴν ἐκ τούτων ἔχει, ταῦτά ἐστιν ἡ φύσις αὐτῷ. τὰ μὲν κεφάλαια τοῦ λόγου ταῦτα. τῶν δὲ κατὰ μέρος εἰρημένων ἐν τῷ βιβλίῳ τινὰ μὲν περὶ τῆς κατά τε τὰς ἡλικίας καὶ τὰς ὥρας μεταβολῆς διδάσκει· τινὰ δὲ πίστιν οὐ σμικρὰν φέρει τοῦ τὸν οἰκεῖον χυμὸν ἕκαστον τῶν καθαιρόντων ἕλκειν καὶ τοῦ τὸν ἄνθρωπον ἁπάντων δεῖσθαι τῶν εἰρημένων χυμῶν. αὐτίκα γέ τοι τὰ κατὰ τὰς ὑπερ-

ſtrandum id, quod propoſitum eſt: quia, ſi unumquodque purgantium medicamentorum humorem quempiam attrahit, nec aliquo tempore illud dabis, quin proprium humorem evacuet, liquido jam conſtat, nullum fore tempus, quo homo expers ſit humorum quatuor. Ejus etiam ortus ex ſanguine materno fuit, non quidem puro, ſed cui eſſet tum pituita, tum duplex intermixta bilis; quum ſit oſtenſum, hominem quolibet tempore haec in ſe ipſo continere. Itaque, ſi et ex his homo genitus eſt, atque etiam ex his ſuum habet et alimentum et incrementum, haec ipſa illius quoque natura erunt. Porro haec ſunt hujus ſermonis capita. Sed eorum, quae particulatim in hoc libro dicuntur, nonnulla eo ſpectant, ut de transmutatione per aetates agant et anni tempora: alia vero fidem faciunt, nec eam exiguam, quod unumquodque purgantium medicamentorum humorem ſibi peculiarem attrahat, atque etiam, quod homo egeat quatuor his jam ſaepius dictis humoribus. Jam

καθάρσεις γινόμενα μάλιστα τὸν οἰκεῖον ἐνδείκνυται χυμὸν ἕκαστον τῶν φαρμάκων ἕλκειν. ὁπόταν γὰρ πίῃ τις φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέει, ἔπειτα δὲ φλέγμα, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τούτοις χολὴν ἐμέουσι μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρόν. τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσι, φησὶ, καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν φλέγμα αγόντων· πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν. ἡ μὲν οὖν ῥῆσις αὕτη. πρόδηλον δ' ἐξ αὐτῆς συλλογίσασθαι, διότι τὸν οἰκεῖον χυμὸν ἕκαστον ἐπισπᾶται τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. ὁπόταν γὰρ ἀσθενέστερον ἑαυτοῦ τὸ ζῶον ὑπάρχῃ, νενικημένον ὑπὸ φαρμάκου, ὡς πλησίον ἥκειν θανάτου, τότ' ἀφίσταται μὲν ἡ τοῦ προτέρου χυμοῦ κένωσις, διαδέχεται δ' αὐτὴν ἑτέρα. καίτοι δυοῖν θάτερον κατὰ τὸν Ἀσκληπιάδην ἐχρῆν ἢ μηδ' ὅλως ἐκκενοῦσθαι μηδένα χυμὸν, ἢ φέρεσθαι τὸν ἐξ ἀρχῆς διὰ παντός. ἀῤῥωστοῦντος μὲν οὖν

enim ea, quae, dum purgationis modum excedunt, fieri videmus, ostendunt, cur proprium humorem pharmacum quodlibet attrahat. Quotiescunque enim quis medicamentum hauserit, quod vim habeat bilem vacuandi, vomitu hujuscemodi humorem ejiciet, mox pituitam, postmodum bilem atram evomet et postremo sanguinem purum. Et hoc idem (ait ipse) patiuntur a medicamentis, quae pituitam evacuant: nam primum pituitam evomunt, postea bilem flavam, deinde atram, tandem vero purum sanguinem, ac inde intereunt. Haec quidem est ejus dictio, ex qua licet manifesto etiam inferre, quod unumquodque medicamentum, cui vis purgatoria inest, proprium attrahit humorem. Quum enim animal se ipso imbecillius factum fuerit, et a vi medicamenti omnino victum, ut jam mors instet, tunc prioris humoris evacuatio desinit, ipsamque alterius mox subsequitur. Atqui, si Asclepiadi assentiamur, ex duobus alterum necesse est, aut nullum praeterea humorem evacuari, aut eum ipsum, qui a principio fe-

ἤδη τοῦ δοθέντος φαρμάκου, μηδένα δρῶντος δὲ, ὃ πέφυκε δρᾷν, ἐκεῖνον μόνον ἐχρῆν φέρεσθαι διὰ παντὸς, ὃν ἐξ ἀρχῆς ἐκένου. οὐ γὰρ δή που πρότερον μὲν, ὅτε ἰσχυρὸν ἦν ἔτι τὸ σῶμα, καὶ συντήκειν αὐτὸ, καὶ μεταβάλλειν εἰς ὅπερ ἐπεφύκει, τὸ φάρμακον ἱκανὸν ἦν· ἐπεὶ δ' ἀσθενὲς ἐγένετο, νῦν οὐκέτι ταὐτὰ δρᾶσαι δυνήσεται. καὶ μὴν, ὅτι γε δρᾷ, πρόδηλον. ἐκκενοῦται γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐν τῷδε καὶ διαλύεται καὶ φθείρεται τὸ (59) σῶμα. πῶς οὖν οὐκέθ' ὅμοιος τῷ πρόσθεν ὁ κενούμενος χυμὸς φαίνεται; οὐκ ἄλλως πάντως, ἢ ὅτι πᾶς ἐκεῖνος ὀλίγου δεῖν ἐκκεκένωται τοῦ σώματος. ὥστ' οὐδὲ ζῆν ἔτι δυνατὸν ἔσται τῷ ζώῳ, τῶν στοιχείων τινὸς αὐτοῦ παντάπασιν ἀπολλυμένου, ἀλλὰ διαλύεσθαί τε καὶ φθείρεσθαι καὶ ῥεῖν ἐφεξῆς, ὅστις ἂν ἔτι τῶν ὑπολοίπων χυμῶν ἑτοιμότερος ᾖ κενοῦσθαι. διὰ τοῦτ' οὖν, εἴτε χολῆς μελαίνης, εἴτε φλέγματος ἀγωγὸν εἴη τὸ φάρμα-

rebatur: quia, medicamento quidem, quod jam exhibitum eſt, imbecilli facto, nullum; eo vero vigente, et proinde id agente, quod ex natura habet ut agat, illum ferri oportebat, quod purgari ſtatim ab initio coeperat. Nam ſi prius quidem, dum corpus eſſet adhuc robustius, poterat medicamentum colliquare, et transmutare illud in quod ſua fert natura: an non poterit hoc idem agere etiam nunc, poſteaquam imbecillius factum eſt? quod tamen agat, patet, quippe quum nihilominus in praeſenti evacuetur, diſſolvatur ac corrumpatur corpus. Unde igitur eſt hoc, quod humor, qui nunc evacuatur, non amplius priori ſimilis videtur? nulla ſane alia de cauſa, praeterquam quod univerſus propemodum humor ille e corpore detractus eſt, ut deinde neque incolume animal eſſe possit, utpote quod unum omnino ex ſuis amiſerit elementis, ſed diſſolvatur potius ac intereat; mox autem ex reliquis profluit humor ille, qui aptior eſt, ut evacuetur. Ob id igitur ſemper medicamentum, ſive atram bilem vim habeat attrahendi, ſive pituitam,

κον, ἐν ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς ἕπεται χυμὸς, ὡς ἂν θερμότατός τε καὶ λεπτότατος ὑπάρχων. εἰ δ' αὖ τῆς ξανθῆς χολῆς εἴη τὸ φάρμακον ἀγωγὸν, ἐφεξῆς μὲν τὸ φλέγμα κατὰ τὰς ὑπερκαθάρσεις, ἔπειθ' ἡ μέλαινα κενοῦται· βαρυτάτη γὰρ αὕτη, καὶ παχεῖα, καὶ δυσκίνητος. ὕστατον δὲ πάντων τὸ αἷμα, τῷ μάλιστα οἰκεῖον εἶναι τῇ φύσει.

Κεφ. ε'. [31] Διὸ καὶ ὅσοι τῶν ἰατρῶν τε καὶ φυσικῶν ἐξ αἵματος μόνου γίνεσθαι καὶ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀπεφήναντο, χρὴ καὶ τούτων ἐπαινεῖν τὴν γνώμην, ὡς εἰκότα γινωσκόντων. ἀλλ' Ἱπποκράτης φυσικώτερον ἔτι καὶ τούτων ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν θρέψιν εἶναί φησι τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἅμα μὲν, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, παμπόλλην ὁρῶν ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ποικιλίαν τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας οὐκ ἂν γιγνομένην, εἴπερ εἷς ἦν ὁ στοιχειώδης χυμός· ἔπειτα δὲ καὶ τὰς τῶν μορίων φύσεις, οὕτω πάμπολυ διαφερούσας,

quum evacuatio modum excedit, flavam bilem educit, quippe quae et tenuiſſima ſit et calidiſſima. Quod ſi medicamen ex his ſit, quae flavam bilem cient, poſt eam ſtatim in excedentibus purgationibus pituita conſequitur, deinde vero atra bilis, quod ea graviſſima ſit craſſaque et ad motum inepta: omnium autem ſanguis poſtremus; is enim naturae maxime affinis eſt.

Cap. V. Unde et eorum tam philoſophorum quam medicorum laudanda eſt ſententia, qui ſtatuerunt, animal ex ſolo ſanguine et gigni et nutriri: utpote quod conſentanea rationi pronunciaverint. Hippocrates tamen propius ad rerum naturam acceſſit, qui in ortum et alimentum incrementumque noſtrorum corporum quatuor retulit humores. Nam (ut prius dictum eſt) plurimam in his, qui bene valent, formae corporum conſpiciebat varietatem: quae alioquin, ſi unus tantum eſſet elementaris humor, nulla eſſet: et praeterea etiam particularum naturas adeo diverſas eſſe animad-

οὐκ εἰκὸς, οὔτ᾽ ἐκ μιᾶς οὐσίας γεγονέναι κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς, οὔτε μιᾶς ἔδει κεχρῆσθαι τροφῆς. ἅπαντα δὲ ταῦτα τὰ νῦν ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγόμενα διὰ βραχυτάτης ἐνεδείξατο ῥήσεως ὁ Ἱπποκράτης, ὧδί πως εἰπών· ὡς γὰρ τὰ σπειρόμενά τε καὶ φυόμενα, ὅταν εἰς τὴν γῆν εἰσέλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτοῦ ἐὸν ἐν τῇ γῇ, ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον· πρῶτον μὲν οὖν καὶ πλεῖστον τούτου εἵλκυσεν εἰς ἑαυτὸ, ὅ τι ἂν ᾖ αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα, ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τὰ ἄλλα· τοιοῦτο δή τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι. διὰ τούτου τοῦ λόγου καὶ περὶ θρέψεως καὶ κενώσεως τῆς ἐν ταῖς καθάρσεσιν ἀκριβῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν· ὅπερ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἀναγκαῖον ἔσταί μοι διελθεῖν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἤδη τὸ κεφάλαιον ὁρᾶν ὑπάρχει. φυσικὴ γάρ τίς ἐστι δύναμις ἑλκτικὴ τῶν οἰκείων ἑκάστῳ τῶν ὄντων· ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ

vertebat, ut minime videretur confentaneum, ipfas vel inter initia ftatim ex eadem fubftantia fuiffe procreatas, vel deinde unico ufas alimento. At Hippocrates haec omnia, quae ego modo expofui, ipfe breviffima oratione complexus eft, his nimirum verbis: Quemadmodum enim ftirpes et femina terrae mandata inde eorum unumquodque id, quod fuae naturae congruum et affine in ipfa reperitur, attrahunt (terrae autem ineft et acre, et dulce, et amaruleutum, et falfum, et cujuscunque alterius generis:) fed id plurimum ac primum trahunt, quod majorem habet cum fua natura affinitatem, mox vero et alia quoque: nec fecus etiam in corpore agunt medicamenta. Porro hoc fermone, quae ad nutritionem fpectant et evacuationem, quae fit, dum purgamur, exacte nos docuit; quae tamen opus erit ut nos fufius in noftris commentariis de naturalibus facultatibus explicemus. Verumenimvero non erit forfitan ab re, nunc quoque rem hanc fummatim exponere. Sane naturalis quaedam vis rei unicuique ineft ea attrahendi, quae fibi conveniunt,

τῇ ἡρακλείᾳ τοῦ σιδήρου. ταύτῃ τε οὖν καὶ τοιαύτῃ τῇ δυνάμει καὶ τὰ τῶν θρέψεων καὶ τὰ τῶν καθάρσεων ἐπιτελεῖται, ἑλκούσῃ μὲν ἀεὶ τὸ οἰκεῖον, ὅταν ᾖ δαψιλὲς, ἅμα δ' αὐτῷ πολλάκις ἐπισπωμένῃ καὶ τὸ μὴ τοιοῦτο, οἷόν τι κἀν τοῖς καθαίρουσιν ὑπάρχει φαρμάκοις. ὁπότ' ἂν γὰρ ἅπαν ἐκκενώσῃ τὸ ἐπιπολάζον ἢ χολῆς ἢ φλέγματος, (οὕτω δὲ καλῶ τὸ περιεχόμενον ἐν ταῖς φλεψὶν) ἐξ αὐτῶν ἕλκει λοιπὸν τῶν στερεῶν σωμάτων τὴν οἰκείαν ἰκμάδα βίᾳ καὶ μόγις, ἀναλύοντά τε καὶ οἷον ἀναστοιχειοῦντα καὶ φθείροντα τὸ ζῶον. ἐν δὲ τῷ σφοδρῷ τῆς ὁλκῆς συνέπεταί τις τῶν ἄλλων χυμῶν, ὃς ἂν ἐφεξῆς ὑπάρχῃ τῇ φύσει τῷ βιαίως ἑλκομένῳ.

ficuti in magnete vis eft attrahendi ferrum. Atque per hanc facultatem cum nutritiones, tum evacuationes fiunt, ipfa quidem femper id, quod convenit, attrahente, fi illius copia fuppetat, nonnunquam tamen cum hoc aliquid ejus, quod illi non convenit: quod etiam purgantibus medicinis evenit. Quippe quae, ubi univerfum id bilis aut pituitae, quod in corpore fluitat, (fic enim dixerim de his, quae in venis continentur) attraxerint, ipfum peculiarem folidarum humorem partium vi et labore attrahunt, eas quafi diffolventes et ad elementa deducentes, et animal internecioni tradentes. Violentiam vero illius attractionis alius quispiam humor confequitur illi affinis, qui primum vi attrahebatur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ed. Chart. III. [32.] Ed. Baſ. I. (59.)

Κεφ. α'. Ὅτι μὲν οὖν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ τὰ μὲν ζώων σώματα κέκραται, καὶ ὡς οὐκ ἴση πάντων ἐστὶν ἐν τῇ κράσει μοῖρα, παλαιοῖς ἀνδράσιν ἱκανῶς ἀποδέδεικται, φιλοσόφων τε καὶ ἰατρῶν τοῖς ἀρίστοις· εἴρηται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ εἰκότα δι' ἑτέρου γράμματος, ἐν ᾧ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐσκοπούμεθα. νυνὶ δὲ, ὅπερ ἐστὶν ἐφεξῆς ἐκείνῳ, τῶν κράσεων ἁπάσας ἐξευρεῖν τὰς διαφορὰς, ὁπόσαι τέ εἰσι καὶ ὁποῖαι, κατ' εἴδη τε καὶ γένη διαιρούμενος, ἐν τῷδε

GALENI DE TEMPERAMENTIS LIBER PRIMVS.

Cap. I. Animalium quidem corpora ex calidi, frigidi, ſicci et humidi mixtione temperata eſſe, neque aequalem omnium in temperamento ineſſe portionem, ab antiquis viris demonſtratum eſt, tum philoſophorum, tum medicorum praeſtantiſſimis. Dictum autem eſt etiam a nobis de iis quae probabilia videbantur alio opere, in quo de elementis ex Hippocrate ſpeculationem egimus. Hoc autem in opere, quod illi ordine ſuccedit, omnes invenire temperamentorum differentias, quot hae qualesque ſint, per genera et ſpe-

τῷ γράμματι δίειμι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐξηγήσεως ποιησάμενος. ἐπειδὰν μὲν γὰρ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κεκρᾶσθαι λέγωσι τὰ σώματα, τῶν ἄκρως τοιούτων ἀκούειν φασὶ χρῆναι, τοῦτ᾽ ἔστι τῶν στοιχείων αὐτῶν, ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς. ἐπειδὰν δὲ ζῶον, ἢ φυτὸν, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, οὐκέθ᾽ ὡσαύτως. οὐδὲ γὰρ δύνασθαι ζῶον οὐδὲν οὔτ᾽ ἄκρως θερμὸν ὑπάρχειν, ὡς πῦρ, οὔτ᾽ ἄκρως ὑγρὸν, ὡς ὕδωρ· ὡσαύτως δὲ οὐδὲ ψυχρὸν ἢ ξηρὸν ἐσχάτως· ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος ἐν τῇ κράσει γίνεσθαι τὰς προσηγορίας, ὑγρὸν μὲν καλούντων ἡμῶν, ἐν ᾧ πλείονος ὑγρότητός ἐστι μοῖρα, ξηρὸν δὲ, ἐν ᾧ ξηρότητος· οὕτω δὲ καὶ θερμὸν μὲν, ἐν ᾧ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ πλεονεκτεῖ, ψυχρὸν δὲ, ἐν ᾧ τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ. αὕτη μὲν τῶν ὀνομάτων χρῆσις.

Κεφ. β΄. [33] Ὥρα δ᾽ ἂν εἴη λέγειν ἤδη καὶ περὶ τῶν κράσεων αὐτῶν. ἡ μὲν δὴ πλείστη δόξα τῶν ἐπιφανεστάτων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ὑγρὰν εἶναι καὶ θερ-

cies dividendo profequor, ab ipfa nominum explicatione exordium ducturus. Quum namque ex calidi, frigidi, ficci et humidi mixtione conftituta effe dicunt corpora, de iis in fummo gradu fic fefe habentibus, hoc eft ipfis elementis, aëre, igne, aqua et terra, intelligendum proferunt: quum vero animal aut ftirpem vel calidam, vel frigidam, vel ficcam, vel humidam effe, non item. Neque enim poffe animal ullum fumme calidum exiftere, ut ignis eft; neque fumme humidum, ut aqua; eodemque modo neque frigidum vel ficcum in fummo; fed ab eo, quod in mixtione exuperat, fieri appellationes, quum humidum quidem vocemus nos, in quo uberioris humiditatis eft portio; ficcum vero, in quo ficcitatis; ita vero et calidum, in quo calidum frigido praevalet; frigidum vero, in quo frigidum calido. Is certe nominum ufus eft.

Cap. II. Jam vero tempus idoneum fuerit de ipfis temperamentis differere. Maxima profecto fuit illuftriffimorum tum medicorum, tum philofophorum opinio,

Ed. Chart. III. [33.] Ed. Baf. I. (59.)

μὴν κρᾶσιν, ἑτέραν τῆς ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς, καὶ τρίτην ἐπὶ ταύταις τὴν ξηρὰν καὶ ψυχρὰν, ἑτέραν τῆς ξηρᾶς τε ἅμα καὶ θερμῆς. ἔνιοι δ᾽ ἐξ αὐτῶν ὑγρὰν μέν τινα καὶ ψυχρὰν ἅμα κρᾶσιν ὑπάρχειν φασὶ, θερμὴν ἅμα καὶ ξηρὰν ἑτέραν· οὐ μὴν οὔτε τὴν ὑγρὰν ἅμα καὶ θερμὴν, οὔτε τὴν ψυχρὰν ἅμα καὶ ξηράν. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν οὔθ᾽ ὑγρότητα πλεονεκτούσῃ θερμότητι συνδραμεῖν, οὔτε ξηρότητα ψυχρότητι. δαπανᾶσθαί μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ κρατοῦντος τὴν ὑγρότητα, καὶ οὕτως θερμὸν ἅμα καὶ ξηρὸν γίνεσθαι τὸ σῶμα, μένειν δὲ ἄπεπτόν τε καὶ ἀκατέργαστον, ἐν οἷς ἂν σώμασιν ἀῤῥωστῇ τὸ θερμὸν, ὥστ᾽ ἀναγκαῖον εἶναι, θερμότητος μὲν ἐπικρατούσης, ἕπεσθαι ξηρότητα, ψυχρότητος δὲ πλεονεκτούσης, ἀκολουθεῖν ὑγρότητα. οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τάδε πεπείκασι σφᾶς αὐτοὺς, ὡς δύο εἰσὶ πᾶσαι τῶν κράσεων αἱ διαφοραί. ὅσοι δὲ τέτταρας εἶναι νομίζουσι, διχῶς τούτοις ἀντιλέγουσιν· ἔνιοι μὲν εὐθὺς τὸ πρῶτον ἀξίωμα μὴ συγχωροῦντες, ὡς ἐξικμάζεσθαι τὴν ὑγρότητα

humidum et calidum temperamentum ab humido et frigido diverſum eſſe; ac tertium ab his ſiccum et frigidum, a ſicco ſimul et calido diverſum. Nonnulli tamen eorum humidum quoddam ac frigidum ſimul temperamentum eſſe affirmant, atque etiam alterum calidum ſimulque ſiccum. Non tamen humidum ſimul et calidum, neque frigidum ſimul et ſiccum temperamentum eſſe. Neque enim poſſe et humiditatem cum abundante calore concurrere, neque cum frigiditate ſiccitatem; quippe abſumi a calido ſuperante humiditatem, et ita calidum ſimul et ſiccum fieri corpus; humiditatem vero corporum, in quibus imbecillus calor eſt, incoctam imperfectamque manere; ut neceſſarium ſit, calido vincente, ſequi ſiccitatem; frigido ſuperante, humiditatem. At ii quidem hisce rationibus ducti ſibi ipſis duas omnino eſſe temperamentorum differentias perſuaſerunt. Qui vero eas quatuor eſſe autumant, biſariam his contradicunt. Nonnulli quidem ſtatim primum axioma, quod neceſſe ſit humidum

Ed. Chart. III. [33.] Ed. Baf. I. (59. 60.)

πρὸς τοῦ θερμοῦ κρατοῦντος ἀναγκαῖόν ἐστιν· ἔνιοι δὲ τοῦτο μὲν συγχωροῦσιν, ἀμφισβητοῦσι δὲ ἑτέρως. οἱ μὲν δὴ πρῶτοι τοῦ θερμοῦ μὲν ἔργον εἶναί φασι τὸ θερμαίνειν, ὥσπερ καὶ τοῦ ψυχροῦ τὸ ψύχειν, τοῦ ξηροῦ δ᾽ αὖ τὸ ξηραίνειν, ὥσπερ καὶ τοῦ ὑγροῦ τὸ ὑγραίνειν. καὶ διὰ τοῦτο, ὅσα μὲν σώματα θερμὰ τὴν φύσιν ἐστὶν ἅμα καὶ ξηρὰ, καθάπερ τὸ πῦρ, ᾗ μὲν θερμὰ, θερμαίνει, ᾗ δὲ ξηρὰ, ξηραίνει. ὅσα δ᾽ ὑγρὰ καὶ θερμὰ, καθάπερ ὕδωρ θερμὸν, ὑγραίνειν ταῦτα καὶ θερμαίνειν πέφυκεν ἀεὶ, ἓν ἑκατέρας κἀνταῦθα ποιότητος ἔργον ἐχούσης ἀχώριστον. οὐκ οὖν συγχωροῦσιν, εἴ τι θερμαῖνόν ἐστιν, εὐθὺς τοῦτο καὶ ξηραίνειν· (60) ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὑγρότης προσείη τῇ θερμότητι, θερμαίνειν ἅμα καὶ ὑγραίνειν, ὥσπερ τὰ λουτρὰ τῶν γλυκέων ὑδάτων· εἰ δ᾽, ὥσπερ θερμὸν, οὕτω καὶ ξηρὸν εἴη, καθάπερ τὸ πῦρ, οὐ θερμαίνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ξηραίνειν εὐθὺς, οὐκ ἐκ τῆς θερμότητος τοῦτο λαβὸν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς συνούσης αὐτῇ ξηρότητος. ὑπομιμνήσκουσι δ᾽ ἐνταῦθα τῶν ἐν ἡλίῳ θερινῷ διατριψάντων ἐπιπλέον, εἶθ᾽, ὡς εἰκὸς,

a calido fuperante abfumi, non concedunt. Quidam contra id quidem concedunt, fed alia ratione disceptant. Ac priores quidem calidi munus effe calefacere affeverant; ut et frigidi refrigerare; ficci rurfum ficcare; quemadmodum et humidi humectare: ac proinde, quaecunque corpora calida fimulque ficca natura funt, ut ignis, ea, quatenus calida, calefaciunt, quatenus ficca, ficcant. At quae humida et calida, ut aqua, haec humectare et calefacere ex natura folent perpetuo, utraque qualitate hic quoque unum haud feparabile opus obtinente. Non igitur concedunt, fi quid calefaciat, idem protinus et ficcare; imo fi calori humor copuletur, calefacere fimul et humectare, quemadmodum balnea dulcium aquarum. At fi, ut calidum, ita et ficcum fit, veluti ignis, non folum id calefacere, fed et ficcare protinus; non a calore id acceptum, fed a conjuncta ipfi ficcitate. Commemorant autem hic fub aeftivo fole diutius commoratos,

αὐανθέντων, ὅλον τε τὸ σῶμα καὶ ξηρὸν καὶ αὐχμηρὸν ἐχόντων, καὶ διψώντων οὐκ ἀνεκτῶς. ἴασιν γὰρ αὐτοῖς εἶναί φασιν ἑτοίμην τε καὶ ῥάστην, οὐκ εἰ πίοιεν μόνον, ἀλλὰ εἰ καὶ λούσαιντο θερμοῖς ὕδασι καὶ γλυκέσιν, ὡς τῆς ὑγρότητος, εἴτε μετὰ ψυχρότητος, εἴτε μετὰ θερμότητος εἴη, τὸ ἑαυτῆς δρᾷν δυναμένης, ὑγραίνειν γὰρ τὰ πλησιάζοντα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον φασὶ καὶ τὴν ξηρότητα ξηραίνειν ἀεί. τὸν γοῦν βοῤῥᾶν, ξηρὸν καὶ ψυχρὸν ἄνεμον τυγχάνοντα, ξηραίνειν ἅπαντα καὶ ψύχειν. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πρὸς Ὁμήρου λεγόμενον,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
Αἶψα ξηραίνει.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν τοῦ μήκωνος ὀπὸν καὶ ἄλλα μυρία φάρμακα ξηραίνειν ἅμα καὶ ψύχειν. ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον, οὔτ', εἴ τι ψυχρὸν, εὐθὺς τοῦτο καὶ ὑγρὸν ὑπάρχειν, οὔτ', εἴ τι θερμὸν, εὐθὺς καὶ ξηρόν· οὔκουν

etiam, ut confentaneum eft, arefactos, quique univerfum corpus ficcum fqualidumque habent, nec toleranter fitiunt. Remedium enim his expeditum et facillimum dicunt, non fi biberint duntaxat, fed etiam fi calidis et dulcibus aquis fefe proluerint, ac fi humor, five cum frigore, five cum calore fuerit, fuum munus obire valeat, quippe humectare ea, quae huic proxima fint: eadem vero ratione et ficcitatem femper ficcare. Boream enim, qui ficcus et frigidus ventus eft, omnia ficcare ac refrigerare; idque dici ab Homero,

Ut vero humentem deficcat protinus agrum
Autumni Boreas.

Pari modo et papaveris fuccum aliaque innumera medicamenta ficcare fimul et refrigerare: proindeque non effe neceffarium, fi quid frigidum eft, idem protinus et humidum effe, neque, fi quid calidum, idem ftatim et ficcum. Neque igitur calidum temperamentum ne-

οὐδὲ τὴν θερμὴν κρᾶσιν ἐξ ἀνάγκης εἶναι καὶ ξηρὰν, ἀλλὰ δύνασθαί ποτε τὸ μὲν θερμὸν τοῦ ψυχροῦ πλεονεκτεῖν ἐν τῇ κράσει τοῦ ζώου, τὸ δ' [34] ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν ἀλλοίωσιν, καὶ τὴν μεταβολὴν ἐκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία γίνεσθαι. τίς γὰρ οὖν εἰπὼν, ὅτι τὸ λευκὸν ἠλλοιώθη τε καὶ μετέβαλεν, ἐγένετο γὰρ θερμὸν, οὐκ ἂν εἴη καταγέλαστος; ἐπιζητεῖ γὰρ ὁ λόγος, οὐ τὴν κατὰ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ἀντίθεσιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ χρῶμα μεταβολήν· μεταβάλλει γὰρ τὸ μὲν λευκὸν εἰς τὸ μέλαν, ὥσπερ καὶ τὸ μέλαν εἰς τὸ λευκὸν, καὶ τὸ θερμὸν αὖ εἰς τὸ ψυχρὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ψυχρὸν εἰς τὸ θερμόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν εἰς τὸ ξηρὸν, τὸ δ' αὖ ξηρὸν εἰς τὸ ὑγρόν. εἰ γὰρ δὴ φάσκει τις ἠλλοιῶσθαι τὸ σῶμα τῷ τέως ὑγρὸν ὑπάρχον εἶναι νῦν λευκὸν, ἢ τῷ τέως ξηρὸν ὂν τὸ νῦν φαίνεσθαι μέλαν, οὐκ ἂν ὑγιαίνειν δόξειεν. εἰ δέ γε τὸ τέως ὑγρὸν τὸ νῦν ξηρὸν φαίη γενέσθαι, ἢ τὸ πρότερον ὑπάρχον μέλαν νῦν εἶναι λευκὸν, ἢ

ceſſario eſſe ſiccum: imo poſſe aliquando in animalis temperamento calidum quidem plus valere, quam frigidum, et humidum, quam ſiccum. Quin et tum generationem, tum alterationem, tum mutationem ex contrariis in contraria fieri. Quis enim, ſi dixerit, album alteratum mutatumque eſſe, quod factum ſit calidum, non ſit ridiculus? Poſtulat enim ea ratio non eam, quae eſt in calido et frigido, oppoſitionem; ſed, quae eſt in colore, mutationem. Mutatur enim, quod album eſt, in nigrum; ut et, quod nigrum eſt, in album. Rurſus, quod calidum eſt, in frigidum; ut et, quod frigidum eſt, in calidum. Sic autem et, quod humidum eſt, in ſiccum; et rurſus quod ſiccum eſt, in humidum. Si quis enim dicat, alteratum corpus eſſe, quod, quum prius eſſet humidum, nunc ſit album, vel, quum prius eſſet ſiccum, nunc appareat nigrum, non ſanae eſſe mentis cenſebitur. Sin, quod prius erat humidum, nunc factum eſſe ſiccum; aut, quod prius erat nigrum, nunc eſſe album; aut etiam ex calido frigidum, aut

ἐκ θερμοῦ ψυχρὸν, ἢ ἐκ ψυχροῦ θερμὸν γεγονέναι, σωφρονεῖν ἂν δόξειεν ὁ τοιοῦτος, καὶ λέγειν τὰ εἰκότα. τὸ γὰρ μεταβάλλον, ᾗ μεταβάλλει, ταύτῃ μεταχωρεῖν δεῖ πρὸς τοὐναντίον. ἐγένετο γοῦν ἢ γίγνεται μουσικὸς ὅδε, φαμὲν, ἐξ οὐ μουσικοῦ δηλονότι, καὶ γραμματικὸς ἐξ οὐ γραμματικοῦ, καὶ ῥητορικὸς ἐξ οὐ ῥητορικοῦ· τὸ δ᾽ ἐκ μουσικοῦ γραμματικὸν, ἢ ἐκ γραμματικοῦ μουσικὸν, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς τῶν ἑτερογενῶν γίνεσθαί τι λέγειν ἄτοπον. ἐγχωρεῖ γὰρ τὸν τέως γραμματικὸν νῦν μουσικὸν γεγονέναι, προσκτησάμενον τῇ γραμματικῇ τὴν μουσικὴν, οὐκ ἀποβαλόντα τὴν γραμματικήν. καὶ μὴν εἰ προσεκτήσατό τι, μένοντος τοῦ προτέρου, παντί που δῆλον, ὡς οὐκ ἠλλοιώθη κατὰ τὸ μένον. ὥστ᾽ οὐκ ἐκ γραμματικοῦ μουσικὸς ἐγένετο· καὶ γὰρ καὶ νῦν ἔτι γραμματικός ἐστιν· ἀλλ᾽ ἐξ ἀμούσου μουσικός· οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἐγχωρεῖ μένειν αὐτὸν ἄμουσον, μουσικόν γε ἤδη γεγονότα. πασῶν γοῦν τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τῶν ἐναντίων τε κἀκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία γιγνομένων, δηλονότι καὶ τὸ ὑγρὸν,

ex frigido calidum effectum esse, utique sapere et convenientia dicere censeatur. Quod enim mutatur, quatenus mutatur, eatenus cedere in contrarium debet: siquidem factus est hic aut fit musicus ex non musico, dicimus; et grammaticus ex non grammatico; et rhetor ex non rhetore: ex musico vero grammaticum, aut ex grammatico musicum, aut ex alio, quod diversi sit generis, fieri aliquid dicere sane est absurdum: fors namque fert, qui prius erat grammaticus, eum nunc musicum factum esse, et musicam grammaticae adjecisse, nec grammaticam abjecisse: atqui, si quid acquisivit, priore etiam manente, cuique patet, non esse alteratum in eo, quod manet. Itaque non ex grammatico factus est musicus, etenim nunc etiam grammaticus est, sed ex non musico musicus: non enim fieri potest, ipsum, qui jam musicus est factus, etiam non musicum manere. Quum igitur omnes mutationes et a contrariis et ex contrariis fiant in contraria, manifestum

εἰ μεταβάλλει ποτὲ, καθ᾽ ὅσον ὑγρὸν, αὐτό τε ξηρανθήσεται καὶ τὸ ξηραῖνον αὐτὸ ξηρὸν λεχθήσεται. μὴ τοίνυν λεγόντων, φασὶν, ὡς θερμὴν ἅμα καὶ ὑγρὰν κρᾶσιν οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι. θερμὴν μὲν γὰρ ἅμα καὶ ψυχρὰν εἶναι τὴν αὐτὴν, ἢ ὑγρὰν ἅμα καὶ ξηρὰν οὐκ ἐγχωρεῖ· συνυπάρχειν γὰρ ἀλλήλαις οὐχ οἷόν τε καθ᾽ ἓν καὶ ταὐτὸ σῶμα τὰς ἐναντίας ποιότητας· ἅμα δ᾽ ὑγρόν τι καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν εἶναι δυνατὸν, ὥς ὅ τε λόγος ἀπέδειξε καὶ τὰ σμικρῷ πρόσθεν εἰρημένα παραδείγματα. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τῶν προτέρων λόγος. ὁ δὲ τῶν δευτέρων οὐδὲν ἄτοπον εἶναί φησιν, ὑποκειμένου τοῦ θερμοῦ δραστικωτάτου τῶν τεττάρων, ὡς μὴ μόνον εἰς τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ὑγρὸν ἐνεργεῖν, εἶναι κρᾶσιν ὑγρὰν καὶ θερμὴν, ὅταν ἐς ταὐτὸ ἅμα συνέλθῃ πλῆθος ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦ ζώου. ὁ δὲ λόγος ἐκείνων οὐχ, ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο καθ᾽ ἓν

est, etiam humidum, si, quatenus humidum est, aliquando mutetur, tum ipsum siccatum iri, tum, quod id siccet, siccum dicendum esse. Desinant igitur, inquiunt, dicere, non posse calidum simul et humidum temperamentum esse. Quippe calidum simul et frigidum esse idem temperamentum, aut humidum simul et siccum non potest, quum fieri nequeat, ut in uno et eodem corpore contrariae qualitates una consistant: humidum vero simul et calidum, praeterea frigidum simul et siccum profecto in eodem consistere possunt: sicuti tum ratio ipsa demonstravit, tum quae paulo supra proposita sunt exempla. Ac talis quidem est prioris propositarum partium oratio. Altera pars, negat absurdum esse, etiam si calidum efficacissimum e quatuor sit ita, ut non in frigidum modo, sed etiam in humidum agere possit, esse tamen temperamentum, quod calidum sit et humidum: utique quum in primo statim animantis ortu humoris simul calorisque copia in idem coëant. Ratio vero horum non declarat, quod nequeat aliquando in eodem corpore humidi plus esse,

καὶ ταὐτὸ σῶμα τὸ μὲν ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ πλέον, τὸ δὲ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, δείκνυσιν, ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἂν διαμείναι τοιοῦτο ἄχρι παντός· ἀεὶ γὰρ ἐξικμαζόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ χρόνῳ ξηρὸν ἀποδείξει τὸ σῶμα· καὶ οὕτως οὐκ ἂν ἔτι θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλὰ θερμὸν εἴη καὶ ξηρόν· αὐτὸ δ᾽ οὖν πάλιν τοῦτο, τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρὸν ἔσται καὶ ψυχρόν. ἐπειδὰν γὰρ ἐκβοσκήσηται τὴν ἰκμάδα πᾶσαν αὐτοῦ τὸ θερμὸν, ἄρχεται τοὐντεῦθεν ἤδη, φασὶ, καὶ αὐτὸ μαραίνεσθαι, μηκέτ᾽ εὐποροῦν τροφῆς, ὅθεν ἐξήπτετο. [35] θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν εἶναι νομίζουσι, καὶ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦ ζώου συνδραμεῖν εἰς ταὐτὸ ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ πλέον, ἢ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. δυνατὸν δὲ κἂν τῷ χρόνῳ προϊόντι γίνεσθαι τὴν τέως θερμὴν καὶ ὑγρὰν κρᾶσιν αὖθις θερμὴν καὶ ξηρὰν, ὥσπερ γε καὶ αὖθις πάλιν τὴν ξηρὰν καὶ θερμὴν, ἀποσβεννυμένου τοῦ θερμοῦ, ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἀποτελεσθῆναι. ὅτι μὲν οὖν ἐγχωρεῖ καὶ θερμὴν ἅμα καὶ ὑγρὰν εἶναί τινα, καὶ ψυχρὰν

quam ficci, et calidi, quam frigidi; fed quod fub ejusmodi ftatu durare perpetuo non poffit: quod enim femper a calido humidum exiccatur, id eo tempore ficcum corpus demonftrat: atque ita non amplius calidum et humidum, fed calidum ficcumque effe: jam hoc ipfum, quod calidum et ficcum eft redditum, procedente tempore, frigidum ficcumque fore. Quum enim omnem ejusmodi corporis humorem calor abfumpfit, ipfe quoque, inquiunt, marcefcere inde incipit, deftitutus fcilicet alimento, quod ipfum accenderat. Non igitur mirum effe putant, tum inter initia ftatim, ut gignitur animal, convenire in idem aut humidum plus ficco, aut calidum plus frigido; tum temporis proceffu, quod prius erat calidum et humidum temperamentum, poftea poffe calidum effe et ficcum: aeque ut poftea, quae ficca erat calidaque temperies, ab extincto calore frigidam ficcamque evadere. Ergo effe quidem aliquod temperamentum, quod calidum fit

καὶ ξηρὰν ἑτέραν τῆσδε κρᾶσιν, ἐκ τούτων ἀποδεικνύουσιν. ὅτι δὲ πλείους τῶν τεττάρων διαφορὰς κράσεων ἀδύνατον ὑπάρχειν, ἐκ τῶνδε πειρῶνται διδάσκειν. ὑποκειμένων γὰρ, φασὶ, τεττάρων ποιοτήτων, εἰς ἀλλήλας τε τὸ δρᾷν καὶ πάσχειν ἐχουσῶν, θερμότητός τε καὶ ψυχρότητος, καὶ ξηρότητος καὶ ὑγρότητος, ἀντιθέσεις γίνεσθαι δύο, τὴν μὲν ἑτέραν, ἐν ᾗ τὸ θερμὸν ἀντίκειται τῷ ψυχρῷ, τὴν δ᾽ ἑτέραν, ἐν ᾗ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ, καὶ διὰ τοῦτο τέτταρας ἀποτελεῖσθαι τὰς πάσας συζυγίας. ἓξ μὲν γὰρ γίνεσθαι τῶν τεττάρων ἀλλήλαις ἐπιπλεκομένων τὰς συζεύξεις, ἀλλὰ τὰς δύο τούτων ἀδυνάτους ὑπάρχειν. οὔτε γὰρ ὑγρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, οὔτε ψυχρὸν ἅμα καὶ θερμὸν δύναται γενέσθαι σῶμα. λείπεται γοῦν τέτταρας εἶναι συζυγίας κράσεων, ὑγρὰς μὲν δύο, ξηρὰς δὲ δύο, θερμότητι καὶ ψυχρότητι διῃρημένας. ἃ μὲν οὖν οἱ χαριέστατοι τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων εἰρήκασι, ταῦτά ἐστιν. ἃ δ᾽ ἐγὼ παραλιπεῖν αὐτοὺς νομίζω, λέγειν ἤδη καιρός.

ſimul et humidum; ac rurſus aliud, quod frigidum ſit et ſiccum, ex iſtis confirmant. Non poſſe autem temperamentorum differentias plures eſſe quam quatuor, ex his docere conantur. Quum enim quatuor ſtatuantur qualitates, quae in ſe agere invicem patique poſſint, calor, frigus, ſiccitas et humor, oppoſitiones exiſtere duas; alteram, in qua calidum adverſatur frigido; alteram, in qua humidum pugnat cum ſicco: ob idque quatuor omnino effici conjugationes; ſex enim fieri ex quatuor inter ſe copulatis conjugia, verum duo ſubſiſtere non poſſe, neque enim humidum ſimul et ſiccum, nec ſimul calidum et frigidum poteſt fieri corpus: reliquas igitur eſſe quatuor temperamentorum conjugationes, duas humidas et duas ſiccas, atque has calore frigoreque diviſas. Haec ſunt, quae elegantiſſimi eorum, qui ante nos fuere, tum medicorum, tum philoſophorum, de his dixere. Quae vero mihi praetermiſiſſe videntur, nunc adjicienda reor.

Κεφ. γ'. Ἓν μὲν δὴ καὶ πρῶτον, ὅτι τὴν εὔκρατον φύσιν, ὥσπερ οὐκ ἀρετῇ τε ἅμα καὶ δυνάμει προὔχουσαν, ἐπελάθοντό τε καὶ τελέως παρέλιπον, ὥσπερ μηδ' ὅλως οὖσαν, καίτοι μηδὲ φθέγξασθαί τι χωρὶς ἐκείνης ὑπὲρ τῶν ἄλλων δυνάμενοι. τὸ γοῦν ἐν τῇ θερμῇ κράσει πλεονεκτεῖν τὸ θερμὸν, ἢ ἐν τῇ ψυχρᾷ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἐπινοῆσαι δυνατὸν ἄνευ τοῦ πρότερον ἐπιθέσθαι τὴν εὔκρατον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν εἰς ἄλλο τι βλέποντες ἐξευρίσκουσιν, ἢ τὴν εὔκρατον ἐκείνην φύσιν· τὸ μὲν θερμότερον τοῦ δέοντος σῶμα κελεύοντες ἐμψύχειν, τὸ δ' αὖ ψυχρότερον θερμαίνειν· ὡσαύτως τὸ μὲν ὑγρότερον (61) ξηραίνειν, τὸ δὲ ξηρότερον ὑγραίνειν, ἀντεισάγοντες ἀεὶ δηλονότι τῷ πλεονάζοντι τὸ λεῖπον, ὡς εὔκρατόν τινα καὶ μέσην ἐργάσασθαι κατάστασιν. ἣν οὖν ἀεὶ μεταδιώκουσιν, καὶ πρὸς ἣν ἀποβλέποντες ἐπανορθοῦνται τὰς δυσκράτους, ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἁπασῶν πρῶτον λέγεσθαι πρὸς αὐτῶν. οἱ δ' ἄρα τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ μεμνῆσθαι ταύτης, ὥσθ'

Cap. III. Unum igitur et primum id eft, quod temperatam naturam, quae tamen non virtute modo, fed etiam viribus reliquis praeftat, non adverterunt, imo, tanquam nulla fit, prorfus omiferunt; quanquam ne loqui quidem de reliquis aliquid fine hac potuerunt. Quippe quod vel in calida temperie calidum praevaleat frigido, vel in frigida temperie frigidum praeftet calido, id ne intellexiffe quidem eft, nifi prius ponatur eucratos, i. e. temperata: neque enim alio quam ad hanc temperatam naturam funt intenti, quum fanitatis tuendae victum inveftigant, calidius jufto corpus jubentes refrigerare, vel frigidius calefacere, vel rurfus humidius ficcare, vel ficcius humectare; fcilicet quo temperatum quemdam mediocremque ftatum efficiant, id, quod minus eft, ei, quod exuperat, femper aequantes. Ergo quem affidue fectantur, et quo femper refpicientes intemperatos ftatus corrigunt, hunc ego quidem primum omnium ftatum cenfuerim ab ipfis dici. Hi vero tantum abeft ut ejus vel meminerint,

ὅλως παραλείπουσιν αὐτήν. ἀλλ' οὐ παραλέλειπται, φασὶν ἐξ αὐτῶν ἔνιοι, ἐν γὰρ τῇ θερμῇ καὶ ὑγρᾷ περιέχεται. καὶ πῶς οὐχὶ πέντε λέγετε τὰς πάσας εἶναι κράσεις, ἀλλὰ τέτταρας, εἴπερ τῆς ἀρίστης μέμνησθε; δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ τῶν δυσκράτων ἀνάγκη παραλελεῖφθαι μίαν, ἢ τὴν εὔκρατον. ἐγὼ μὲν δὴ σαφῶς οἶδα τὴν εὔκρατον αὐτοὺς παραλιπόντας, ἐξ ὧν ἀξιοῦσιν. ἐπειδὰν γὰρ θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ ψυχρὰν καὶ ὑγρὰν, ἤ τινα ἄλλην λέγωσι κρᾶσιν, οὐ τῶν ἄκρων ἀκούειν ἡμᾶς χρῆναι ποιοτήτων, ἀλλὰ κατὰ τὴν πλεονεκτοῦσαν ἀεὶ γίνεσθαι προσηγορίαν. εἰ δ' οὐ βούλονται τὴν εὔκρατον παραλελεῖφθαι, τῶν ἄλλων [36] τινὰ δειχθήσονται παραλιπόντες. ἔστω γὰρ εὔκρατον εἶναι τὴν ὑγρὰν καὶ θερμὴν, ὥσπερ αὐτοὶ βούλονται. παραλελοίπασιν ἄρα σαφῶς τὴν ἀντικειμένην τῇ ψυχρᾷ καὶ ξηρᾷ δυσκρασίᾳ, ἐν ᾗ τὸ ὑγρὸν πλεονεκτεῖ καὶ τὸ θερμόν. ἀλλ' αὐτὴ, φασὶν, ἐστὶν ἥδε. καὶ πῶς ἐνδέχεται καὶ πλεονεκτεῖν ἅμα τὸ θερμὸν καὶ μὴ

ut etiam totum practereant. At non praeterimus, inquiunt ex his aliqui; in calido enim et humido comprehenditur. Et quomodo non quinque elfe in totum temperamenta dixiftis, fed quatuor, fi modo optimum non omififtis? quippe duorum alterum, aut ex intemperatis ftatibus necelfe eft unum elfe omiffum, aut ipfum temperatum. Atque ego quidem ex iis, quae ftatuunt, temperatum ipfis praetermiffum certo fcio; ubi enim calidum et ficcum, vel frigidum et humidum, vel aliud quodvis tamperamentum nominant, non utique fummas a nobis intelligi qualitates poftulant; imo ex iis, quae fuperant, fieri appellationes volunt. Quod fi temperatum ftatum omiffum elfe nolunt, certe reliquorum aliquem omififfe convincentur. Efto enim, ficut ipfi volunt, temperatus ftatus is, qui calidus eft et humidus; omiffus igitur illis plane eft is, qui frigidae intemperiei adverfetur et ficcae, nempe in qua humidum praepollet et calidum. At idem, inquiunt, is eft. At qui fieri poteft, ut fimul exuperet calidum

πλεονεκτεῖν, καὶ κρατεῖσθαι καὶ μὴ κρατεῖσθαι τὸ ψυχρόν; εἰ μὲν γὰρ εὔκρατός ἐστιν, οὐδὲν οὐδενὸς ἀμέτρως ἐπικρατεῖ, εἰ δὲ δύσκρατος, ἀνάγκη πλεονεκτεῖν τι τῶν ἐκ τῆς ἀντιθέσεως. ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο, φασὶν, ἴδιόν ἐστι τῆς εὐκράτου, τὸ κρατεῖν ἐν αὐτῇ τὸ μὲν θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, τὸ δ᾽ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ· κρατήσαντος γὰρ τοῦ ψυχροῦ, μετρίως μὲν, οὐκ ἀγαθὴν εἶναι τὴν κρᾶσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον, νόσον ἤδη γίνεσθαι, καθάπερ, εἰ καὶ σφοδρῶς κρατήσειε, θάνατον· οὕτω δὲ κἀπὶ τοῦ ξηροῦ συμπίπτειν ἐν ἀρχῇ μὲν δυσκρασίαν, ἐπὶ πλέον δὲ νόσον, ἐπὶ πλεῖστον δὲ κρατήσαντος, θάνατον· ὥσπερ οὐχὶ κἀπὶ τῆς ὑγρᾶς καὶ θερμῆς ταῦτα συμπίπτοντα. τίς γὰρ ἂν οὐχ ὁμολογήσειεν, ὡς, ἐπειδὰν μὲν ἐπ᾽ ὀλίγον ἢ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ τύχοι πλεονεκτῆσαν, ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, δυσκρασίαν οὕτως γιγνομένην· ἐπειδὰν δ᾽ ἐπὶ πλέον, νόσον· ἐπειδὰν δ᾽ ἐπὶ πλεῖστον, θάνατον. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐπ᾽ ἀμφοῖν λόγος. ἢ μηδὲ τὰς ἀμέτρως ὑγρὰς καὶ θερμὰς καταστάσεις αἰτιώμεθα, μηδ᾽ ὅσα μεθ᾽ ὑγρότητος ἀμέτρου νοσήματα συνίσταται θερμὰ,

et non exuperet, et ſuperetur frigidum et non ſuperetur? Si enim temperatus ſtatus eſt, neutrum alterum immodice exuperat; ſin intemperatus, neceſſe eſt exuperet altera oppoſitionum pars. At hoc ipſum, inquiunt, temperati ſtatus proprium eſt, ut in eo calidum praeſtet frigido, et humidum ſicco; quippe ſi frigidum modice quidem vincat, non eſſe commodum temperamentum; ſin amplius exuperet, jam utique morbum exiſtere, aeque ut, ſi vehementer exuperet, mortem. Ad eundem modum in ſicco contingere: in principio quidem exiſtere intemperiem; ſi amplius augeatur, morbum; ſi plurimum exuperet, mortem: ceu vero in calido et humido non idem contingat; quis enim non dicat, ubi vel calidum frigido, vel humidum ſicco paulo quidem plus valet, intemperiem ita fieri; ubi amplius exuperat, morbum; ubi plurimum, mortem? ſiquidem eadem eſt utrobique ratio. Alioqui nec qui calidi humidique immodice ſtatus ſunt, eos vitio demus; nec, qui calidi morbi cum humore immodice

μηδὲ ταῦτ᾽ ὁμολογῶμεν εἶναι νοσήματα. πρὸς δὴ τοὺς τοιούτους λόγους ἀπομαχόμενοί τινες τῶν ἀπ᾽ Ἀθηναίου τοῦ Ἀτταλέως ὁμόσε χωροῦσιν, οὔτε κατάστασιν ὑγρὰν καὶ θερμὴν μέμφεσθαι λέγοντες, οὔθ᾽ εὑρεθῆναί τι νόσημα φάσκοντες ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀλλὰ πάντως ἢ θερμὸν καὶ ξηρὸν ὑπάρχειν, ὡς τὸν πυρετὸν, ἢ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς τὸν ὕδερον, ἢ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὡς τὴν μελαγχολίαν. ἐπιμέμνηνται δ᾽ ἐνταῦθα καὶ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους, ὑγρὸν μὲν καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸν χειμῶνα φάσκοντες, ξηρὸν δὲ καὶ θερμὸν τὸ θέρος, καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν τὸ φθινόπωρον, εὔκρατον δ᾽ ἅμα καὶ θερμὴν καὶ ὑγρὰν ὥραν καλοῦσι τὸ ἔαρ· οὕτω δὲ καὶ τῶν ἡλικιῶν τὴν παιδικὴν εὔκρατόν τε καὶ θερμὴν καὶ ὑγρὰν εἶναί φασι. δηλοῦσθαι δὲ τὴν εὐκρασίαν αὐτῆς νομίζουσι κἀκ τῶν ἐνεργειῶν τῆς φύσεως, ἐῤῥωμένων τηνικαῦτα μάλιστα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸν θάνατόν φασιν εἰς ξηρότητα καὶ ψύξιν ἄγειν τὰ τῶν ζώων σώματα. καλεῖσθαι γοῦν ἀλίβαντας τοὺς νεκροὺς, ὡς ἂν μηκέτι λιβάδα καὶ ὑγρότητα κεκτημένους οὐδεμίαν, ἐξατμισθέντας ἅμα διὰ

confiftunt, eos morbos fateamur. Has quidem et ejusmodi objectiones diluentes quidam Attalenfis Athenaei fectatores, negant aut calidum humidumque ftatum vitio dari, aut morbum ullum inveniri, qui calidus fit et humidus, fed omnino qui vel calidus fit et ficcus, ut febris; vel frigidus et humidus, ut aqua intercus; vel frigidus et ficcus, ut melancholia. Faciunt hic et de anni temporibus mentionem, quorum hyemem frigidam effe atque humidam dicunt, aeftatem calidam et ficcam, autumnum frigidum et ficcum, ver autem tum temperatum, tum vero calidum humidumque appellant. Ad eundem modum et ex aetatibus puerilem quidem temperatam effe, tum vero calidam humidamque. Porro indicari autumant eorum temperiem ex naturalibus actionibus, quae illa aetate maxime fint firmae. Sed et mortem ajunt animantium corpora ad frigidum ficcumque perducere; quippe mortuos *ἀλίβαντας* vocari, quafi nihil humecti in fe habentes, utpote tum caloris

τὴν ἀποχώρησιν τοῦ θερμοῦ, καὶ παγέντας ὑπὸ τῆς ψύξεως. ἀλλ' εἴπερ ὁ θάνατος, φασὶ, τοιοῦτος, ἀναγκαῖον ἤδη τὴν ζωὴν, ὡς ἂν ἐναντίαν ὑπάρχουσαν αὐτῷ, θερμήν τε εἶναι καὶ ὑγράν· καὶ μὴν εἴπερ ἡ ζωὴ, φασὶ, θερμόν τι χρῆμα καὶ ὑγρόν ἐστιν, ἀνάγκη πᾶσα, καὶ τὴν ὁμοιοτάτην αὐτῇ κρᾶσιν ἀρίστην ὑπάρχειν, εἰ δὲ τοῦτο παντί που δῆλον, ὡς εὐκρατοτάτην, ὥστ' εἰς ταὐτὸ συμβαίνειν ὑγρὰν καὶ θερμὴν φύσιν εὐκράτῳ, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν εὐκρασίαν, ἢ τῆς ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἐπικρατούσης. οἱ μὲν δὴ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀθήναιον λόγοι τοιοίδε. δοκεῖ δέ πως ἡ αὐτὴ δόξα καὶ Ἀριστοτέλους εἶναι τοῦ φιλοσόφου, καὶ Θεοφράστου γε μετ' αὐτὸν, καὶ τῶν Στωϊκῶν, ὥστε καὶ τῷ πλήθει τῶν μαρτύρων ἡμᾶς δυσωποῦσιν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν Ἀριστοτέλους, ὅπως ἐγίνωσκεν ὑπὲρ θερμῆς καὶ ὑγρᾶς κράσεως, ἴσως ἂν, εἰ δεηθείη, ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ δείξαιμι· δοκοῦσι γάρ μοι παρακούειν αὐτοῦ.

Κεφ. δ'. [37] Τὸ δέ γε νῦν εἶναι, πειράσομαι πρῶτον

abitione eo exhauſtos, tum frigore rigentes. Quod ſi, inquiunt, mors talis eſt naturae, certe vita, quum ſit illi contraria, calida eſt et humida; at vero ſi vita calidum quiddam atque humidum eſt, omnino quod illi ſimillimum temperamentum eſt, id optimum neceſſario eſt; quod ſi eſt, neminem latet, idem quoque temperatiſſimum eſſe: ſic in idem recidere calidum humidumque ſtatum cum temperato, nec aliud eſſe probam temperiem, quam caliditatem ſimul et humiditatem dominari. Atque Athenaei quidem ſequacium hae ſunt rationes; videturque et Ariſtotelis philoſophi, et poſt eum Theophraſti et Stoicorum eadem eſſe quodammodo ſententia. Ita teſtium quoque numero nos territant. Ego vero, quemadmodum Ariſtoteles de calida humidaque temperie ſenſerit, in progreſſu, ſi res poſtulet, fortaſſe explicabo; videntur enim eum non recte accipere.

Cap. IV. Nunc id primum agam, ut eos, qui ſic

ἐνδείξασθαι τοῖς λέγουσι ταῦτα, πῆ ποτε σοφίζονται σφᾶς αὐτοὺς, εἶτ' ἐφεξῆς ἐπιδεῖξαι τὸν ἅπαντα λόγον, εἰς ἓν ἀθροίσας κεφάλαιον. ὅτι μὲν δὴ τὸ ἔαρ οἴονται θερμὸν εἶναι καὶ ὑγρὸν ἅμα καὶ εὔκρατον, ἐντεῦθεν σοφίζονται προφανῶς. οὔτε γὰρ ὑγρὸν ὡς χειμὼν, οὔτε θερμὸν ὡς τὸ θέρος, ὥστ' οὐδέτερον ἀμέτρως. ἀμετρίας δ' ἦν ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων, καὶ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, δηλωτικόν. διχῶς δ' ἐσφάλησαν, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ βούλεσθαι πάντως ἐν ταῖς ὥραις εὑρεῖν τὴν τετάρτην συζυγίαν τῶν κράσεων, ἔπειτα δ' ἐκ τοῦ καὶ θερμότερον ἢ κατὰ τὸν χειμῶνα, καὶ ὑγρότερον ἢ κατὰ τὸ θέρος ὑπάρχειν αὐτό. ἀλλ' οὔτ' ἀναγκαῖον ἐν ταῖς ὥραις ὑποτίθεσθαι τὴν τετάρτην συζυγίαν τῶν κράσεων, εἰ μὴ καὶ φαίνοιτο, καὶ τὸ παραβάλλειν αὐτὸ ταῖς ἑκατέρωθεν ὥραις οὐδὲν μᾶλλον ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἀποδείξει καὶ ξηρόν. εἰ μὲν γὰρ ἀμετρίας ἐστὶν ὀνόματα τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν, οὐκ ἀληθεύεται κατ' αὐτούς· σύμμετρον γὰρ ἐν ἅπασι τὸ ἔαρ.

ſentiunt, in quo ſe ipſos fallant, doceam: mox rem totam in unum coactam caput demonſtrem. Cum enim calidum et humidum, atque etiam eucraton exiſtimant ver eſſe, hinc ſe manifeſte decipiunt: nam neque humidum eſt, ſicut hyems, neque calidum, ſicut aeſtas; quare neutrum immodice; cum tamen ipſis auctoribus exceſſum quendam indicet quodvis talium nominum. Bifariam autem ſunt decepti: primum quidem, quod in quatuor anni temporibus quartam temperamentorum conjugationem inventam omnino volunt: deinde, quod id ea ratione concludunt, quod ſit ver hyeme quidem calidius, aeſtate vero humidius. Verum nec quartam in temporibus anni ſtatuere temperamenti conjugationem eſt neceſſe, niſi etiam talis appareat: et contuliſſe id cum temporibus utrinque poſitis, non magis id humidum et calidum, quam frigidum probat et ſiccum. Si enim calidum humidumque exceſſus cujusdam nomina ſunt, non poteſt, nec ipſis quidem auctoribus, verum eſſe; ver enim in omnibus mediocre: ſi autem eo,

εἰ δ', ὅτι θέρους μέν ἐστιν ὑγρότερον, χειμῶνος δὲ θερμότερον, ὑγρόν ἐστι καὶ θερμὸν, οὐδὲν ἧττον αὐτὸ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν νομίζεσθαι προσήκει, διότι θέρους μέν ἐστι ψυχρότερον, χειμῶνος δὲ ξηρότερον. ἢ τίς ἀποκλήρωσις, ἓν μὲν τῶν ἐκ τῆς ἀντιθέσεως ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, ἓν δὲ ἀπὸ τοῦ θέρους λαμβάνειν; ἐν ἑκατέραις γὰρ ἀμφοτέρων διαφέρον, οὐκ ἐξ ἡμίσεως ὀφείλει τὴν παραβολὴν, ἀλλ' ὁλόκληρον ἴσχειν. καὶ μὴν εἴπερ οὕτως γίνοιτο, τἀναντία φήσομεν ὑπάρχειν αὐτῷ. θερμὸν μὲν γὰρ ἔσται καὶ ξηρὸν, εἰ τῷ χειμῶνι, ψυχρὸν δ' αὖ καὶ ὑγρὸν, εἰ τῷ θέρει παραβάλλοιτο. κατ' οὐδετέραν οὖν τῶν παραβολῶν ὁλοκλήρως γινομένην ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἔσται. εἰ δ' ἔξεστιν ἐκείνοις ἐξ ἑκατέρας αὐτῶν ἥμισυ λαβοῦσιν ὑγρὸν ἀποφαίνειν αὐτὸ καὶ θερμὸν, ἐξέσται δήπου καὶ ἡμῖν ἐπὶ θάτερον ἥμισυ μετελθοῦσιν ξηρὸν καὶ ψυχρὸν ἀποφῆναι, ξηρὸν μὲν ὡς πρὸς τὸν χειμῶνα, ψυχρὸν δὲ ὡς πρὸς τὸ θέρος. ἅπαντα οὖν οὕτως ἔσται τὸ ἔαρ, ὑγρὸν, ξηρὸν, θερμὸν, ψυχρόν. ἀλλ' οὐδὲ

quod aeftate humidius eft, hyeme vero calidius, idcirco humidum eft et calidum, quid caufae eft, quo minus frigidum id ficcumque putes propterea, quod aeftate frigidius et hyeme ficcius? vel quam fibi facit fortitionem, ut unam partem oppofitionis ab hyeme, alteram ab aeftate accipiat? quippe cum ab utroque in utraque oppofitionum parte diffideat, non ex dimidio collationem, fed ex toto habere debebat. Atqui fi ita fiat, contraria illi ineffe dicemus: nam calidum erit et ficcum, fi conferatur cum hyeme; frigidum et humidum, fi cum aeftate. Ex neutra igitur collatione, fi modo integra eft, calidum et humidum erit. Sed fi illis licet, ex utraque oppofitione fumpto dimidio, calidum id humidumque afferere, nobis quoque ad alterum dimidium transire atque id frigidum et ficcum dicere quidni licebit? fcilicet ficcum, ut ad hyemem; frigidum, ut ad aeftatem. Omnia igitur hac ratione ver erit, humidum, ficcum, calidum, frigidum. Atqui

Ed. Chart. III. [37.] Ed. Baf. I. (61. 62.)

κατ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους οἷόν τέ ἐστιν ἐν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ πράγματι τὰς τέτταρας ἐπικρατῆσαι ποιότητας· οὔκουν οὔτε θέρει παραβαλεῖν· οὔτε χειμῶνι τὸ ἔαρ, ἀλλ᾽ αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ σκοπεῖσθαι δίκαιον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν χειμῶνα διὰ τοῦτο λέγομεν ὑγρὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν, ὅτι τῶν ἄλλων ὡρῶν ἐστιν ὑγρότατος καὶ ψυχρότατος. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ ἄλλως αὐτῷ συμβέβηκεν· ὅτι δὲ πλεονεκτεῖ κατ᾽ αὐτὸν ἡ μὲν ὑγρότης τῆς ξηρότητος, ἡ δὲ ψυχρότης τῆς θερμότητος, διὰ τοῦτο ψυχρὸς εἶναι καὶ ὑγρὸς λέγεται. κατὰ ταὐτὸ δὲ καὶ τὸ θέρος, ὅτι κᾀν τούτῳ τὸ μὲν ὑγρὸν ἀπολείπεται τοῦ ξηροῦ, τὸ δὲ ψυχρὸν τοῦ (62) θερμοῦ, διὰ τοῦτό θερμὸν εἶναι λέγεται καὶ ξηρόν. καὶ γὰρ δίκαιον, ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάστην τῶν ὡρῶν ἐξεταζομένην, οὐ πρὸς ἄλλην τινὰ παραβαλλομένην, ἢ θερμὴν, ἢ ψυχρὰν, ἢ ξηρὰν, ἢ ὑγρὰν ὀνομάζεσθαι. καὶ δὴ καὶ σκοπουμένῳ σοι κατὰ τάδε φανεῖται τὸ ἔαρ ἀκριβῶς μέσων ἁπασῶν τῶν ὑπερβολῶν. οὔτε γὰρ ὡς ἐν χειμῶνι πλεονεκτεῖ τὸ ψυχρὸν

in illorum ipforum fententia non poffunt quatuor qualitates in una eademque re praepollere. Ergo neque aeftati, neque hyemi ver comparare eft aequum, fed potius ipfum per fe aeftimare. Neque enim hyemem ipfam ea de caufa humidam effe et frigidam dicimus, quod reliquis temporibus humidior frigidiorque fit: immo id illi alia quoque ratione accidit: fed quod humiditas in ea fuperet ficcitatem, et frigiditas calorem, propterea frigida dicitur atque humida. Ad eundem modum et aeftas, quia in ea humidum vincitur a ficco et frigidum a calido, ipfa quoque calida dicitur et ficca: fiquidem aequum cenfeo quatuor anni temporum quodlibet ex fuapte aeftimatum natura, non autem ex alterius comparatione, calidum, frigidum, humidum ficcumve nominari debere. Quin etiam, fi ad hanc formulam aeftimes, apparebit tibi, ver effe omnis exceffus plane in medio: cum neque, ficut in hyeme,

ἐν αὐτῷ τοῦ θερμοῦ, οὔθ᾽ ὡς ἐν θέρει πλεονεκτεῖται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος ἰσομοιρία τίς ἐστιν ἐν αὐτῷ, μήθ᾽ ὡς ἐν θέρει κρατοῦντος τοῦ ξηροῦ, μήθ᾽ ὡς ἐν χειμῶνι τοῦ ὑγροῦ. διὰ τοῦτο ὀρθῶς εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους, [38] ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες. ἀλλὰ καὶ τὸ φθινόπωρον ἧττον μὲν ἢ τὸ θέρος θερμὸν, ἧττον δὲ ἢ ὁ χειμὼν ψυχρόν. ὥστε ταύτῃ μὲν οὔτε θερμὸν ἁπλῶς, οὔτε ψυχρὸν, ἀμφότερα γάρ ἐστι, καὶ οὐδέτερον ἄκρως. ἕτερον δέ τι πρόσεστιν αὐτῷ κακὸν, ὅπερ ἐπεσημήνατο καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς λέγων· ὁκόταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα νοσῶδες ἐργαζόμενον τὸ φθινόπωρον, ἡ ἀνωμαλία τῆς κράσεως. οὐκ ὀρθῶς οὖν εἴρηται ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, οὐ γάρ ἐστι ψυχρὸν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ θεωρούμενον, ὥσπερ ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τῷ θέρει παραβαλ-

plus valet in eo frigidum, quam calidum; neque, ficut in aeftate, minus. Ad eundem modum ficcitatis humiditatisque aequabilitatem in eo fpectes, neque fcilicet in eo, ficut in aeftate, praevalente ficco, neque, ficut in hyeme, exuperante humido. Proinde recte ab Hippocrate eft dictum, ver effe faluberrimum, ac minime morbis, qui mortem afferant, obnoxium. Eft et autumnus utique quam aeftas minus calidus; fic utique quam hyems minus frigidus: quare hac ratione nec calidus abfoluto fermone eft, nec frigidus, quippe cum ambo fit, ac neutrum ad fummum: caeterum alterum in eo eft incommodum, quod etiam Hippocrates illa fententia fignificavit, qua in Aphorismis dixit: Cum eodem die modo nos calor urget, modo frigus afficit, autumnales expectandi morbi funt. atque ea res eft, quae maxime autumnum morbiferum facit, inaequalis ipfa temperies. Itaque non recte frigidus ficcusque dicitur: non enim frigidus eft, fi ipfe per fe fpectetur, ut hyems eft: fed ubi cum aeftate confertur, utique

λόμενον, ἐκείνου ψυχρότερον. οὐ μὴν οὐδ' ὁμαλῶς εὔκρατον, ὡς τὸ ἔαρ, ἀλλ' ὅτι μάλιστα τούτῳ διενήνοχεν ἐκείνης τῆς ὥρας, ὅτι τὴν εὐκρασίαν τε καὶ τὴν ὁμαλότητα διὰ παντὸς ἴσην οὐ κέκτηται. πολὺ γὰρ θερμότερόν ἐστι κατὰ τὴν μεσημβρίαν, ἢ κατὰ τὴν ἕω τε καὶ τὴν ἑσπέραν. ὑγρότητι δὲ καὶ ξηρότητι μέσον μὲν οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς, ὡς τὸ ἔαρ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ξηρότερον ῥέπει. λείπεται δὲ κἀν τούτῳ τοῦ θέρους, οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, ὅσον θερμότητι. δῆλον οὖν, ὡς οὐδὲ τὸ φθινόπωρον ἁπλῶς οὕτως ῥητέον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, ψυχρόν τε εἶναι καὶ ξηρόν. ἄκρως μὲν γὰρ οὐδέτερόν ἐστιν, ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτῷ τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ. καὶ δικαίως ἂν λεχθείη ταύτῃ μὲν ξηρὸν, ἐν δὲ τῇ κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα διαφορᾷ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν καὶ ἀνώμαλον. ὥστ' εἴπερ τὰς τέσσαρας συζυγίας τῶν κράσεων εἰς τὰς τέσσαρας ὥρας διανεῖμαι σπεύδουσιν, ἴστωσαν οὐ μόνον ἦρι κακῶς προσάψαντες ὑγρότητα καὶ θερμότητα κράσεως, ἀλλὰ καὶ φθινοπώρῳ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα.

illa frigidior: fed nec aequabiliter temperatus, ficut ver, imo in hoc maxime ab illo tempore diffidet, quod mediam temperiem et aequalitatem perpetuo parem non fervat, quippe meridie multo eft calidior, quam mane, aut vefperi: nec in humido et ficco medium omnino ftatum obtinet, quemadmodum et ver, fed ad ficcius devergit: ab aeftate vero etiam in hoc vincitur, non tamen tanto intervallo, quanto in calore. Ergo patere arbitror, nec autumnum abfoluto fermone et citra exceptionem frigidum et ficcum (ficut illis placet) dicendum effe, cum neutrum ad fummum fit, fed vincat in eo ficcitas humiditatem: qua ratione merito ficcus appelletur: in calore vero et frigore mixtum quiddam ex ambobus et inaequale ftatuatur. Proinde fi quatuor temperamentorum conjugationes in quatuor anni tempora distribui volunt, fciant, fe non folum veri calidum humidumque ftatum male affignaffe, fed etiam autumno frigidum et ficcum: quanquam, fi hoc quo-

καίτοι γε, εἰ καὶ τοῦτο συνεχωρεῖτο ξηρὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν, οὐκ ἦν ἀναγκαῖον εὐθέως, ὑγρὸν εἶναι καὶ θερμὸν τὸ ἔαρ. οὐ γὰρ, εἰ τέτταρες αἱ πᾶσαι συζυγίαι τῶν ἀμέτρων κράσεων εἰσὶν, ἤδη πάσας ἀναγκαῖον εἰς τὰς τέσσαρας ὥρας νενεμῆσθαι. ἀλλ' εἴπερ ἄρα τάξις τίς ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ κατὰ τὸ βέλτιον, οὐ κατὰ τὸ χεῖρον ἅπαντα κεκόσμηται, πιθανώτερον ἦν, εὐκράτους μὲν τὰς πλείους ὥρας γεγενῆσθαι, μίαν δὲ ἐξ αὐτῶν, εἴπερ ἄρα, τὴν δύσκρατον. οἱ δέ γε τοὐναντίον ἀποδεῖξαι σπεύδουσιν, ὡς οὐδεμία τῶν ὡρῶν ἐστιν εὔκρατος, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐν αὐταῖς ἐπικρατεῖ νῦν μὲν τὸ θερμὸν, αὖθις δὲ τὸ ψυχρὸν, καὶ νῦν μὲν, εἰ τύχη, τὸ ξηρὸν, αὖθις δὲ τὸ ὑγρόν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἀποφαίνειν τὸ ἔαρ, ἢ, ὅ τί περ ἂν εὔκρατον ᾖ, θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι συγχωρεῖν, ὥστε πᾶν τοὐναντίον ἀποφαίνομαι, χειρίστην εἶναι κατάστασιν κράσεως τοῦ περιέχοντος ἀέρος τὴν θερμὴν καὶ ὑγρὰν, ἣν ἐν μὲν ταῖς ὥραις οὐκ ἂν εὕροις ὅλως, ἐν δὲ ταῖς νοσώδεσί τε καὶ

que concedamus frigidum et ficcum effe, non erit ftatim neceffe ver humidum calidumque effe. Non enim, fi quatuor temperierum immoderatarum conjugationes in totum funt, jam omnes eas in quatuor anni tempora difpenfari neceffe eft: fed fi quis hoc in mundo eft ordo, ac prout melius eft, non prout pejus, omnia funt difpofita, probabilius fit, plura quidem ex anni temporibus temperata effe facta: unum vero, fi modo aliquid, intemperatum. Hi vero contra oftendere conantur, nullum eorum effe temperatum, fed neceffario in ipfis exuperare alias calidum, alias frigidum; et nunc, fi ita fors tulit, ficcum, nunc humidum. Ego vero tantum abeft, ut aut ver humidum et calidum pronunciem, aut, fi quid temperatum eft, calidum atque humidum effe concedam, ut, quod plane contrarium eft, id affirmem, omnium aëris nos ambientis temperamentorum peffimum id effe, quod humidum eft et calidum: quod fane temperamentum in quatuor anni temporibus invenire prorfus nequeas: in morbido et peftilenti

λοιμώδεσι καταστάσεσιν ἐνίοτε συμπίπτει, καθάπερ που καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσε, λέγων· ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λάβρῳ δι᾽ ὅλου. τοῦτο γάρ ἐστιν ἴδιον ὑγρᾶς καὶ θερμῆς καταστάσεως, ὕειν συνεχῶς ἐν καύμασιν. εἰ δ᾽ ἤτοι μόνον εἴη καῦμα, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος θέρους, ἢ ὕει μὲν, ἀλλ᾽ ἐν κρύει, καθάπερ ἐν χειμῶνι, θερμὴν καὶ ὑγρὰν οὐχ οἷόν τε τὴν τοιαύτην εἶναι κατάστασιν. ἆρ᾽ οὖν ἄνοσον ἐκεῖνο τὸ θέρος, ἐν ᾧ, φησὶν, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λάβρῳ δι᾽ ὅλου; καὶ μὴν ἄνθρακας ἐν αὐτῷ γενέσθαι διηγεῖται, σαπέντων δηλονότι τῶν ἐν τῷ σώματι περιττωμάτων, καί τινας ἰχῶρας θερμοὺς καὶ ὑγροὺς ἀμέτρως γεννησάντων. [39] εἴσῃ δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ῥήσεως, εἰ πᾶσαν αὐτήν σοι παραγράψαιμι, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν. ἄνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί. ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λάβρῳ δι᾽ ὅλου. ἐγίνοντο δὲ μᾶλλον Νότῳ· καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα ἰχῶρες· ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον· εἶτα φλύκταιναι ὥσπερ πυρίκαυστοι

aëris ſtatu interdum incidit, veluti quodam loco Hippocrates commemorat his verbis: Pluebat per aeſtum imber largus aſſidue. Id namque eſt humidi et calidi ſtatus proprium, ut in aeſtu aſſidue pluat: quod ſi vel tantum aeſtus ſit, quemadmodum in naturaliter ſe habente aeſtate, vel pluat, ſed in frigore, veluti hyeme ſolet: fieri nequit, ut is ſtatus calidus ſit et humidus. An igitur ſine morbis erat aeſtas illa, in qua pluiſſe dicit in caloribus aſſidue largum imbrem? Atqui carbunculos in ea fuiſſe narrat, putreſcentibus ſcilicet in corpore excrementis, ac ſaniem quandam, quae calida humidaque immodice fuerat, gignentibus. Intelliges id ex ipſa dictione, ſi totam tibi aſcripſero. Ea ſic habet: Erant in Cranone carbunculi aeſtivi. Pluebat per aeſtum largo imbre, idque aſſidue: accidebat autem hoc magis Auſtro. Ac ſuberat quidem ſub cute ſanies, quae concluſa incaleſcebat ac puritum excitabat: mox puſtulae veluti ambuſtis oboriebantur, uri-

Ed. Chart. III. [39.] Ed. Baf. I. (62.)

ἐπανίσταντο, καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν, ὡς ἂν μιᾶς ὥρας μετακοσμηθείσης, ἧττον τὸ κακόν· εἰ δὲ δύο ἢ τρεῖς ὑπαλλαχθεῖεν, ἢ καὶ σύμπαν τὸ ἔτος ὑγρὸν καὶ θερμὸν γένοιτο, μέγιστον ἀνάγκη συμπεσεῖν οὕτω λοιμὸν, οἷον ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν διηγεῖται. παραγράψω δὲ πρῶτον μὲν ἃ περὶ τῆς τῶν ὡρῶν ἀκοσμίας εἶπεν, ἐφεξῆς δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπιγινομένης φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων. ἐν ἅπασι δ' αὐτοῖς προσέχειν σε τὸν νοῦν ἀκριβῶς ἀξιῶ καὶ σκοπεῖσθαι, πρῶτον μὲν, ὁποῖόν τι πρᾶγμα θερμὴ καὶ ὑγρὰ κρᾶσίς ἐστιν, ὡς οὐδὲν ἦρι παρόμοιον, εὐκράτῳ χρήματι· δεύτερον δὲ, ὡς ἀναγκαῖον ἐν αὐτῇ σήπεσθαι πάντα. ἄρχεται μὲν οὖν ὁ Ἱπποκράτης τῆς διηγήσεως ὧδε. ἔτος νότιον, ἔπομβρον, ἄπνοια διὰ τέλεος. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει τὰ κατὰ μέρος ἁπάσης τῆς καταστάσεως, ὄμβρους πολλοὺς ἐν θερμῇ καὶ νοτίῳ καταστάσει γενέσθαι γράφων, εἶτ' αὖθις τὸν σύμπαντα λόγον εἰς ἓν ἐπὶ τέλει κεφάλαιον ἀγαγὼν οὕτως. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου,

que fub cute videbantur. Verum hic minus, utpote uno tantum e quatuor temporibus mutato, malum fuit. Quod fi duo triave fint mutata, aut etiam totus annus calidus humidusque fuerit, neceffe eft magna peftilentia fuccedat, cujusmodi in tertio Epidemiῶn, i. e. graffantium publice morborum, narrat. Apponam autem primum quae de temporum intempeftivo ftatu fcripfit: deinde de hominum, quae fubfequuta eft, corruptela. Advertas autem animum in omnibus diligenter velim, aeftimesque primum, cujusmodi res fit calida humidaque temperies, quamque veri (quod temperata res eft) diffimilis: deinde quam neceffario in ea omnia putrefcant. Incipit igitur Hippocrates narrationem in hunc modum: Annus auftrinus, pluvius, a ventis in totum filens. Deinde totius ftatus particularem rationem his fubjicit, crebros imbres in calido et auftrino ftatu fuiffe fcribens: mox univerfum fermonem in unam fummam fic conferens in fine, inquit: Cum fuiffet totus annus auftrinus,

φησὶ, νοτίου, καὶ ὑγροῦ, καὶ μαλακοῦ, τάδε καὶ τάδε συνέπεσεν, ἃ ξύμπαντα μὲν ἀναγράφειν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ μακρόν· ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ, λαβόντι τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἀναγινώσκειν τὰ κατὰ μέρος, εἰς ἓν ἅπαντα κεφάλαιον ἀναγόμενα, σηπεδόνα μεγίστην, ἧς καὶ αὐτῆς ὀνομαστὶ πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης ἐπιμέμνηται, ποτὲ μὲν ὡδί πως λέγων· ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ συνιστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ καὶ ποικίλον· ὁτὲ δὲ πάλιν ὡδί· καὶ ἐν αἰδοίοισιν ἄνθρακες οἱ κατὰ θέρος, καὶ ἄλλα, ἃ σῆψις καλέεται, καὶ ὡς ἐκ τῆς σήψεως ταύτης πολλοῖσι μὲν βραχίων καὶ πῆχυς ὅλως ἀπεῤῥύη, πολλοῖσι δὲ μηρὸς ἢ τὰ περὶ τὴν κνήμην ἀπεψιλοῦτο, καὶ ποῦς ὅλος. ἀλλὰ καὶ ὀστῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ νεύρων, καὶ ἄρθρων ἐκπτώσεις ἐγίγνοντο μεγάλαι. καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν ὧν ἔγραψε παθημάτων, ὃ μὴ σηπεδόνος ἔγγονον ὑπάρχει, δεόντως. οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ ξηροῦ τι σήπεσθαι πέφυκεν, οὔθ᾽ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ. μάθοις δ᾽ ἂν, εἰ θεάσαιο τά τε κρέα καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ πρὸς τῶν

humidus et mollis, et haec inciderunt: quae utique omnia in hoc libro fcripfiffe fit longum: licet autem, cui libuerit, in tertio Epidemiῶn membratim ea legere, ac in unum caput omnia redacta videre, nempe putredinem maximam: cujus etiam ipfius Hippocrates non raro nominatim meminit, alias fic fcribens: Erat autem et fluxio ipfa collecta haud fimilis puri, fed alia quaedam putredo, ac fluxio multa variaque. Alias fic: Et in pudendis carbunculi aeftivi, tum alia, quae putredines appellantur: utque ex hac putredine multis quidem brachium et cubitus totus decideret: multis femur vel fura nudaretur, totusque pes: quin etiam magni offium, carnium, nervorum articulorumque prolapfus inciderunt. Denique nullum ex affectibus, quos fcripfit, invenias, qui merito foboles putredinis non fit: quippe quod nec a ficco putrefieri quicquam fit aptum, nec a frigido, intelliges, fi carnes et reliqua,

ἀνθρώπων ταριχευόμενα, τὰ μὲν ἁλσὶ, τὰ δ᾽ ἅλμῃ, τὰ δ᾽ ὄξει, τὰ δ᾽ ἄλλῳ τινὶ τῶν ξηραινόντων σκευαζόμενα καλῶς. μάθοις δὲ καὶ ὡς ἐν τῷ βοῤῥᾷ, ξηρῷ καὶ ψυχρῷ τὴν φύσιν ὑπάρχοντι, ἄσηπτα μέχρι πλεῖστον διαμένει πάντα· σήπεται δ᾽ ἑτοίμως ταῖς νοτίαις καταστάσεσιν. ἔστι γὰρ οὖν καὶ οὗτος ὁ ἄνεμος ὑγρὸς καὶ θερμός. ὥστε πᾶν τοὐναντίον ἡμεῖς ἀποφαινόμεθα τοῖς ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὸ ἔαρ. οὔτε γὰρ τοιοῦτό ἐστιν, οὔθ᾽ ὑγιεινὸν ἂν ἦν, εἴπερ ἦν τοιοῦτο. οἱ δὲ καὶ (63) τοιοῦτο εἶναί φασιν αὐτὸ, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ὑγιεινὸν ὑπάρχειν, ἐν ἀμφοτέροις ἁμαρτάνοντες, ὅσα τε ταῖς αἰσθήσεσιν ἔνεστι διαγνῶναι, καὶ ὅσα τῷ λόγῳ διασκέψασθαι. ταῖς μὲν γὰρ αἰσθήσεσιν ἔνεστιν ἐναργῶς μαθεῖν εὔκρατον ἀκριβῶς αὐτὸ, τῷ λόγῳ δ᾽ ἐξευρεῖν, ὡς διὰ τοῦτ᾽ ἔστιν ὑγιεινὸν, διότι μηδὲν ἐν αὐτῷ τῶν τεττάρων ἐπικρατεῖ. εἰ δέ γ᾽ ἤτοι τὸ θερμὸν ἐπεκράτει πολλῷ τοῦ ψυχροῦ, ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, σηπεδόνων τε ἂν ἦν εὔφορον οὕτω καὶ πασῶν τῶν ὡρῶν

quaecunque afservari ab hominibus folent, obferves, haec fale, haec muria, haec aceto, haec alio quopiam ex iis, quae ficcant, commode praeparari. Deprehendas et Borea (qui ficcus natura et frigidus ventus eft) omnia quam diutiffime imputria durare: contra putrefcere facillime auftrino ftatu: eft enim is ventus calidus et humidus. Itaque nos in totum contra, quam ii, qui calidum et humidum ver autumant, decernimus: cum neque tale fit, neque, fi effet, utique falubre effet. Hi tamen et tale effe volunt, et propterea etiam falutiferum, utrobique peccantes, tum in iis quae fenfu percipere, tum quae ratione eft intelligere: cum fenfu id manifefte liceat plane temperatum advertere; nec minus ratione illud invenire, quod propterea eft aptum fanitati, quod e quatuor nulla in eo qualitatum exuperet. Quod fi vel caliditas ejus frigiditatem multo excederet, vel humiditas ficcitatem, tum variis putredinibus obnoxium, tum hac ratione omnium anni temporum morbis effet maxime opportu-

νοσωδέστατον. [40] ἀλλ' ἡ τῆς τῶν τεττάρων κράσεων ἰσομοιρία τῆς τε εὐκρασίας αὐτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας αἰτία. πόθεν οὖν ἐπῆλθέ τισιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἀποφήνασθαι τὸ ἔαρ; ἐκ τοῦ βουληθῆναι δηλονότι τὰς τέτταρας συζυγίας τῶν κράσεων εἰς τὰς τέτταρας ὥρας διανεῖμαι. τοῦτο δ' αὐτὸ πάλιν ἐκ τοῦ παραλιπεῖν τὴν πρώτην ἁπασῶν, τὴν εὔκρατον, ἐγένετο. καὶ γὰρ οὖν καὶ διαιτημάτων, καὶ φαρμάκων, ἁπάντων τε τῶν ὄντων, εἰς τὰς τέτταρας ταύτας συζυγίας ἀνάγουσι τὰς διαφοράς.

Κεφ. ε'. Ὧι καὶ δῆλον, εἰς ὅσον οἱ περὶ φύσεως ἀνθρώπου λογισμοὶ, σφαλέντες τῆς ἀληθείας, εἰς τὰς ἰάσεις βλάπτουσι, καὶ βέλτιόν ἐστι δυοῖν θάτερον, ἢ μηδ' ὅλως ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων λόγων, ἀλλ' ἐπιτρέψαι τῇ πείρᾳ τὸ πᾶν, ἢ πρότερον ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γυμνάσασθαι. τὸ δὲ μήτε τῇ πείρᾳ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐπιχειρεῖν τε θεωρίᾳ φυσικῇ πρὸ τοῦ τὸν λογισμὸν, ᾧ μέλλοιμεν εὑρίσκειν αὐτὴν, ἀσκῆσαι πρεπόντως, ἀναγκαῖον ἀπάγειν εἰς τὰ τοιαῦτα

num. Sed quatuor qualitatum mixtionis aequalitas et mediae temperaturae ejus, et falubritatis eft caufa. Quid igitur medicis ac philofophis quibusdam perfuafit, ut calidum humidumque ver effe judicarent? nempe quod quatuor temperamentorum conjugia quatuor anni temporibus adaptare voluerunt. Porro id inde accidit, quod primum omnium temperamentorum, id eft temperatum ipfum, praetermiferunt. Quin etiam victuum, medicamentorum, omnium denique rerum differentias ad has quatuor conjugationes reducunt.

pilorum proventus boni in cerebro temperamenti nota eſt. Ergo ad hunc modum de temperamentis ineunda ſemper nobis conſideratio eſt, quamque ſcilicet particulam ſeorſum perpendentibus, nec auſis ex una pronunciare de omnibus: quod utique nonnulli fecerunt, qui reſimos humidos, aduncos ſiccos eſſe dixerunt: et qnibus parvi ſunt oculi, ſiccos: quibus magni, humidos. Atque de hoc quidem parum inter eos convenit: alii namque eorum, qui ſcilicet humidis particulis oculos annumerant, in quibus eos majores vident, in iis humiditatem temperamenti pollere exiſtimant: alii caloris vehementia, qui in prima formatione ſurſum confertim magis copioſiorque ferebatur, non oculos modo, verum etiam os ipſum et reliquos omnes meatus ampliores factos ajunt: ita non humiditatis id, ſed caloris indicium eſſe. Verum ambo a veritate aberrant, uno modo eoque communi, quod unius particulae occaſione de toto corpore pronunciare ſunt auſi: altero, quod formatricis in natura virtutis, quae artifex facultas eſt

οὔσης καὶ τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσιν ἀκολούθως διαπλαττούσης τὰ μόρια. περὶ ταύτης γάρ τοι καὶ Ἀριστοτέλης ἠπόρησε, μήποτ᾽ ἄρα θειοτέρας τινὸς ἀρχῆς εἴη, καὶ οὐ κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. οὔκουν ὀρθῶς μοι δοκοῦσι ποιεῖν οἱ προπετῶς οὕτως ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἀποφαινόμενοι, καὶ ταῖς ποιότησι μόναις ἀναφέροντες τὴν διάπλασιν. εὔλογον γὰρ, ὄργανα μὲν εἶναι ταύτας, τὸ διαπλάττον δ᾽ ἕτερον. ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν τηλικούτων ζητημάτων ἐνδέχεται ἐξευρίσκειν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν, ὑγρὰν καὶ ξηρὰν, καὶ θερμὴν καὶ ψυχρὰν κρᾶσιν. ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ τῶν οἰκείων μὲν ἀμελοῦντες γνωρισμάτων, ἐπὶ δὲ τὰ πόῤῥω τε καὶ ζητήσεως ἱκανῆς τετυχηκότα καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο καὶ παρ᾽ αὐτοῖς τοῖς ἀρίστοις φιλοσόφοις ἀπορούμενα μεταβαίνοντες. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ὅτι τὰ μὲν παιδία σιμώτερα, γρυπώτεροι δ᾽ οἱ παρακμάζοντες, εὔλογον, ὑγροὺς μὲν νομίζειν τοὺς σιμοὺς ἅπαντας, ξηροὺς δὲ τοὺς γρυπούς. ἀλλ᾽ ἐνδέχεται μὲν, καὶ τῆς διαπλαστικῆς δυνάμεως ἔργον εἶναι τὸ τοιοῦτο μᾶλλον, ἢ τῆς κράσεως. εἰ δ᾽ ἄρα καὶ

et particulas ſecundum animi mores effingit, parum meminerunt. De hac namque Ariſtoteles dubitavit, numquid divinioris originis ſit, atque a calido, frigido, humido et ſicco res diverſa: quo mihi minus recte facere videntur, qui tam temere de rebus maximis pronunciant et ſolis qualitatibus formandarum partium cauſam aſſignant: rationabile enim eſt, haec organa eſſe, formatorem alium. Sed et citra tam arduas quaeſtiones invenire licet, ſicut oſtendimus, humidam et ſiccam calidamque et frigidam temperiem. Errant igitur, qui, propriis indiciis neglectis, ad ea, quae longe poſita ſunt et magnae quaeſtioni fuerunt, atque ad hunc usque diem optimis philoſophorum dubitata ſunt, convertuntur. Neque enim propterea, quod pueri naſis magis ſunt reſimis, florentes aetate magis aduncis, idcirco rationabile eſt reſimos omnes humidos cenſere, aduncos vero ſiccos: ſed fieri poteſt, ut formatricis virtutis ejusmodi opus ſit potius, quam temperamenti. Quod

τῆς κράσεως εἴη γνώρισμα, τῆς ἐν τῇ ῥινὶ μόνης εἴη ἂν, οὐ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. μάτην οὖν ὑπ᾿ αὐτῶν κἀκεῖνο λέγεται, τὸ ῥῖνά τε ὀξεῖαν γίνεσθαι καὶ ὀφθαλμοὺς κοίλους καὶ κροτάφους συμπεπτωκότας ἐν ταῖς ξηραῖς φύσει κράσεσιν, ὅτι κἀν τοῖς πάθεσιν οὕτω συμπίπτει τοῖς συντήκουσί τε καὶ κενοῦσι πέρα τοῦ μετρίου τὰ σώματα. πολλάκις μὲν γὰρ οὕτω συμπίπτει, πολλάκις δ᾿ οὐχ οὕτως. ἀλλ᾿ ἔστιν ἰδεῖν καὶ μαλακὴν καὶ πιμελώδη καὶ λευκὴν καὶ πολύσαρκον ὅλου τοῦ σώματος τὴν ἕξιν ἐπὶ μικροῖς ὀφθαλμοῖς ἢ ὀξείᾳ ῥινὶ, καὶ ξηρὰν καὶ ἄσαρκον [72] καὶ μέλαιναν καὶ δασεῖαν ἐπί τε τοῖς μεγάλοις ὀφθαλμοῖς σιμῇ τε τῇ ῥινί. βέλτιον οὖν, εἴπερ ἄρα τῆς ῥινὸς μόνης, ὑγρότητα μὲν τῇ σιμότητι, ξηρότητα δὲ τῇ γρυπότητι τεκμαίρεσθαι, καὶ μὴ περὶ τῆς ἅπαντος τοῦ ζώου κράσεως ἐντεῦθεν ἀποφαίνεσθαι. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ παντὸς οὗτινος οὖν ἑτέρου μορίου τὴν ἰδίαν κρᾶσιν ἐκ τῶν οἰκείων ἐπισκοπεῖσθαι γνωρισμάτων ἄμεινον, οὐ περὶ τῆς ὅλης τοῦ σώματος κράσεως ἀφ᾿ ἑνὸς μέρους

fi temperamenti eft nota, at certe ejus, quod in nafo tantum habetur, non ejus, quod in toto corpore, nota fuerit. Quare fruftra illud praedicant, in ficcis natura temperamentis nafum acutum, oculos cavos, tempora collapfa: quod fcilicet in affectibus iis, qui corpora liquant atque fupra, quam par eft, inaniunt, haec contingant. Saepe namque fic accidit, faepe non ita: fed videre licet totius corporis habitum et mollem et pinguem et album et carnofum, cum tamen oculi funt parvi et nafus acutus: rurfus ficcum, macilentum et nigrum et hirfutum, ubi magni funt oculi et nafus refimus. Praeftat igitur, fiquidem de folo agitur nafo, refimo humiditatem, adunco ficcitatem conjectes, nec de totius animantis temperie ex his particulis pronuncies. Pari modo oculorum et alterius cujuslibet partis proprium temperamentum ex propriis indiciis aeftimari eft fatius, non de totius corporis temperie ab una quapiam particula indicium fumi. Sive

Ed. Chart. III. [72.] Ed. Bal. I. (78.)

ἐπίδειξιν λαμβάνειν. εἴτε γὰρ ὑγρότητος, εἴτε θερμότητος ἐπικρατούσης, εἴτε καὶ ἀμφοτέρων, ὀφθαλμοὺς γλαυκοὺς τίθεσθαι χρὴ, γνώρισμα τῆς οἰκείας ἂν εἶεν οὕτω γε, καὶ οὐ τῆς ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος ἐνδεικτικοὶ κράσεως. οὐδὲ γὰρ, εἰ σκληρὰ καὶ ἄσαρκα τὰ σκέλη, ξηρὰ πάντως καὶ ἡ κρᾶσις ὅλου τοῦ σώματος. ἔνιοι γὰρ ἱκανῶς εὔσαρκοι καὶ πιμελώδεις καὶ παχεῖς καὶ προγάστορες καὶ μαλακοὶ καὶ λευκοὶ γίνονται μετὰ τοιούτων σκελῶν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὁμαλῶς ἅπαν ἔχει τὸ σῶμα τῆς κράσεως, οἷς μὲν ἰσχνὰ τὰ σκέλη, ξηροὶ πάντως εἰσὶν, ὑγροὶ δ᾽, οἷς παχέα. καὶ οἷς μὲν ἡ ῥὶς ὀξεῖα ἢ γρυπὴ, οὗτοι ξηροὶ, σιμῆς δ᾽ οὔσης, ὑγροί. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν κροτάφων, ἁπάντων τε τῶν ἄλλων μορίων. οἷς δ᾽ ἀνώμαλος ἡ κρᾶσις, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ πάντων τῶν μορίων, ἄτοπόν ἐστιν ἐξ ἑνὸς μορίου φύσεως ὑπὲρ ἁπάντων ἀποφαίνεσθαι. τοιοῦτο δέ τι τοὺς πλείστους αὐτῶν ἠπάτησεν, οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων μόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν

enim humoris vincentis, five caloris, five etiam amborum caelios oculos indicium ftatuere oporteat, utique proprii ipforum fic, non omnium totius corporis partium temperamenti documentum fuerint. Neque enim, fi ficca et macra crura funt, omnino ficcum eft totius corporis temperamentum: aliqui namque affatim carnofi et pingues et craffi et prominenti ventre et molles et candidi etiam cum ejusmodi cruribus cernuntur: verum, fi totius corporis temperies aequaliter fe habeat, ficci omnino funt, quibus macra funt crura, humidi, quibus craffa. Praeterea quibus acutus eft nafus aut aduncus, hi ficci: quibus refimus, humidi. Ad eundem modum de oculis, temporibus, caeteris denique omnibus particulis judicandum. Quibus vero impar temperamentum eft, nec omnium particularum idem, alienum a ratione eft ex unicae particulae natura de omnibus fententiam ferre. Porro tale quippiam plurimis eorum impofuit, cum non de hominum modo, fed etiam aliorum animalium totius

ἄλλων ζώων ἀποφήνασθαι τολμήσαντας ὑπὲρ ὅλης τῆς κράσεως ἐκ μόνων τῶν κατὰ τὸ δέρμα γνωρισμάτων. οὐδὲ γὰρ, εἰ σκληρὸν τὸ δέρμα, ξηρὸν ἐξ ἀνάγκης τὸ ζῶον, ἀλλ᾽ ἐγχωρεῖ τὸ δέρμα μόνον, οὔτ᾽ εἰ μέλαν, οὔτ᾽ εἰ δασύ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὔτ᾽ εἰ μαλακὸν ἢ ψιλὸν τριχῶν, ὑγρὸν ἐξ ἀνάγκης ὅλον τὸ ζῶον. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὁμαλῶς κέκραται σύμπαν, εὔλογόν ἐστιν, οἷόν περ τὸ δέρμα, τοιοῦτο εἶναι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων· εἰ δ᾽ ἀνωμάλως, οὐκέτι. τῶν γοῦν ὀστρέων ὑγρότατον μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ξηρότατον δὲ τὸ δέρμα. τὸ γὰρ δὴ ὄστρακον αὐτοῖς, οἷόν περ ἡμῖν τὸ δέρμα. καὶ ἡ προσηγορία δ᾽ ἐντεῦθεν, ὀστρακοδέρμων ἁπάντων τῶν τοιούτων ζώων ὀνομασθέντων, ἐκ τοῦ τὸ δέρμα παραπλήσιον αὐτοῖς εἶναι τῷ ὀστράκῳ. καὶ τὰ μαλακόστρακα δὲ, καθάπερ ἀστακοὶ, καὶ κάραβοι, καὶ καρκῖνοι, ξηρὸν μὲν ἔχει τὸ δέρμα, τὴν δ᾽ ἄλλην ἅπασαν κρᾶσιν ὑγράν. καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο πολλάκις αἴτιον ὑπάρχει τοῖς ζώοις τῆς ἐν ταῖς σαρξὶν ὑγρότητος, ὅτι πᾶν αὐτοῖς

corporis temperamento ex indiciis, quae in cute tantum fpectantur, judicium ferre funt aufi. Neque enim, fi dura cutis eft, neceffario ficcum eft animans, fed fieri poteft, ut tantum cutis fic fit affecta: fed nec fi nigra haec hirtave eft: fimili modo, nec fi mollis haec depilisve eft, humidum ex neceffitate totum eft animal: verum, fi per totum aequabiliter eft attemperatum, ratio eft, ut, qualis fit cutis, talis fit et reliquarum partium unaquaeque: fin inaequaliter, non item: quippe oftreorum totum corpus humidiffimum eft, cutis ipfa ficciffima. Eft enim iis qua teguntur tefta, cujusmodi eft nobis cutis, atque hinc illis eft nomen: ὀστρακόδερμα enim nominantur omnia ejusmodi animantia: propterea quod cutis eis oftraco, id eft teftae, affimilis eft. Jam μαλακόστρακα, id eft quae molli tefta integuntur, veluti marinae locuftae et gammari et cancri, cutem quidem habent ficcam, reliquam univerfam temperiem humidam: immo vero illud ipfum humiditatis in carne nonnunquam animalibus caufa eft, quod ficcam terrenam-

τὸ ξηρὸν καὶ γεῶδες ἡ φύσις ἀποτίθεται πρὸς τὸ δέρμα. μὴ τοίνυν μήθ᾽, ὅτι ξηρὸν τοῦτο τοῖς ὀστρέοις, εὐθέως καὶ τὴν σάρκα νομιστέον ὑπάρχειν ξηρὰν, μήθ᾽, ὅτι πλαδαρὰ καὶ μυξώδης, ἤδη τοιοῦτο ὑποληπτέον εἶναι καὶ τὸ δέρμα. δίκαιον γὰρ, ἕκαστον τῶν μορίων ἐξ ἑαυτοῦ γνωρίζεσθαι. ταῦτά τε οὖν ἁμαρτάνουσιν οἱ τὰ περὶ κράσεων ἡμῖν ὑπομνήματα καταλελοιπότες· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι μηδὲ μέμνηνται τοῦ πρὸς Ἱπποκράτους ὀρθότατα παρῃνημένου, τοῦ δεῖν ἐπισκέπτεσθαι τὰς μεταβολὰς, ἐξ οἵων εἰς οἷα γίγνεται. πολλάκις γὰρ τὰ παρόντα γνωρίσματα τῆς ἔμπροσθεν κράσεώς ἐστιν, οὐ τῆς νῦν ὑπαρχούσης τῷ σώματι. φέρε γὰρ, εἴ τις ἐτῶν γεγονὼς ἑξήκοντα δασὺς ἱκανῶς εἴη, μὴ διότι νῦν ἐστι θερμὸς καὶ ξηρὸς, ἀλλ᾽ ὅτι πρόσθεν μὲν τοιοῦτος ἐγένετο, ὑπομένουσι δ᾽ αἱ τότε γεννηθεῖσαι τρίχες, ὥσπερ ἐν τῷ θέρει πολλάκις αἱ κατὰ τὸ ἔαρ ἀναφυεῖσαι βοτάναι. τισὶ μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ καὶ κατὰ βραχὺ συνέβη τῆς ἄγαν ἐκείνης (79) ἀπαλλαγῆναι δασύτητος, ἐκπιπτουσῶν ἐκ τῆς ἄκρας ξηρότητος τῶν τριχῶν· ἐνίοις δὲ

que portionem natura his univerfam circa cutem reponit. Non eft igitur putandum, nec, quod cutis oftreis ficca eft, illico carnem quoque effe ficcam: nec, quod haec perhumida mucofaque eft, jam cutem quoque ejusmodi effe: quippe aequum eft quamque particulam ex fe ipfa dignofci. Ergo tum in his peccant ii, qui commentarios de temperamentis nobis reliquerunt, tum quod id omittunt, quod Hippocrates rectiffime admonuit, fpectandum effe, ex quibus in quae mutationes fiant: fit enim non raro, ut praefentes notae prioris temperamenti fint, non ejus, quod in corpore nunc habetur: veluti fi quis annos natus fexaginta denfo pilo fit, non quod calidus et ficcus nunc fit, fed quod antea talis fuerit. Confiftunt autem ei prius geniti pili ad eum modum, quo herbae, quae vere funt enatae, nonnunquam perfeverant aeftate. Aliis enim fpatio et paulatim contingit a plurimo illo hirto mutari, labentibus fcilicet prae nimia ficcitate pilis: aliis diutiffime pili per-

ἄχρι πλείστου παραμένουσιν, οἷς ἂν μήτ᾽ ἀποξηρανθῶσιν ἱκανῶς ἐπὶ προήκοντι τῷ [73] χρόνῳ, καὶ τὴν πρώτην ἔκφυσιν αἱ τρίχες αὐτοῖς ἰσχυρὰν ποιήσωνται δίκην φυτῶν ἀκριβῶς ἐνεῤῥιζωμένων τῇ γῇ. μὴ τοίνυν, εἰ δασύς τις ἱκανῶς ἐστιν, εὐθὺς τοῦτον οἰώμεθα μελαγχολικὸν ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀκμάζων, οὔπω τοιοῦτον· εἰ δὲ παρακμάζων, ἤδη μελαγχολικόν· εἰ δὲ γέρων, οὐκ ἔτι. γίνονται γὰρ αἱ μελαγχολικαὶ κράσεις ἐκ συγκαύσεως αἵματος. οὐ μὴν, ἐπειδὰν ἄρξηται τοῦτο πάσχειν, εὐθὺς καὶ κατοπτᾶται τελέως. ἀλλ᾽ ἐν τάχει μὲν ἱκανῶς ἔσται δασὺς ὁ θερμὸς καὶ ξηρὸς, εἴ γε μεμνήμεθα τῶν ἔμπροσθεν λόγων, οὐκ εὐθέως δὲ μελαγχολικός. ἡ γὰρ τοῦ δέρματος πύκνωσις, εἴργουσα τῶν παχυτέρων περιττωμάτων τὴν διέξοδον, ἀναγκάζει συγκαίεσθαι κατὰ τὰς ἄκρως θερμὰς κράσεις, ὥστε τοιοῦτο αὐτοῖς ὑπάρχειν ἤδη τὸ περίττωμα τὸ φύον τὰς τρίχας, οἷον ἐν τοῖς ἀγγείοις ἔσεσθαι μέλλει, προελθόντος τοῦ χρόνου. καὶ ταῦτ᾽ οὖν ἡμέληται τοῖς ἔμπροσθεν, ἔτι τε πρὸς τούτοις, ἐπειδὰν

manent, utique qui nec in proceffu temporis admodum ficcantur, et a principio valentem habuerunt originem arborum ritu, quarum radices in terra valenter comprehenderunt. Ne igitur, fi quem pilofum admodum videas, hunc ftatim melancholicum putes: fed, fi quidem floret adhuc aetas, nondum effe talem: fin jam declinat, melancholicum aeftima: at fi fenex eft, non item: fiunt namque melancholica temperamenta ex fanguinis aduftione: caeterum cum id pati incipit, non etiam ftatim eft percoctus. Verum hirtus abunde, qui calidus et ficcus eft, celeriter erit (fi modo eorum, quae propofita funt, meminimus), non illico melancholicus: quippe cutis denfitas, craffiorum excrementorum tranfitum remorans, in temperamentis, quae calida in fummo funt, comburi ea cogit. Ita fit, ut tale iis nunc fit excrementum, quod pilos creat, quale olim procedente tempore in vafis fanguinis eft futurum. Tum haec igitur omiffa prioribus funt, tum praeter haec, quod ex

ἐκ τῆς φύσεως τῶν περιττωμάτων ἀδιορίστως περὶ τῶν κράσεων ἀποφαίνονται. νομίζουσι γὰρ ἀνάλογον ἔχειν τὰς κράσεις τῶν μορίων τῇ φύσει τῶν περιττωμάτων. τὸ δὲ οὐχ ὅλον ἀληθές ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐγχωρεῖ ποτε περιττώματα μὲν ἀθροίζεσθαι φλεγματώδη, ὑγρὸν δὲ οὐκ εἶναι τὸ μόριον, ἀλλὰ ψυχρὸν μὲν ἐξ ἀνάγκης, ὑγρὸν δ᾽ οὐκ ἐξ ἀνάγκης· ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ ξηρὸν εἶναι. τὸ δ᾽ ἀπατῆσαν αὐτοὺς εὐφώρατον. οὐ γὰρ ἐνόησαν, ὡς ἐκ τῶν σιτίων, καὶ οὐκ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ἡμῶν γίγνεται τὸ φλέγμα. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, εἰ μὴ κρατῆσάν ποτε τὸ σῶμα τῶν προσενεχθέντων σιτίων, ὑγρῶν, εἰ τύχοι, τὴν φύσιν ὑπαρχόντων, ὅμοιον αὐτοῖς ἀποτελέσει καὶ τὸ περίττωμα. μὴ τοίνυν ὑπολαμβανέτωσαν, ὥσπερ τὸ σῶμα ξηρὸν, οὕτω καὶ τὸ περίττωμα δεῖν ξηρὸν εἶναι. εἰ γάρ τις εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο τῇ κράσει ξηρότερός τε καὶ ψυχρότερος, οὐ μελαγχολικός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ φλεγματικὸς τοῖς περιττώμασιν. εἰ δ᾽ ἐκ μεταπτώσεως ἐγένετο ξηρὸς καὶ ψυχρὸς, ἐξ ἀνάγκης ὁ τοιοῦτος εὐθὺς ἤδη

natura excrementorum indefinite de temperamentis pronunciant: putant enim, particularum temperiem fimilem effe excrementorum naturae. Id vero usquequaque verum non eft: fed fieri interim poteft, ut pituitofa excrementa colligantur, nec tamen humida fit particula, immo frigida omnino, humida vero non omnino, quippe cum ficcam quoque effe liceat. Quod autem eis impofuit, facile animadvertitur. Non enim norunt, quod ex cibis, nequaquam ex ipfo corpore noftro pituita fit. Quare nihil miri eft, fi, ubi ingeftos cibos, qui humidi fortaffe natura fint, corpus non vincit, fimile his ipfum quoque excrementum creet. Non eft igitur quod opinentur, tanquam corpus ficcum eft, itidem excrementum quoque effe ficcum. Etenim fi quis ab initio ficciore frigidioreque temperamento ftatim fuit, is non melancholicus eft, fed utique pituitofus ab excrementis. Quod fi ex habitus mutatione frigidus ficcusque eft redditus, neceffario hic talis jam melancho-

καὶ μελαγχολικός ἐστιν· οἷον εἴ τις ἔμπροσθεν θερμὸς καὶ ξηρὸς ἐκ συγκαύσεως τοῦ αἵματος ἐγέννησε πλείστην τὴν μέλαιναν χολήν. οὗτος γοῦν ἐστιν ὁ πρὸς τῷ ξηρὸς εἶναι καὶ ψυχρὸς εὐθὺς καὶ μελαγχολικὸς ὑπάρχων. εἰ δ' ἀπ' ἀρχῆς εἴη ψυχρὸς καὶ ξηρὸς, ἡ μὲν ἕξις τοῦ σώματος τούτῳ λευκὴ καὶ μαλακὴ καὶ ψιλὴ τριχῶν, ἄφλεβος δὲ καὶ ἄναρθρος καὶ ἰσχνὴ καὶ ἁπτομένοις ψυχρὰ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ἄτολμον καὶ δειλὸν καὶ δύσθυμον, οὐ μὴν μελαγχολικά γε τὰ περιττώματα. ταῦτά γε οὖν ἅπαντα διαμαρτάνουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἐκ τοῦ τῶν οἰκείων μὲν ἀποχωρῆσαι γνωρισμάτων, ἐπὶ δὲ τὰ συμβεβηκότα μὴ διὰ παντὸς, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, μεταβῆναι. διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τὸ θερμαῖνον ἡγοῦνται πάντως ξηραίνειν. ἔγνωκα γὰρ ἔτι τοῦτο προσθεὶς οἷον κορωνίδα τε καὶ κεφαλὴν τῷ λόγῳ παντὶ, καταπαύειν ἤδη τὸ δεύτερον γράμμα. θερμὸν γοῦν ὕδωρ ἐπαντλοῦντες ἑκάστοτε τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις, εἶθ' ὁρῶντες αὐτῶν ἐκκενουμένην τὴν ὑγρότητα, προφανῶς οἴονται δείκνυσθαι τὸ ξηραίνεσθαι πάντη πρὸς θερμασίας, οὐκ

licus eft: verbi gratia, fi quis ante calidus et ficcus ex fanguine urendo plurimam generavit atram bilem: eft enim is, praeterquam quod ficcus eft et frigidus, protinus etiam melancholicus. Sin a principio frigidus et ficcus fuit, habitus quidem corporis ejus albus, mollis, depilis, venis articulisque parum expreffis, gracilis et tangenti frigidus, animus vero minime audax, et timidus, et triftis: non tamen excrementa huic melancholica funt. In his igitur omnibus peccant plerique medicorum ex eo, quod proprias notas refpuunt, atque ad ea, quae non perpetuo, fed frequenter accidunt, convertuntur. Ejusdem erroris occafione, et quod excalfacit, id etiam ficcare omnino putant: hoc enim adhuc veluti coronide ac capite univerfo fermoni addito, fecundum jam librum finire ftatui. Quippe phlegmone obfeffas partes calida frequenter perfundentes aqua, atque ita vacuari ab iis humorem cernentes, clare indicatum arbitrantur, ficcitatem omnino calori fuccedere:

εἰ μετὰ ξηρότητος μόνον, ἀλλ᾽ εἰ καὶ μεθ᾽ ὑγρότητος εἴη. ἔστι δ᾽ οὐ ταὐτὸ, ἢ κενῶσαί τινος ὑγρότητα παρεσπαρμένην ἔν τισι χώραις, ἢ ξηροτέραν ἀπεργάζεσθαι τὴν οἰκείαν κρᾶσιν. ἀνώμαλος γάρ τις ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις γίνεται δυσκρασία, τῶν μὲν ὁμοιομερῶν σωμάτων οὔπω τῆς οἰκείας [74] ἐξεστηκότων φύσεως, ἀλλ᾽ ἔτι μεταβαλλομένων τε καὶ ἀλλοιουμένων, ἐμπεπλησμένων δὲ τοῦ ῥεύματος ἁπάντων τῶν μεταξὺ χώρων. ἅπαντα οὖν, ὅσα θερμὰ καὶ ὑγρὰ τὴν κρᾶσίν ἐστιν, προσαγόμενα τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἐκκενοῖ μὲν τὸ περιττὸν ἐκεῖνο, τὸ τὰς μεταξὺ χώρας τῶν ὁμοιομερῶν κατειληφός· αὐτὰ δὲ τὰ σώματα τοσούτου ἀποδεῖ τοῦ ξηραίνειν, ὥστε καὶ προσδίδωσιν αὐτοῖς ὑγρότητα. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς ὧδ᾽ ἔχει. δεῖ δὲ τοῖς εἰρημένοις ἀποδείξεως, ἣν μακροτέραν τε εἶναι νομίζων, ἢ ὥστε προσγράφεσθαι κατὰ τόνδε τὸν λόγον, ἔτι δὲ ἀκροατοῦ δεομένην ἐπισταμένου περὶ φαρμάκων δυνάμεως, ἀναβάλλομαι τό γε νῦν

neque id modo ubi cum ficcitate, verum etiam ubi cum humore eft conjunctus. Caeterum non eft idem, vel vacuaffe ab aliquo humorem, qui locis quibusdam fit difperfus, vel propriam particulae alicujus temperiem ficciorem reddidiffe. Siquidem inaequalis quaedam in iis, quae phlegmone laborant, partibus intemperies eft, fimilaribus fcilicet corporibus a propria natura nondum amotis, fed affidue adhuc in mutatione atque alteratione verfantibus, omnibus nimirum interpofitis inter eas fpatiolis fluxione refertis: quaecunque igitur calida humidaque temperie funt, cum fic affectis admoventur, ipfa quidem fupervacanea, quae media fimilarium fpatia occuparunt, evocant: corpora tamen ipfa tantum abeft ut ficcent, ut etiam illis humorem adjiciant. Ac ipfa quidem veritas ita fe habet, demonftrationem tamen evidentem dicta defiderant: verum eam cum longiorem exiftimem, quam ut huic libro inferatur, et auditorem defideret, qui medicamentorum facultatis fit non ignarus, in praefens differo. Caeterum ubi in

διελθεῖν. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τὸν τρίτον τοῦτον λόγον τὸν περὶ κράσεων ἅπαντα διέλθω, καὶ δείξω περὶ τῶν κατὰ δύναμιν ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν καὶ θερμῶν καὶ ξηρῶν ἅπασαν τὴν μέθοδον, ἐφεξῆς οὕτω βιβλίον ἕτερον ὅλον ὑπὲρ τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας ἔγνωκα γράψασθαι. τελειωθήσεται γὰρ ἅπας ἡμῖν ὁ περὶ κράσεων λόγος, εἴς τε τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον οὐ σμικρὰς ἀφορμὰς παρέξει.

tertio fequenti libro de omni temperamentorum genere tractavero, ac de iis, quae poteftate calida, frigida, humida ficcaque funt, omnem methodum indicavero, mox integrum alium libellum fcribere de inaequali intemperie decrevi. Quippe fic abfolvetur a nobis univerfa de temperamentis difceptatio, tum ad libros de medicamentis, tum ad medendi methodum non parum allatura commodi.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Ed. Chart. III. [75.] Ed. Bas. I. (79.)

Κεφ. α'. Ὅτι μὲν οὖν ἕκαστον τῶν ἐνεργείᾳ θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν ἢ τῷ τὴν ἄκραν δεδέχθαι ποιότητα τοιοῦτο εἶναί φαμεν, ἢ ἐπικρατήσει τινὸς ἐξ αὐτῶν, ἢ πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς παραβάλλοντες, ἢ πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἐπιτυχόντων, ἔμπροσθεν εἴρηται. δέδεικται δὲ καὶ ὡς ἄν τις μάλιστα δύναιτο διαγινώσκειν ἀκριβῶς αὐτά. λοιπὸν δ' ἂν εἴη περὶ τῶν δυνάμει τοιούτων ἐπελθεῖν, αὐτὸ πρότερον ἐξηγησαμένοις τοὔνομα, τί ποτε σημαίνει, δυνάμει. σύντομος δὲ καὶ ῥάστη καὶ σαφὴς ἡ ἐξήγησις. ὃ γὰρ ἂν

GALENI DE TEMPERAMENTIS LIBER TERTIVS.

Cap. I. Quod itaque actu calidorum, frigidorum, humidorum et ſiccorum unumquodque tale eſſe dicatur, vel quod ſummam habeat ejusmodi qualitatem, vel quod vincat in eo qualitatum aliqua, vel quod ad cognati generis mediocre aliquid, vel ad unum quodlibet a nobis ſit collatum, prius eſt traditum. Monſtratum praeterea eſt, quemadmodum ea quis agnoſcere exacte poſſit. Reliquum eſt, ut de iis, quae talia poteſtate ſunt, differamus, ſi tamen prius explicuerimus, quid ipſo poteſtatis nomine ſignificetur. Eſt autem brevis ejus et facillima et clara explicatio. Quippe quod, quale

ὑπάρχῃ μὲν μηδέπω τοιοῦτο, οἷον λέγεται, πέφυκε δὲ γενέσθαι, δυνάμει φαμὲν ὑπάρχειν αὐτό· λογικὸν μὲν τὸν ἄρτι γεγεννημένον ἄνθρωπον, πτηνὸν δὲ τὸν ὄρνιθα, καὶ θηρατικὸν τὸν κύνα, ταχὺν δὲ τὸν ἵππον· ὅπερ ἔσεσθαι πάντως ἕκαστον αὐτῶν μέλλει, μηδενὸς τῶν ἔξωθεν ἐμποδὼν αὐτῷ γενομένου, τοῦθ᾽ ὡς ὂν ἤδη λέγοντες. ὅθεν, οἶμαι, καὶ δυνάμει πάντα ταῦτά φαμεν ὑπάρχειν, οὐκ ἐνεργείᾳ. τέλειον μὲν γάρ τι καὶ ἤδη παρὸν ἡ ἐνέργεια· τὸ δυνάμει δὲ ἀτελές τι καὶ μέλλον ἔτι, καὶ οἷον ἐπιτήδειον μὲν εἰς τὸ γενέσθαι, μηδέπω δὲ ὑπάρχον, ὃ λέγεται. οὔτε γὰρ τὸ βρέφος λογικὸν ἤδη, ἀλλ᾽ ἔσεσθαι μέλλει, οὔθ᾽ ὁ γεγεννημένος ἄρτι κύων ἤδη θηρατικὸς, [76] ὅ γε μὴ βλέπων μηδέπω, τῷ δύνασθαι δ᾽, εἰ τελειωθείη, θηρᾷν οὕτως ὀνομάζεται. κυριώτατα μὲν οὖν ἐκεῖνα μόνα δυνάμει λέγομεν, ἐφ᾽ ὧν ἡ φύσις αὐτὴ πρὸς τὸ τέλειον ἀφικνεῖται, μηδέ τινος τῶν ἔξωθεν ἐμποδὼν αὐτῇ γενομένου. ἤδη δὲ καὶ ὅσαι

dicitur, tale nondum eſt, ſed poteſt tale eſſe, id hoc eſſe poteſtate dicimus: hominem, verbi gratia, qui modo natus fuit, rationalem: et avem volatilem: et canem venaticum: et equum celerem: ſcilicet quod eorum unumquodque futurum omnino eſt, ſi nihil id extrinſecus impediat, hoc, ceu jam id ſit, appellantes: unde, arbitror, haec eſſe poteſtate, non actu, dicimus. Perfectum namque aliquid eſt ac jam praeſens ipſa energia ſive quod actu eſt; quod vero poteſtate eſt, imperfectum et adhuc futurum, atque ut fiat quidem id, quod dicitur, veluti aptum, non tamen adhuc eſt. Siquidem nec infans rationalis jam eſt, ſed talis futurus: nec, qui modo editus eſt canis, jam venator, qui ſcilicet adhuc non videat, ſed quod venari queat, ſi ad juſtum perveniat incrementum, ſic nominatur. Ac maxime quidem proprie ſola ea poteſtate eſſe dicimus, in quibus natura ipſa ſuopte impetu ad abſolutionem venit, utique ſi nihil ei extrinſecus impedimento ſit: praeterea quaecunque eorum, quae fiunt, continentes ma-

προσεχεῖς ὕλαι τῶν γινομένων εἰσίν. οὐδὲν δὲ διοίσει προσεχῆ λέγειν, ἢ οἰκείαν, ἢ ἰδίαν, ἐξ ἁπάντων γὰρ αὐτῶν δηλοῦται το πλησίον, καὶ μὴ διὰ μέσης ἄλλης μεταβολῆς, οἷον εἰ τὸ αἷμα δυνάμει σάρκα προσαγορεύοις, ἐλαχίστης μεταβολῆς δεόμενον εἰς σαρκὸς γένεσιν. οὐ μὴν τό γ' ἐν τῇ γαστρὶ πεπεμμένον σιτίον ὕλη προσεχὴς σαρκὸς, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ αἵματος· ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ μάζα, καὶ ὁ ἄρτος ἐπιπλέον ἀποκεχώρηκε. (80) τριῶν γὰρ δεῖται μεταβολῶν εἰς σαρκὸς γένεσιν. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα πάντα δυνάμει λέγεται σὰρξ, καὶ πρὸ τούτων πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἡ τούτων αὐτῶν ὕλη κοινή. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα καταχρωμένων ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον λέγεται. ὁ δὲ πρῶτος τρόπος ὁ κυριώτατός ἐστι τῶν δυνάμει τόδε τι λεγομένων ὑπάρχειν. ἐφεξῆς δὲ ὁ κατὰ τὴν οἰκείαν ὕλην, οἷον εἰ τὴν ἀναθυμίασιν τὴν καπνώδη φλόγα λέγεις ὑπάρχειν, ἢ τὸν ἀτμὸν ἀέρα δυνάμει. λέγεται δέ ποτε τὸ δυνάμει καὶ τῷ κατὰ

teriae funt. Nec refert, continentes an convenientes an proprias dicas, quippe cum ex his omnibus indicetur, quod propinquum eft, quodque nec alia intercedente mutatione fic dicitur: verbi gratia, cum fanguinem poteftate carnem appellas, quoniam minimam mutationem ad carnis generationem requirat. At non qui in ventriculo habetur concoctus cibus, continens carnis materia eft: fed prius fit fanguis oportet. Longius etiam abfunt maza et panis, quippe quae, ut caro fiant, tres fui mutationes requirant: caeterum haec quoque omnia poteftate caro dicuntur: etiam ante haec ignis, aër, aqua et terra: etiam horum ipforum communis materia. Atque haec quidem omnia magis minusve abufive loquentibus nobis dicuntur. Primus autem modus eorum, quae poteftate effe aliquid dicuntur, maxime eft proprius. Proximus huic eft eorum, quae funt propinqua materia, veluti fi fumidam exhalationem flammam effe aut halitum aërem poteftate dixeris. Dicuntur autem aliquando poteftate effe et quod ei, quod

συμβεβηκὸς ἀντιδιαιρούμενον, οἷον εἰ τὴν ψυχρολουσίαν ἐπ᾽ εὐσάρκου νέου θερμαίνειν τις φαίη τὸ σῶμα, κατὰ συμβεβηκὸς οὖν οἰκείᾳ δυνάμει. κατὰ τοσούτους δὴ τρόπους καὶ τὰ δυνάμει ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ καὶ θερμὰ λεχθήσεται καὶ ζητήσεται δεόντως, τί δήποτε καστόριον, ἢ εὐφόρβιον, ἢ πύρεθρον, ἢ στρουθίον, ἢ νίτρον, ἢ μίσυ θερμὰ λέγομεν, ἢ θριδακίνην, ἢ κώνειον, ἢ μανδραγόραν, ἢ σαλαμάνδραν, ἢ μήκωνα ψυχρά· πότερον τοῖς εἰρημένοις τρόποις ὑποπέπτωκεν, ἢ κατ᾽ ἄλλον τινὰ λέγεται, μηδέπω δ᾽ εἰρημένον. ἄσφαλτος μὲν γὰρ καὶ ῥητίνη καὶ στέαρ, ἔλαιόν τε καὶ πίττα, δυνάμει θερμὰ, διότι ῥᾳδίως ἐνεργείᾳ γίνεται θερμά· καὶ γὰρ ἐκφλογοῦται τάχιστα, καὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσαγόμενα θερμαίνει σαφέστατα. χαλκῖτις δὲ καὶ μίσυ καὶ νάπυ καὶ νίτρον, ἄκορόν τε καὶ μαῖον, καὶ κόστος, καὶ πύρεθρον, ἡμῖν μὲν προσαγόμενα θερμὰ φαίνεται, τὰ μὲν αὐτῶν μᾶλλον, τὰ δ᾽ ἧττον, οὐ μὴν ἐκφλογοῦσθαι πέφυκεν. ἢ οὖν παραλογίζονται σφᾶς αὐτοὺς οἱ

ex accidenti dicitur, ex adverfo pofitum, ut fi carnofi quis juvenis in frigida lavationem corpus ejus ex accidenti, non ex propria poteftate, calfacere dicat. Ergo tot modis etiam poteftate calida, frigida, humida et ficca dicentur. Dubitabitur quoque non abfurde, cur caftoreum, vel euphorbium, vel pyrethrum, vel ftruthion, vel nitrum, vel mify calida effe dicamus: rurfus lactucam, vel cicutam, vel mandragoram, vel falamandram, vel papaver frigida: utrumne fub praedictis jam modis comprehendantur, an alia quapiam ratione dicantur, quae dicta nondum fit. Bitumen namque, refina et fevum et oleum et pix calida poteftate funt, quod utique energia calida celerrime fiant, etenim celerrime inflammantur: praeterea, cum corporibus noftris admoventur, ea manifeftiffime calfaciunt: at chalcitis, mify, finapi, nitrum, acoron, meon, coftus et pyrethrum, cum nobis funt admota, calefacere apta funt, alia magis, alia minus: non tamen funt idonea, quae in flammam vertantur. An igitur fe ipfos fallunt, qui id

τοῦτο μόνον ἐπισκοποῦντες, εἰ μὴ ῥαδίως ἐκφλογοῦνται; ἐχρῆν γὰρ οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ εἰ μὴ διανθρακοῦνται σκοπεῖν, ὡς οὐδὲν ἧττον φλογὸς ὁ ἄνθραξ πῦρ. ἀλλ᾽ ἡ μὲν φλὸξ ἀέρος ἐκπυρωθέντος, ἤ τινος ἀερώδους σώματος, ὁ δ᾽ ἄνθραξ γῆς, ἤ τινος γεώδους γίνεται. καὶ δὴ μέχρι μὲν τοῦδε συμφωνεῖν ὁ λόγος ἔοικεν ἑαυτῷ πάντῃ, φαίνεται γὰρ, ὅσα πυρὸς ἁπτόμενα φάρμακα ῥαδίως ἐκπυροῦται, ταῦτα καὶ ἡμᾶς θερμαίνοντα, πλὴν εἴ τι, διὰ τὸ παχυμερὲς εἶναι, μὴ παραδέξεται ῥαδίως εἴσω τὸ σῶμα. διορισθήσεται γὰρ ἐπὶ πλέον ὑπὲρ τούτων ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων δυνάμεως. ὅσα μέντοι σῶμα τὸ ἡμέτερον φαίνεται θερμαίνοντα, ταῦθ᾽ ἑτοίμως ἐκπυροῦται. πῶς οὖν, φασὶν, ἁπτομένοις οὐ φαίνεται θερμά; τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα τίνος ἕνεκα λέγουσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ τε καὶ ἤδη θερμὸν ἐλέγομεν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ὑπάρχειν, ἦν ἂν δήπου θαυμαστὸν, ὅπως ἁπτομένων οὐ φαίνεται θερμά. νυνὶ δὲ, τῷ δύνασθαι γενέσθαι ῥαδίως θερμὰ, δυνάμει τὰ τοιαῦτα προσαγορεύο-

folum aeftimant, an aliqua non facile in flammam transmutentur? quos utique non fic, fed, an non vertantur in prunam, aeftimare oportebat, cum fit pruna ignis non minus quam flamma: hoc tamen difcrimine, quod, aëre vel aëreo quopiam in ignem mutato, flamma; terra vel terrea re aliqua accenfa, fit pruna. At hactenus quidem confentire fecum fermo omnino videtur: fiquidem videntur medicamenta ea, quae, ubi ignem attigerint, facile accenduntur, nos quoque excalfacere, nifi fi quod propter craffitiem intra corpus non facile affumitur: (differetur enim de his latius in libris de medicamentorum viribus:) quaecunque tamen medicamenta noftrum corpus excalfacere videntur, ea prompte vertuntur in ignem. At quomodo igitur, inquiunt, tangentibus non fentiuntur calida? Hoc haud fcio cur dicant: nam fi energia ac jam nunc calidum effe praedictorum quidquam diceremus, profecto mirari liceret, quomodo tangentibus non appareant calida: nunc, quod poffint facile calida effe, idcirco ea poteftate talia vo-

μεν. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν πέπονθεν, εἰ μήπω θερμαίνει τοὺς ψαύοντας αὐτῶν. ὡς γὰρ οὐδὲ τὸ πῦρ αὔξεται, πρὶν ὑπ᾿ αὐτοῦ νικηθέντα τὰ ξύλα μεταβληθῆναι, καὶ τοῦτο πάντως ἔν τινι χρόνῳ γίνεται· [77] κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, εἰ μὴ πρότερον ἀπ᾿ αὐτῆς ἐκείνης τὰ φάρμακα μεταβληθῇ. καθ᾿ ἕτερον μὲν γὰρ τρόπον ὁ παρὰ πυρὶ θαλπόμενος ἢ ἐν ἡλίῳ θερμαίνεται, καθ᾿ ἕτερον δὲ ὁ ὑφ᾿ ἑκάστου τῶν εἰρημένων φαρμάκων. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ θερμὰ, τῶν φαρμάκων δὲ οὐδέν. οὔκουν οὐδὲ θερμαίνειν ἡμᾶς δύναται, πρὶν ἐνεργείᾳ γενέσθαι τοιαῦτα, τὸ δ᾿ ἐνεργείᾳ παρ᾿ ἡμῶν αὐτῶν λαμβάνει, καθάπερ γε οἱ ξηροὶ κάλαμοι παρὰ τοῦ πυρός. οὕτω καὶ ξύλα ψυχρὰ μὲν ἅπαντα κατά γε τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξηρότερά τε καὶ σμικρὰ ῥαδίως εἰς πῦρ μεταβάλλει, τὰ δ᾿ ὑγρότερά τε καὶ μεγάλα χρόνου δεῖται πλείονος. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τὰ φάρμακα πρῶτον μὲν εἰς μικρὰ καὶ λεπτὰ καταθραυσθῆναι δεῖται, δεύτερον δὲ χρόνῳ τινὶ, κἂν ἐλαχίστῳ, τοῖς σώμασιν ἡμῶν

camus. Itaque nihil miri, fi eos, qui ea tangunt, nondum calfaciant. Veluti enim nec ignis ipfe augetur prius, quam ab eo ligna fint mutata, quod aliquo temporis fpatio omnino fit, ita nec animantium calor a medicamentis, nifi illa prius ab ipfo fint mutata. Quippe alio genere calefit is, qui ab igne vel fole intepefcit, alio is, qui a praedictorum quovis medicamentorum: illa namque actu funt calida, medicamenta nequaquam; itaque nec calfacere nos valent prius, quam actu talia fiant: ac quod actu talia fint, id a nobis accipiunt, veluti ficci calami ab igne. Ita vero et ligna ex fua quidem natura frigida univerfa: fed quae ficciora funt et gracilia, ea facile mutantur in ignem: quae humidiora funt et craffa, fpatio egent majore. Nihil igitur miri eft, fi medicamenta quoque primum quidem in parva et tenuia frangi poftulant: fecundo loco, ut tempore aliquo, tametfi etiam minimo, corpori noftro, quo calida

ὁμιλῆσαι, πρὸς τὸ γενέσθαι θερμά. σὺ δ', εἰ μήτε καταθραύσας αὐτὰ, μήτε θερμήνας πρότερον, ἀξιοῖς ἤδη γενέσθαι θερμὰ, τί ποτε σημαίνει τὸ δυνάμει θερμὸν, ἐπιλελῆσθαί μοι δοκεῖς. ὡς ουν ἐνεργείᾳ θερμὰ βασανίζεις αὐτά. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, εἰ θερμανθῆναι δεῖται πρότερον, ἵν' ἀντιθερμάνῃ. γίνεται γὰρ δὴ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν τῶν ξύλων εἰκόνα. τὴν γοῦν ἀποσβεννυμένην φλόγα διασώζει τε ἅμα καὶ αὔξει, θερμαινόμενα πρότερον ὑπ' ἐκείνης αὐτῆς. οὔκουν οὐδὲν ἀπεικός ἐστιν, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν οἷον τροφῇ τινι χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις, ὡς τὸ πῦρ τοῖς ξύλοις. οὕτω γὰρ δὴ καὶ φαίνεται γινόμενον. εἰ δὲ κατεψυγμένῳ σώματι περιπάττοις ὁτιοῦν αὐτῶν, ἀκριβῶς λεπτὸν ἐργασάμενος, οὐδ' ὅλως θερμαίνεται. καὶ διὰ τοῦτο τρίβομεν ἐπὶ πλεῖστον τὰ κατεψυγμένα μόρια τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις, ἅμα μὲν ἀνάπτοντες τῇ τρίψει θερμασίαν, ἅμα δ' ἀραιὸν ἐργασάμενοι τὸ τέως ὑπὸ τῆς ψύξεως πεπυκνωμένον, ἵνα τε εἴσω

fiant, ſint adjuncta. Tu vero, ſi ea nec comminuta nec prius calfacta, calida tamen jam fieri cenſes, quid ſignificet, quod poteſtate calidum dicimus, parum mihi meminiſſe videris: ſic enim ea exploras, tanquam energia ſint calida. Sed nec illud mirum, ſi, quo recalfaciant, calefieri ipſa prius poſtulent, cum idem fieri cernatur et in lignorum exemplo: quippe haec vaneſcentem alias morientemque flammam tum ſervant, tum vero augent, dum ab hac ipſa prius calefiunt. Non eſt igitur alienum, calorem, qui in animantibus habetur, ejusmodi medicamentis quaſi alimento quodam uti, quemadmodum ignis utitur lignis, quippe id ita quoque fieri cernimus. Si vero perfrigerato corpori eorum quodvis quantumvis diligenter comminutum inſpergas, prorſus non calefit. Proinde, quae refrigeratae partes ſunt, eas ejusmodi medicamentis plurimum perfricamus, una calorem perfricando excitantes, una rarum, quod prius frigore fuit denſum, reddentes, que

δύη τὸ φάρμακον, καὶ ὁμιλοῦν τῷ συμφύτῳ τοῦ ζώου θερμῷ μεταβάλληταί τε καὶ θερμαίνηται. καὶ γὰρ εἰ μόριον αὐτοῦ τι σμικρότατον ἐνεργείᾳ κτήσαιτο τὴν θερμασίαν, εἰς ἅπαν οὕτω διαδίδωσι κατὰ τὸ συνεχὲς, ὡς εἰ καὶ τῆς δᾳδὸς ἅψαις τὸ ἄκρον ἀπὸ σμικροῦ σπινθῆρος· ἅπασαν γὰρ καὶ ταύτην ἐπινέμεται ῥᾳδίως τὸ πῦρ, οὐδὲν ἔτι τοῦ σπινθῆρος δεόμενον. ἕκαστον μὲν οὖν τῶν δυνάμει θερμῶν οὔπω μὲν ἐν τῇ φύσει πλεονεκτοῦν ἔχει τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, πλησίον δὲ ἤδη τοῦ πλεονεκτεῖν ἐστιν, ὥστε βραχείας τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας δεῖσθαι πρὸς τὸ κρατῆσαι. καὶ ταύτην αὐτῷ ποτὲ μὲν ἡ τρῖψις ἱκανὴ παρέχειν ἐστὶ, ποτὲ δ᾽ ἤτοι τὸ πῦρ, ἤ τι τῶν φύσει θερμῶν σωμάτων ἁπτόμενον. οὔκουν οὐδὲν θαυμαστὸν εἰπεῖν, διὰ τί τὰ μὲν εὐθὺς ἅμα τῷ ψαῦσαι τοῦ σώματος ἡμῶν ἀντιθερμαίνειν αὐτὸ πέφυκε, τὰ δὲ ἐν πλείονι χρόνῳ δρᾷν τοῦτο. καὶ γὰρ καὶ τῶν πλησιαζόντων τῷ πυρὶ τὰ μὲν εὐθὺς ἐξάπτεται, καθάπερ ἡ θρυαλλὶς, καὶ ἡ δᾲς ἡ λεπτὴ, καὶ ἡ πίττα,

ſcilicet tum introrſum pharmacum penetret, tum naturali animantis calori conjunctum mutetur ac calefiat: quippe cujus ſi particula quaepiam vel minima calorem energia concipiat, hunc deinde in totum per continuitatem porrigat, perinde ac ſi ex parva ſcintilla taedam ſummam accendas, ſiquidem hanc univerſam ignis depaſcitur facile, nihilo amplius ſcintillam requirens. Quicquid igitur poteſtate calidum eſt, huic nondum quidem in natura ſua calidum frigido praepollet, ſed in propinquo eſt ut praepolleat, adeo ut brevem opem, quo vincat, extrinſecus requirat: hanc illi modo frictio abunde praeſtare poteſt, modo vel ignis, vel corporis alicujus natura calidi contactus. Non eſt igitur tam arduum rationem reddere, quid cauſae ſit, cur alia protinus, ut corpus noſtrum contigere, recalfacere id posſint, alia poſt longius id efficere ſpatium: quippe ex iis, quae igni appropinquant, alia ſtatim accenduntur, veluti ellychnium et tenuis taeda et pix et ſiccus cala-

καὶ ὁ κάλαμος ὁ ξηρὸς, τὰ δ', εἰ μὴ πολλῷ χρόνῳ πλησιάσειεν, οὐ νικᾶται, καθάπερ τὸ ξύλον τὸ χλωρόν. ἀλλὰ μᾶλλον ἐκεῖνο διελέσθαι δικαιότερον, οὗ τὴν μὲν ἀπόδειξιν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ἐροῦμεν· ἐξ ὑποθέσεως δ' αὖ, ἕνεκα τῶν παρόντων, καὶ νῦν αὐτῷ χρησόμεθα, τέσσαρας εἰπόντες εἶναι παντὸς σώματος δυνάμεις οἰκείας, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων μίαν, ἑτέραν δὲ τὴν τῶν αὐτῶν καθεκτικὴν, καὶ τρίτην ἀλλοιωτικὴν, καὶ τετάρτην ἐπ' αὐταῖς τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικὴν, εἶναί τε τὰς αὐτὰς δυνάμεις ὅλης τῆς οὐσίας ἑκάστου τῶν σωμάτων, ἣν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κεκρᾶσθαι φαμέν. [78] ἐπειδὰν δὲ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ποιοτήτων τὸ σῶμα μεταβάλλῃ τὸ πλησιάζον, οὔτε καθ' ὅλην ἐνεργεῖν αὐτοῦ τηνικαῦτα τὴν οὐσίαν ὑποληπτέον, οὔτ' ἐξομοιωθῆναι δύνασθαι τὸ μεταβαλλόμενον· ὥστ' οὐδὲ θρέψειεν ἄν ποτε τὸ οὕτω μεταβληθὲν οὐδὲν τῶν μεταβαλλόντων. εἰ δ' ἐκεῖνο μεταβάλλοι, τοῦτ' ἔστι καθ' ὅλην ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν ἐνεργήσαι, ἐξομοιώσειεν ἂν οὕτως ἑαυτῷ, καὶ τραφείη πρὸς

mus: alia nisi diutius sunt admota, non vincuntur, sicut viride lignum. Illud potius definiamus, cujus utique demonstratio, cum de naturalibus potentiis agemus, tradetur: ex hypothesi nunc quoque propositorum causa eo utemur, quatuor nimirum dicentes omnis corporis proprias facultates esse, unam familiarium tractricem, alteram eorum omnium retentricem, tertiam alteratricem, et quartam post has, quae alieni sit segregatrix: easdemque facultates esse totius in quovis corpore substantiae, quam etiam constare ex calido, frigido, humido et sicco inter se mixtis dicimus. Ubi igitur corpus una qualibet earum, quas in se habet, qualitatum corpus, quod sibi admovetur, demutat, nec ipsum hoc tota substantia sua existimandum est agere: nec, quod ab ipso mutatur, posse ei assimilari: quare nec unquam nutriet, quod ita mutatum est, id, quod se mutavit: et si illud admodum mutet, id est si tota substantia operetur, utique tum sibi assimilabit id, quod mutatur, tum ab eo

τοῦ μεταβληθέντος. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι θρέψις ἐστὶ παρὰ τὴν τελείαν ὁμοίωσιν.

Κεφ. β΄. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο διώρισται, πάλιν ἐκεῖθεν ἀρκτέον τοῦ λόγου. τῶν ζώων ἕκαστον οἰκείαις τρέφεται τροφαῖς· οἰκεία δ᾽ ἐστὶν ἑκάστῳ τροφὴ, πᾶν ὅ τι ἂν ἐξομοιωθῆναι (81) δύνηται τῷ τρεφομένῳ σώματι. χρὴ τοίνυν ὅλην τὴν οὐσίαν τοῦ τρέφοντος ὅλῃ τῇ τοῦ τρεφομένου φύσει κοινωνίαν τέ τινα καὶ ὁμοιότητα κεκτῆσθαι, πάντως οὐκ ὀλίγης οὐδ᾽ ἐνταῦθα τῆς κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπαρχούσης ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς. τὰ μὲν γὰρ μᾶλλον οἰκεῖά τέ ἐστι καὶ ὅμοια, τὰ δ᾽ ἧττον, ὥστε καὶ τῆς κατεργασίας τὰ μὲν ἰσχυροτέρας τε καὶ πολυχρονιωτέρας, τὰ δ᾽ ἀσθενεστέρας τε ἅμα καὶ ὀλιγοχρονιωτέρας προσδεῖται. τὸ μὲν οὖν ὀρνίθειον κρέας ἐλάττονος, τὸ δὲ χοίρειον πλείονος, τὸ δὲ βόειον ἔτι πλείονος. ἐλαχίστης δὲ δεῖται μεταβολῆς εἰς ἐξομοίωσιν οἶνος, ὅθεν καὶ τρέφει, καὶ ῥώννυσι τάχιστα. πάντως μὲν οὖν καὶ τοῦτον ὁμιλῆσαι χρὴ τοῖς πεπτικοῖς ὀργάνοις, γαστρί τε καὶ ἥπατι καὶ φλεψὶν, ἐν οἷς προκατερ-

nutrietur: neque enim aliud nutritio eſt, quam aſſimilatio perfecta.

Cap. II. Quoniam autem hoc definitum eſt, deinde rurſus incipiendum. Omne animal conveniente ſibi nutritur alimento, conveniens autem cuique alimentum eſt, quicquid aſſimilari corpori, quod nutritur, poteſt. Oportet igitur toti nutrientis ſubſtantiae cum tota nutriti natura communio aliqua ſimilitudoque ſit, prorſus hic quoque non parvo exceſſus defectusque ſubſiſtente in ipſis diſcrimine, cum alia magis conſentientia ſimiliaque ſint, alia minus. Proinde etiam alia conficiendi opere valentiore ac diuturniore, alia minore ac breviore egent: avium caro minore, ſuilla majore, bubula etiam hac majore. Vinum vero, ut aſſimiletur, mutationem deſiderat minimam: quo fit, ut tum nutriat, tum roboret celerrime: porro id quoque in concoquendi inſtrumentis, ventriculo, jecinore et venis, prorſus aliquandiu moram traxerit oportet, in quibus ſcilicet

γασθεὶς τρέφειν ἤδη δύναται τὸ σῶμα· πρὶν δὲ τῆς ἐν τούτοις μεταβολῆς ἐπιτυχεῖν, οὐχ οἷόν τ' αὐτὸν τροφὴν ζώου γενέσθαι, κἂν εἰ δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐπικείμενος ἔξωθεν εἴη τῷ σώματι. πολὺ δέ τι μᾶλλον ἄρτος ἔξωθεν ἐπικείμενος, ἢ τεῦτλον, ἢ μᾶζα, τρέφειν ἀδύνατον. τὰ μὲν οὖν ὁμοιούμενα πάντῃ τροφαί· τὰ δ' ἄλλα σύμπαντα φάρμακα καλεῖται. διττὴ δὲ καὶ τούτων ἡ φύσις. ἢ γὰρ οἷα προσελήφθη διαμένοντα, νικᾷ καὶ μεταβάλλει τὸ σῶμα, καθ' ὃν τρόπον ἐκεῖνο τὰ σιτία, καὶ ταῦτα πάντως φάρμακα δηλητήριά τε καὶ φθαρτικὰ τῆς τοῦ ζώου φύσεώς ἐστιν· ἢ μεταβολῆς ἀρχὴν παρὰ τοῦ σώματος λαβόντα, σήπεται τοὐντεῦθεν ἤδη καὶ διαφθείρεται, κἄπειτα συνδιαφθείρει τε καὶ σήπει τὸ σῶμα. δηλητήρια δέ ἐστιν ἔτι καὶ ταῦτα. τρίτον δ' ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς εἶδος φαρμάκων, τῶν ἀντιθερμαινόντων μὲν τὸ σῶμα, κακὸν δ' οὐδὲν ἐργαζομένων. καὶ τέταρτον, ὅσα καὶ ποιοῦντά τι, καὶ πάσχοντα,

praeparatum nutrire corpus jam queat: ante vero, quam in his fit demutatum, fieri non poteft, ut animalis corpori fit nutrimentum, etiamfi per totum diem ac noctem extrinfecus fuper corpus fit impofitum. Multoque minus panis vel beta vel maza foris impofita nutriat. At quae quidem affimilant, omnia nutrimenta vocantur: reliqua omnia medicamenta. Eft porro et horum natura duplex: quippe vel cujusmodi funt affumpta, ejusmodi etiam permanentia vincunt mutantque corpus ad eum modum, quo id cibos: atque haec prorfus tum venenofa, tum naturae animalis corruptricia pharmaca funt: vel mutationis initium ab animalis corpore confequuta, deinceps jam putrefcunt ac corrumpuntur: deinde corpus quoque una corrumpunt ac putrefaciunt: funt autem haec quoque venenofa. Eft his etiam amplius tertia medicamentorum fpecies, eorum nimirum, quae corpus recalfaciunt quidem, mali tamen nihil afferunt. Eft et quarta eorum fpecies, quae et agunt et

νικᾶται τῷ χρόνῳ, καὶ τελέως ἐξομοιοῦται. συμπέπτωκε δὲ καὶ τούτοις, ἅμα τε φαρμάκοις εἶναι καὶ τροφαῖς. θαυμαστὸν δ᾽ οὐδὲν, εἰ βραχείας ἀφορμῆς ἔνια λαβόμενα μεγίστην ἐκτροπὴν ἴσχει τῆς ἀρχαίας φύσεως. ὁρᾶται γοῦν καὶ τῶν ἔξω πολλὰ τοιαῦτα. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Μυσίαν οἰκία ποτὲ κατεκαύθη τρόπῳ τοιῷδε. κόπρος ἀπέκειτο περιστερῶν, ἤδη σεσηπυῖα, καὶ τεθερμασμένη, καὶ ἀτμὸν ἀναπέμπουσα, καὶ ἁπτομένοις ἱκανῶς θερμή. ταύτης δὲ πλησίον ἦν, ὡς καὶ ψαύειν ἤδη, θυρὶς ἔχουσα ξύλα νεωστὶ καταληλιμμένα ῥητίνῃ πολλῇ. θέρους οὖν μέσου λάβρος ἥλιος προσβαλὼν, ἐξῆψε τὴν ῥητίνην τε καὶ τὰ ξύλα. κἀντεῦθεν ἤδη θύραι τινὲς ἕτεραι πλησίον ὑπάρχουσαι καὶ θυρίδες ἔναγχος ἐξαληλιμμέναι ῥητίνῃ ῥᾳδίως διεδέξαντο τὸ πῦρ, καὶ μέχρι τῆς ὀροφῆς ἐξέτειναν. [79] ἐπεὶ δ᾽ ἅπαξ ἡ φλὸξ ἐκείνης ἐλάβετο, ταχέως ἐπὶ πᾶσαν ἐνεμήθη τὴν οἰκίαν. οὕτω δή πως, οἶμαι, καὶ τὸν Ἀρχιμήδην φασὶ διὰ τῶν πυρίων ἐμπρῆσαι τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις.

patiuntur aliquid, fed tandem vincuntur planeque affimilantur: accidunt porro his, ut tam medicamenta fint, quam nutrimenta. Nihil autem miri eft, fi exiguum confequuta momentum aliqua maximam a priore natura mutationem habent: cernuntur enim ejusmodi multa in iis, quae extra nos funt: fiquidem in ea Myfia, quae eft Afiae pars, domus hac aliquando ratione conflagravit. Erat projectum columbinum ftercus, cui jam putri et excalfacto ac vaporem remittenti et tangentibus admodum calido in propinquo feneftra fuerat, ita ut jam contingeret ejus ligna, quae large nuper illita refina fuerant. Media igitur aeftate cum fol plurimus incidiffet, accendit tum refinam, tum ligna: hinc autem et fores quaedam aliae, quae prope fuerunt, et feneftrae, nuper etiam refina illitae, facile ignem conceperant, atque ad tectum usque fubmiferant: ubi autem excepta femel a tecto eft flamma, celeriter in totam domum eft graffata. Hoc (arbitror) modo ajunt et Archimedem hoftium triremes urentibus fpeculis incendiffe.

ἀνάπτεται δ᾽ ἑτοίμως ὑπὸ πυρείου καὶ ἔριον, καὶ στυππεῖον, καὶ θρυαλλὶς, καὶ νάρθηξ, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ὁμοίως ᾖ ξηρὸν καὶ χαῦνον. ἐξάπτουσι δὲ φλόγα καὶ λίθοι παρατριβόμενοι, καὶ μᾶλλον ἂν θείου τις αὐτοῖς ἐπιπάσσῃ. καὶ τὸ τῆς Μηδείας δὲ φάρμακον τοιοῦτο ἦν. πάντα γοῦν ἀνάπτεται προσβαλλούσης θερμασίας, οἷς ἂν ἐπαλειφθῇ. σκευάζεται δὲ κἀκεῖνο διά τε θείου καὶ τῆς ὑγρᾶς ἀσφάλτου. καὶ μὲν δὴ καὶ ὥς θαυμαστόν τις ἐδείκνυ· ἀποσβεννὺς λύχνον, αὖθις ἧπτε, τοίχῳ προσφέρων· ἕτερος δὲ λίθῳ προσέφερεν· ἐτεθείωτο δὲ ἄρα καὶ ὁ τοῖχος καὶ ὁ λίθος. καὶ ὡς ἐγνώσθη τοῦτο, θαυμαστὸν οὐκέτ᾽ ἦν τὸ γινόμενον. πάντα οὖν ταῦτα τὰ φάρμακα, θερμὰ μὲν οὔπω τελέως ἐστὶν, ἐπιτηδειότατα μέντοι πρὸς τὸ γενέσθαι θερμά· καὶ διὰ τοῦτο δυνάμει θερμὰ λέγεται. περὶ μὲν δὴ τούτων οὐδὲν ἄπορον. ἀλλ᾽ οὐδὲ διὰ τί πινόμενος μὲν ὁ οἶνος ἱκανῶς θερμαίνει τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενος οὐ θερμαίνει. δέδεικται γὰρ ὀλίγῳ πρότερον, οὐχ

Porro fuccenditur his prompte lana, ftuppa, ellychnium, ferula, quicquid denique fimiliter his ficcum rarumque eft. Flammam edunt et lapides attriti, atque hoc magis, fi quis fulphure illos illeverit. Ejusmodi erat medicamentum Medeae, quippe quod, quibus eft illitum, omnia, ubi in id incidit calor, accendit: conftat id ex fulphure et humido bitumine. Jam illud ceu rem mirandam quidam oftentavit: extinxit lucernam, ac rurfus muro admovens accendit: alter lapidi eam admovit: fuerant autem tum murus, tum lapis fulphure contacti: quod ubi deprehenfum eft, defiit mirum videri, quod oftentabatur. Ergo omnia id genus medicamina perfecte calida adhuc non funt, aptiffima tamen, ut calida fiant; atque idcirco poteftate calida dicuntur. Ac de his quidem nulla eft dubitatio: fed nec cur vinum potum quidem valenter corpus calfaciat, cuti autem impofitum non calfaciat: monftratum enim fuperius paulo eft, id non fimplicitur ut

ἁπλῶς ὥσπερ θερμὸν φάρμακον, ἀλλ' ὡς οἰκεία τροφὴ, θερμαῖνον τὸ ζῶον. ὡς γὰρ αἱ τοῦ πυρὸς ἐπιτήδειοι τροφαὶ τὸ πῦρ αὔξουσιν, οὕτω καὶ τῶν φύσει θερμῶν σωμάτων ὅ τί περ ἂν οἰκεία τε καὶ σύμφυτος ὑπάρχῃ τροφὴ, ῥώσει τε διὰ παντὸς αὐτὰ, καὶ τὴν ἔμφυτον αὐξήσει θερμασίαν. καὶ τοῦτο μὲν ἁπάσης τροφῆς κοινόν. οἴνῳ δ' ἴδιον ἐξαίρετον ὑπάρχει τὸ τάχος τῆς μεταβολῆς, ὡς δᾳδὶ, καὶ θρυαλλίδι, καὶ στυππείῳ, καὶ πίττῃ. καὶ δὴ καὶ τῆς εἰκόνος ἐχόμενοι τοῦ πυρὸς, ἀναμνήσομεν αὖθις ξύλων ὑγρῶν, ἃ τροφὴ μέν ἐστι καὶ αὐτὰ τοῦ πυρὸς, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς, οὐδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα. καὶ διὰ τοῦτο ἐπιβληθέντα πολλὰ τῷ πυρὶ κατακρύπτει τε τὴν φλόγα, καὶ μάλιστ', ἂν ἀσθενὴς ὑπάρχῃ καὶ σμικρὰ, κίνδυνον ἐπάγει φθορᾶς. οὕτως οὖν κᾀν τοῖς ζώοις, ὅσα τῶν ἐδεσμάτων, ἵν' ἐξομοιωθῇ τελέως καὶ θρέψῃ τὸ σῶμα, χρόνου δεῖται, ψύχος μᾶλλον ἐπάγειν ἢ θάλπος ἐν τῷ παραχρῆμα φαίνεται. θερμαίνει μὴν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ ταῦτα, παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἐδέ-

calidum medicamentum, immo ut conveniens nutrimentum, calfacere animal. Tanquam enim idoneum ignis alimentum ignem ipfum auget, ita quicquid corporum natura calidorum proprium et naturale eft nutrimentum, id ea femper non folum roborabit, fed etiam infitum eorum calorem augebit. Atque id quidem omnis nutrimenti communis effectus eft. Vino autem praeter caetera proprium ac fuum eft mutationis celeritas, ita utique, ut tedae, ellychnio, ftuppae, pici. Jam vero ab ignis exemplo non digreffi, admoneamus rurfus de lignis humidis, quae ipfa quoque ignis nutrimentum funt, caeterum non ftatim aut continuo, eoque faepenumero multa igni injecta non folum flammam quafi fopiunt, fed etiam, fi imbecilla eft et parva, corrumpendae quoque ejus periculum afferunt. Sic profecto et in animalibus cibi, qui, ut prorfus affimilentur et corpus nutriant, fpatio egent, ii frigus universi potius, quam calorem, afferre in praefenti videntur: caeterum calfaciunt hi quoque tandem non fecus,

σμασιν, εἰ μόνον αὐτοῖς προσγένηται τὸ θρέψαι τὸ σῶμα. τροφὴ γὰρ ἅπασα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον αὔξει τὸ τοῦ ζώου θερμόν. εἰ δὲ καταποθείη μὲν ὡς τροφὴ, μὴ μέντοι δὲ κρατηθείη, τοῦτ᾽ ἐκεῖνο τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον, εἴη ἂν ὄνομα τροφῆς, ἔργον δ᾽ οὐχί. τριχῶς γὰρ τῆς τροφῆς λεγομένης, ὥς γε αὐτὸς ἐδίδαξε τοῦτ᾽ εἰπών· Τροφὴ δὲ τὸ τρέφον, τροφὴ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον· ἡ μὲν ἤδη τρέφουσα, καὶ προστιθεμένη, καὶ μηκέτι μέλλουσα, κυρίως ὀνομάζεται τροφὴ καὶ δὴ καὶ θερμαίνει πάντως τὸ τρεφόμενον σῶμα· τῶν δ᾽ ἄλλων οὐδετέρα, διότι μηδὲ τροφαὶ κυρίως εἰσὶν, ἀλλὰ τὸ μὲν οἷον τροφὴ, τὸ δ᾽, ὅτι μέλλει τοιοῦτο γενήσεσθαι. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ οἶνος οὐκ ἀεὶ θερμαίνει τὸ ζῶον, ὥσπερ οὐδὲ τοὔλαιον ἀνάπτει τὴν φλόγα, καίτοι γ᾽ οἰκειοτάτη τροφὴ πυρὸς ὑπάρχον. ἀλλ᾽ ἐὰν ἀσθενεῖ καὶ σμικρᾷ φλογὶ καταχέῃς ἔλαιον ἀθρόον καὶ πολὺ, καταπνίξεις, καὶ τελέως ἀποσβέσεις αὐτὴν μᾶλλον

ac reliqui cibi, fi femel, ut corpus nutriant, fint confequuti: omne enim nutrimentum, quatenus nutrimentum eft, animalis calorem auget. At, fi devoretur quidem ut nutrimentum, nec tamen fuperetur neque affimiletur, id erit quod Hippocrates dixit, nomine quidem nutrimentum, re autem minime: quippe cum trifariam nutrimentum dicatur, ficut ipfe docuit his verbis: Nutrimentum eft et quod nutrit, et quod veluti nutrimentum eft, et quod futurum nutrimentum eft. Quod utique jam nutrit, et corpori adjungitur, nec amplius futurum eft, id proprie nutrimentum nominatur, idem vero et corpus, quod nutrit, omnino excalfacit: quod reliquorum neutrum facit, quod fcilicet proprie nutrimenta non fint, fed alterum eorum veluti nutrimentum, alterum tale futurum. Proinde nec vinum ipfum femper animal calfacit, aeque ut nec oleum flammam accendit, tametfi aptiffimum eft ignis nutrimentum: immo, fi imbecillae et exiguae flammae confertim multum oleum infundas, fuffocabis eam, prorfusque extingues potius, quam augebis. Sic igitur et vinum,

ἢ αὐξήσεως. οὕτως οὖν καὶ ὁ οἶνος, ἐπειδὰν πολὺς, ὡς μὴ κρατεῖσθαι, πίνηται, τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θερμαίνειν τὸ ζῶον, ὥστε καὶ πάθη ψυχρότερα γεννᾷ. ὑποπληξίαι γοῦν καὶ παραπληξίαι καὶ κάροι καὶ κώματα καὶ παραλύσεις ἐπιληψίαι τε καὶ σπασμοὶ καὶ τέτανοι ταῖς ἀμέτροις οἴνου πόσεσιν ἕπονται, ψυχρὰ σύμπαντα πάθη. [80] καθόλου γὰρ, ὅσα τῶν εἰς τὸ σῶμα λαμβανομένων ὡς τροφὴ θερμαίνει, ταῦθ᾽ εὕροις ἄν ποτε ψύχοντα, καθ᾽ ὅ τι καὶ τὴν φλόγα πρὸς τῆς αὐτῆς ὕλης οὐκ αὐξανομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ σβεννυμένην ἐνίοτε. ταυτὶ μὲν οὖν ἔοικεν ὁμολογεῖν ἅπαντα τοῖς τε περὶ στοιχείων καὶ τοῖς περὶ κράσεων λογισμοῖς.

Κεφ. γ΄. Ἐκεῖνο δ᾽ ἂν ἴσως δόξειε διαφέρεσθαι, τό τινα τῶν ἐσθιομένων ἐν τροφῆς χρείᾳ, κατὰ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενα, διαβιβρώσκειν τε καὶ ἑλκοῦν αὐτὸ, καθάπερ νάπυ καὶ τάριχος, σκόροδά τε καὶ κρόμμυα. καίτοι τοῦτο συμφωνεῖ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένοις· ἅμα μὲν γὰρ, ὅτι

ubi plus bibitur, quam ut vinci possit, tantum abest, ut animal calfaciat, ut etiam frigidiora vitia gignat, quippe apoplexiae, et paraplexiae, et quae caros et comata vocamus, et nervorum resolutio, et comitiales morbi, et convulsiones, et tetani, immodicum vini potum comitantur: quorum unumquodque frigidum est vitium. Generatim enim, quaecunque assumpta in corpus ut nutrimentum calfaciunt, haec interim frigefacere deprehendas, aeque scilicet ut flammam ab eadem materia non augeri modo, verum etiam aliquando extingui. Atque haec quidem omnia tum iis, quae de elementis, tum iis, quae de temperamentis sunt prodita, consentiunt.

Cap. III. Illud fortasse dissonare videbitur, quod ex iis, quae ut nutrimentum comeduntur, aliqua cuti imposita hanc erodunt atque exulcerant, sicuti sinapi et sallamentum alliaque et caepae. Verum hoc quoque cum positis a principio hypothesibus concordat: etenim fit propter-

μεταβάλλεται καὶ ἀλλοιοῦται κατά τε τὴν γαστέρα πεπτόμενα, κἂν ταῖς φλεψὶν αἱματούμενα· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ διότι μὴ μένει καθ᾽ ἕνα τόπον, ἀλλ᾽ εἰς πολλὰ μερίζεται πάντη φερόμενα· καὶ (82) πρὸς τούτοις, διότι μίγνυται καὶ χυμοῖς πολλοῖς, καὶ τοῖς ἅμα αὐτοῖς λαμβανομένοις σιτίοις· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι διὰ ταχέων ἥ τε πέψις αὐτῶν γίνεται, καὶ ἡ διάκρισις, ὡς τὸ μὲν οἰκεῖον ἐξομοιωθῆναι, τὸ δὲ περιττὸν ἐν αὐτοῖς καὶ δριμὺ διὰ γαστρός τε ἅμα καὶ οὔρων καὶ ἱδρώτων ἐκκριθῆναι, διὰ ταῦτα πάντα τὸ ἔξωθεν ἑλκοῦν, ἐσθιόμενον οὐχ ἑλκοῖ. καίτοι κἂν τῶν εἰρημένων ἕν ὁτιοῦν ὑπῆρχεν αὐτοῖς, ἱκανὸν ἂν ἦν δήπουθεν ἀβλαβῆ φυλάξαι τὰ ἐκτὸς, οἷον, εἰ τύχοι, τὸ μεταβάλλειν πρῶτον. εἰ γὰρ οὐ μένει τὸ νάπυ τοιοῦτο, οἷον ἔξωθεν ἐλήφθη, δῆλον ὡς οὐδὲ τὴν δύναμιν αὐτοῦ μένειν ἀξιώσεις. εἰ δὲ καὶ διακρίνεται καὶ καθαίρεται, πολὺ δὴ καὶ μᾶλλον. ἤρκει δὲ καὶ τὸ μὴ χρονίζειν ἐν ἑνὶ χωρίῳ. φαίνεται γὰρ οὐδὲ περὶ τὸ δέρμα

ea, quod mutantur alteranturque, dum et in ventre concoquuntur, et in venis in ſanguinem vertuntur: praeterea quod uno loco non permanent, ſed in multas partes diviſa, quoquoverſus feruntur: adde et quod non ſolum multis ſuccis miſcentur, ſed etiam cibis, cum quibus ſumuntur: ad haec, quod celeriter eorum et concoctio, et partium ſeparatio perficitur, ita ut, quod conveniens in eis eſt, aſſimiletur, quod ſupervacaneum et acre, per alvum, urinas et ſudorem excernatur. Propter haec, inquam, omnia, quod foris impoſitum exulcerat, id comeſtum non exulcerat: et, ſi vel unum quodlibet praedictorum illis accederet, ſatis eſſe ad ea, quae foris ſunt, integra ſervanda, verbi cauſa mutatio ipſa prima. Si namque non maneat ſinapi, quale extrinſecus fuit, cum eſt aſſumptum, manifeſtum eſt nec vim ejus manere cenſendum, quod, ſi tum dirimuntur ejus partes, tum purgantur, multo utique magis ſic cenſendum. Jam ſatis erat, quod nec eodem loco maneret, cum nec circa cutem

δρᾶσαί τι δυνάμενον ἄνευ χρόνου πλείονος. ἀλλὰ καὶ τὸ μίγνυσθαι πολλοῖς ἑτέροις σιτίοις οὐ σμικρὸν οὐδ' αὐτό. γνοίης δ' ἂν, εἰ μόνον αὐτὸ προσενέγκοις χωρὶς τῶν ἄλλων σιτίων, ὅσην ἀνίαν τε καὶ δῆξιν ἐπιφέρει τῇ γαστρί. καὶ μὲν δὴ, κἂν εἰ πολλοῖς γλυκέσι χυμοῖς ἀναμίξας αὐτὸ κατὰ τοῦ δέρματος ἐπιθείης, οὐδὲν ἐργάσεται φαῦλον. ὁπότε οὖν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἱκανόν ἐστι καθ' αὑτὸ κωλῦσαι τὸ νάπυ δρᾶσαί τι τοιοῦτο ἐντὸς, οἷον ἐκτὸς ἔδρα περὶ τὸ δέρμα, πολὺ δή που μᾶλλον, οἶμαι, πάντων ἅμα συνελθόντων. καὶ γὰρ ἀλλοιοῦται πεπτόμενον, καὶ διακρίνεται, καὶ καθαίρεται, καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἀναμίγνυται, καὶ μερίζεται πολλαχῶς, καὶ πανταχῇ φέρεται, καὶ χρονίζει κατ' οὐδὲν τῶν μορίων. ὅτι δ', εἴπερ ἔμενε δριμὺ, πάντως ἂν ἥλκωσε καὶ τὰ ἐντὸς, ἐκ τῶν αὐτομάτων ἑλκῶν ἐπιγνώσῃ. γίνεται γὰρ πολλοῖς πολλάκις, τοῖς μὲν ἐξ ἐδεσμάτων μοχθηρῶν, τοῖς δ' ἔκ τινος ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διαφθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἡ καλουμένη κακοχυμία. καὶ τούτοις ἐνίοτε μὲν

aliquid efficere poſſe videatur, niſi diutius immoretur. Sed nec mixtio ipſa cum multis cibis parum momenti habet: ſi enim id citra alium cibum ſolum aſſumas, facile intelliges, quantum moleſtiae et mordicationis ventriculo afferat, quin etiam, ſi plurimo dulci ſucco admixtum cuti id imponas, quam nihil afferat incommodi. Cum igitur praedictorum unumquodlibet per ſe ſatis prohibere poſſit, quo minus ſinapi, quod foris facit in cute, idem facere intus poſſit, multo (arbitror) magis, ubi omnia ſimul coierint: nam et coquendo alteratur, et dirimitur, et expurgatur, et cum multis aliis miſcetur, et varie diſtribuitur, et in omnem partem fertur, nec in ulla moratur. Quod autem, ſi acrimoniam ſuam ſervaret, interna quoque omnino exulceraret, ex iis quae ſponte accidunt ulceribus intelligas. Gignitur enim non raro aliis ex vitioſo cibo, aliis ex quapiam in ipſo corpore corruptela et putredine vitioſus ſuccus, quem cacochymiam vocant. His aliquando inte-

ἑλκοῦταί τι καὶ τῶν ἐντός· ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῷ τὴν φύσιν ἀποτρίβεσθαι τὰ κατὰ τὴν ἕξιν περιττώματα πρὸς τὸ δέρμα, τοῦθ᾽ ἑλκοῦται πολλοῖς καὶ συνεχέσιν ἕλκεσι· καρκῖνός τε γὰρ, καὶ φαγέδαινα, καὶ ἕρπης ὁ ἀναβιβρωσκόμενος, ἄνθρακές τε καὶ τὰ χειρώνεια καὶ τηλέφεια καλούμενα, καὶ ἄλλαι μυρίαι γενέσεις ἑλκῶν ἔκγονοι τῆς τοιαύτης εἰσὶ κακοχυμίας. οὔτ᾽ οὖν τῶν τοιούτων οὐδὲν ἄπορον, οὔτε διὰ τί τῶν φαρμάκων ἔνια μὲν ἡμᾶς οὐδὲν ἔξωθεν ἀδικοῦντα, μέγα τι κακὸν ἐργάζεται καταποθέντα· [81] τινὰ δὲ πολλάκις ἔβλαψεν εἴσω ληφθέντα, πολλάκις δὲ ὠφέλησεν· ἔνια δὲ οὐ μόνον ἔσωθεν, ἀλλὰ καὶ ἔξωθεν ἀδικεῖ. συλλήβδην γοῦν εἰπεῖν, οὐδὲν ὁμοίως ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν ἐνεργεῖν πέφυκεν. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ λυττῶντος κυνὸς ἀφρὸς, οὔθ᾽ ὁ τῆς ἀσπίδος, οὔθ᾽ ὁ τῆς ἐχίδνης ἰὸς, οἳ δὴ καὶ χωρὶς ἕλκους ἔξωθεν προσπεσόντες ἀδικεῖν πεπίστευνται, τὴν ἴσην ἔχουσι δύναμιν, ἢ τῷ δέρματι μόνῳ προσομιλήσαντες, ἢ εἴσω μεταληφθέντες. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐκεῖνο θαυμάζειν ἄξιον, εἴ τι-

riorum quoque aliquid exulceratur: magna tamen ex parte cutis, quoniam in hanc excrementa, quae in habitum corporis colliguntur, natura expellit, multis et affiduis ulceribus afficitur: quippe cancri, phagedaenae, herpetes erodentes, carbunculi, et quae Cheironeia et Telepheia vocantur, milleque aliae ulcerum generationes ab ejusmodi cacochymia nafcuntur. Nec igitur talium quicquam eft dubitandum: fed nec cur medicamentorum nonnulla, cum nihil nos extrinfecus offendant, intro affumpta magnum afferant malum: aliqua rurfus intro affumpta nonnunquam laedant, nonnunquam conferant: aliqua non folum intro affumpta, fed etiam extrinfecus admota offendant: quippe, ut femel dicam, nihil foris intusque parem agendi facultatem habet. Neque enim aut rabidi canis fpuma, aut viperae venenum, aut afpidis virus, (quae tamen, fi extrinfecus etiam fine ulcere corpori occurrant, offendere creduntur,) parem vim habent vel foli cuti applicata vel intro affumpta. Sed nec illud eft mirandum, fi

νων φαρμάκων οὐκ ἐξικνεῖται πρὸς τὸ βάθος ἡ δύναμις· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον ἅπαντα τὴν αὐτὴν ἔχειν ἰσχύν. εἰ δὲ πολλὰ τῶν εἴσω λαμβανομένων ἐν μὲν τῷδε τῷ καιρῷ, καὶ μετὰ τοσῆσδε ποσότητος, καὶ τῆς πρὸς τάδε μίξεως, ὠφέλησεν, ἀκαίρως δὲ, καὶ πολλὰ, καὶ ἄμικτα ληφθέντα, βλάβην ἤνεγκεν, οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπόρημα τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ καὶ τοῖς σιτίοις ὑπάρχει ταὐτό γε, καὶ τῷ πυρὶ, καὶ πᾶσιν ὡσαύτως φάναι τοῖς προσπίπτουσι τῷ σώματι. συμμέτρου γοῦν φλογὸς ἔστιν ὅτε δεόμεθα, καὶ χρώμενοι μεγάλα πρὸς αὐτῆς ὀνινάμεθα, καίτοι τῆς ἀμέτρου καιούσης ἡμᾶς. οὕτω δὲ καὶ ψυχροῦ πόσις ἡ μὲν σύμμετρος ὀνίνησιν, ἡ δὲ ἄμετρος ἐσχάτως βλάπτει. τί τοίνυν θαυμαστὸν, εἶναί τι φάρμακον οὕτω δυνάμει θερμὸν, ὡς, εἰ μὲν πολύ τε λαμβάνοιτο καὶ κενῷ τῷ σώματι προσφέροιτο, διαβιβρώσκειν τε καὶ καίειν αὐτὸ παντελῶς, εἰ δ' ὀλίγον εἴη ἢ καὶ σὺν τοῖς κολάζουσιν τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, πρὸς τῷ μὴ βλάπτειν μηδὲν, ἔτι καὶ θερμαῖνον ὠφελεῖν; ὀπὸν γοῦν,

certorum medicamentorum vis ad profundum non pervenit: neque enim necesse est ut, omnia parem habeant vim. Quodsi ex iis, quae intro sumuntur, non pauca certo tempore et certa quantitate et in mixtura cum caeteris accepta conferunt: intempestive autem et largius nec cum aliis admixta laedunt: ne id quidem dubitationem ullam disputationi pariat, siquidem id tum cibis tum igni tum vero omnibus (ut sic dicam), quae corpori similiter occurrunt, accidere solet. Nam et mediocri nobis flamma nonnunquam opus est, eaque usi, plurimum ex ea juvamur, cum tamen immodica flamma nos urat: ad eundem modum et frigidae potio, quae mediocris est, confert, quae immodica est, maximam affert laesionem. Quid igitur miri est, esse medicamen aliquod adeo calidum potestate, ut, si multum ejus sumatur ac in vacuum corpus inferatur, erodat prorsus uratque: sin vero exiguum sit et cum iis, quae vehementiam ejus remittant, conjunctum, non modo nihil incommodi afferat, verum etiam calfaciendo juvet?

ἤτοι τὸν Κυρηναϊκὸν, ἢ τὸν Μηδικὸν, ἢ τὸν Παρθικὸν, αὐτὸν καθ᾽ αὑτὸν οὐκ ἔστιν ἀλύπως λαβεῖν· ἀλλ᾽ εἰ παντελῶς ὀλίγος, ἢ σὺν ἄλλοις ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ληφθείη, μεγάλως ὠφελεῖ. ταύτῃ μὲν οὖν, ὅσα θερμαίνει τὸ σῶμα, μεταβολῆς ἀρχὴν ἐν αὐτῷ λαβόντα, καθότι πρόσθεν ἐῤῥέθη, πάλιν ἀντιθερμαίνειν αὐτὸ πέφυκεν· ὅσα δὲ ψύχει, καθάπερ ὀπὸς μήκωνος, οὐ μεταβάλλεται πρὸς τοῦ σώματος οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον, ἀλλ᾽ εὐθὺς αὐτὸ νικᾷ καὶ μεταβάλλει, κἂν εἰ θερμήνας αὐτὰ δοίης. ἔστι γὰρ ἡ σφῶν αὐτῶν φύσις ψυχρὰ, καθότι καὶ τὸ ὕδωρ. ὀρθῶς οὖν καὶ τοῦτο σὺν πολλοῖς ἄλλοις ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους εἴρηται, τὸ τῶν θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν σωμάτων τὰ μὲν εἶναι καθ᾽ αὑτὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός. οἷον καὶ τὸ ὕδωρ καθ᾽ αὑτὸ μὲν ψυχρὸν, κατὰ συμβεβηκὸς δέ ποτε θερμόν. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ἐπίκτητος αὐτοῦ θερμασία ταχέως ἀπόλλυται, μένει δ᾽ ἡ σύμφυτος ψυχρότης. ὡς οὖν ὕδωρ θερμὸν ἐπιβληθὲν φλογὶ, κατασβέννυσιν αὐτὴν, οὕτω καὶ τὸ μηκώνειον εἰ καὶ ὅτι μάλιστα θερμήνας δοίης,

Lacrymam enim vel Cyrenaïcam vel Medicam vel Parthicam ipfam quidem per fe citra incommodum fumere non eft: at fi omnino exigua vel cum aliis in tempore congruente fit fumpta, magnopere conducit. Atque ad hunc quidem modum, quaecunque corpus excalfaciunt, ubi mutationis principium in ipfo, ficut dictum prius eft, accepere, recalfacere illud funt apta: quae vero refrigerant, veluti papaveris fuccus, haec a noftro corpore ne vel paulum quidem demutantur, fed ipfum ftatim vincunt ac mutant, etiamfi calfacta prius dederis: eft enim eorum natura frigida, quemadmodum aqua. Quare illud recte Ariftoteli, ficut alia multa, dictum eft, calidorum et frigidorum, ficcorum et humidorum corporum quaedam effe talia per fe, quaedam ex accidenti: ficut aqua per fe quidem frigida eft, ex accidenti vero aliquando calida; verum acquifititius ejus calor brevi perit, naturalis frigiditas manet. Tanquam igitur calida aqua flammae injecta eam extinguit, fic meconium fi quantumvis calfactum dederis, et calo-

ἀποψύξεις τε τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, καὶ κίνδυνον ἐπάξεις θανάτου. πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα φάρμακα, βραχέα τε διδόμενα καὶ σὺν τοῖς κολάζειν αὐτῶν τὸ σφοδρὸν τῆς ψύξεως δυναμένοις, ἔστιν ὅτε χρείαν τινὰ παρέχει τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ὡς ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων εἰρήσεται. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν κανθαρίδων φάρμακον ἱκανῶς ὀνίνησι τοὺς ὑδερικοὺς, καίτοι τοὐπίπαν ἑλκοῖ τὴν κύστιν ἡ κανθαρίς· ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ὑπό τε τῶν μιχθέντων αὐτῇ κολασθῇ, καὶ σώματι προσάγηται παμπόλλην ὑγρότητα περιέχοντι, κενοῖ διὰ τῶν οὔρων αὐτήν. μάλιστα οὖν χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ἅπασι τοῖς δυνάμει θερμοῖς ἢ ψυχροῖς εἶναι λεγομένοις, εἴτε τῆς φύσεώς ἐστι τῶν τρέφειν δυναμένων, εἴτε μόνην ἀφορμὴν ἀλλοιώσεως λαμβάνοντα, κἄπειτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀλλοιούμενα, διατίθησί πως τὸ σῶμα, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, εἰ μηδ᾽ ὅλως ἀλλοιοῦται πρὸς αὐτοῦ κατὰ μηδέν. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἴη τῶν τρεφόντων, εἰ μὲν [82] κρατηθείη, θερμαίνει, μὴ κρατηθέντα δὲ, ψύχει·

rem animalis perfrigerabis et necis periculum afferes. Omnia igitur id genus medicamenta, fi exigue fint data et una cum iis, quae vehementiam frigoris eorum caftigare valeant, nonnunquam ufum aliquem corporibus noftris praeftant: quemadmodum in opere de medicamentis dicetur. Siquidem medicamen id, quod canthaꝛidas recipit, hydericis prodeft, tametfi cantharis ipfa veficam omnino exulcerat: verum ubi per ea, quae admifcentur, caftigata eft, ac corpori, quod plurimo humore gravatur, tum offertur, illum per urinas expellit. Maxime igitur attendendum in omnibus, quae poteftate calida frigidave dicuntur, fintne ex natura eorum, quae nutrire corpus poffunt: an ejusmodi, quae exiguum alterationis momentum nacta, deinde fecundum propriam naturam alterata, corpus ipfum aliquo modo afficiunt: tertio loco, an nullo pacto ab eo quicquam alterentur. Si namque ex nutrientium funt genere, fiquidem vincantur, calfaciunt, fi non vincantur, re-

εἰ δὲ τῶν ἐπ᾿ ὀλίγον ποσὸν ἀλλοιουμένων, θερμαίνει πάντως· εἰ δὲ τῶν μηδ᾿ ὅλως, ψύχει μάλιστα.

Κεφ. δ'. Προσέχειν δὲ, ὡς εἴρηται, μάλιστα καὶ διορίζεσθαι τὰ καθ᾿ ἑαυτὰ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς, οὐκ ἐπὶ θερμῶν καὶ ψυχρῶν μόνον, ἀλλ᾿ οὐδὲν ἧττον αὐτῶν ἐφ᾿ ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν. ἔνια γὰρ τῶν τοιούτων, ξηρὰ ταῖς οὐσίαις ὑπάρχοντα, πολλῷ θερμῷ τακέντα, φαντασίαν ὑγρότητος ἔλαβεν, ὡς χαλκὸς καὶ σίδηρος· ἢ καθ᾿ ἑαυτὰ μέν ἐστιν ὑγρὰ, καθάπερ ὁ κρύσταλλος, ἀκράτῳ δὲ ψύξει πλησιάζοντα, ξηρὰ φαίνεται. χρὴ τοίνυν τούτων ἁπάντων τὴν κρίσιν οὐχ ἁπλῶς ποιεῖσθαι, καθότι κἂν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ συνεπισκέπτεσθαι, πῶς ἔχει θερμότητος ἢ ψυχρότητος. εἰ μὲν γὰρ, ὀλίγης μετέχοντα θερμότητος, ὅμως καὶ ὑγρὰ φαίνοιτο, διὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐστὶ τοιαῦτα, κἂν εἰ μετὰ δαψιλοῦς θερμασίας, ξηρά. τὰ δ᾿ ἤτοι ῥέοντα μετὰ θερμότητος ζεούσης, ἢ πεπηγότα διὰ

frigerant: fin ex iis funt, quae exiguum quippiam alterantur, omnino calfaciunt: fi vero ex iis, quae omnino non alterantur, maxime refrigerant.

Cap. IV. Attendere autem (ut dictum eft) quam maxime oportet ac difcernere, quae per fe funt, ab iis, quae per accidens, non in calidis et frigidis modo, fed nihilo etiam fecius in ficcis et humidis. Quippe aliqua talium cum ficcam fubftantiam fint fortita, ubi largo calore funt liquata, humiditatis fpeciem habent, veluti aes et ferrum: quaedam per fe humida, ubi in fincero frigore funt morata, apparent ficca, ficut glacies. Minime igitur de his omnibus faciendum abfolute et fine ulla exceptione judicium eft (ficut in fuperioribus monuimus), fed cum eo, ut, quemadmodum fefe in calore frigoreque habeant, confiderentur. Siquidem fi, exiguo praedita calore, nihilominus humida cernuntur, talia effe ex propria natura funt cenfenda, tametfi cum copiofo calore fint ficca: quae vero vel fub ferventi calore fluunt, vel fub puro frigore funt concreta, ne

ψύξιν ἄκρατον, οὐ καθ᾽ ἑαυτὰ νομίζειν εἶναι τὰ μὲν ὑγρὰ, τὰ δὲ ξηρά. ταύτῃ (83) τε οὖν διαιρεῖσθαι τὰ καθ᾽ ἑαυτὰ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς, ἀναφέροντά τε πρὸς αὐτὰ ταῦτα τὴν κρίσιν οὕτω ποιεῖσθαι τῶν δυνάμει θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν. οὐ γὰρ πρὸς τὸ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ πρὸς τὸ καθ᾽ ἑαυτὸ χρὴ κρίνεσθαι τὸ δυνάμει. κοινὴ δ᾽ ἐπὶ πάντων ἡ κρίσις καὶ μία τὸ τάχος τῆς ἀλλοιώσεως. ὁμωνύμως δὲ λεγομένου τοῦ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ· τὰ μὲν γὰρ κατ᾽ ἐπικράτησιν οὕτως ὀνομάζεται, τὰ δ᾽ ὡς ἄκραν ἔχοντα ἧς παρονομάζεται ποιότητος· εἰς ὁπότερον αὐτῶν ἑτοίμως μεθίσταται τὸ κρινόμενον, ἔσται δυνάμει τοιοῦτο. ἔλαιον μὲν γάρ ἐστι δυνάμει θερμὸν, ὅτι ῥᾳδίως φλὸξ γίνεται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ῥητίνη, καὶ ἄσφαλτος, καὶ πίττα. οἶνος δὲ, διότι ῥᾳδίως αἷμα γίνεται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ μέλι, καὶ κρέας, καὶ γάλα. ταυτὶ μὲν οὖν, ὅλαις ἀλλοιούμενα ταῖς οὐσίαις, τρο-

horum quidem altera per se humida, altera per se sicca sunt existimanda. Ergo tum ad hunc modum distinguere conveniet, quae per se sunt, ab iis quae per accidens: tum ad haec ipsa spectantibus eorum, quae potestate calida, frigida, humida siccave sunt, judicium faciendum. Non enim ad id, quod secundum accidens est, respicientibus, sed ad id, quod secundum se est, id quod potestate est judicari debebit. Porro communis in omnibus unaque judicandi ratio est alterationis celeritas. At cum calidum, frigidum, humidum et siccum dicantur ὁμωνύμως, quod scilicet alia per id, quod exuperat, sic nominentur, alia, quod eam qualitatem, a qua sunt denominata, summam habeant: in utrumcumque horum prompte id vertitur, de quo judicium agitur, tale potestate fuerit. Oleum namque calidum potestate est, nimirum quod flamma facile fiat: eodem modo resina, bitumen et pix: vinum autem, quod facile fiat sanguis: pari modo mel et caro et lac: atque haec quidem totis ipsorum alteratis substantiis

φαὶ τῶν ἀλλοιούντων εἰσί. τὰ δὲ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν ποιότητα τὴν ἀλλοίωσιν ἴσχοντά τε καὶ τρεπόμενα, φάρμακα μόνον, ὥσπερ γε καὶ ὅσα ταῖς ὅλαις ἑαυτῶν οὐσίαις ἄτρεπτα μένοντα διατίθησι τὸ σῶμα, φάρμακα μέν ἐστι καὶ ταῦτα· χαλεπὰ δὲ καὶ φθαρτικὰ τῆς τοῦ ζώου φύσεως· ὅθεν περ, οἶμαι, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἅπαν ὀνομάζεται δηλητήριον. οὐ γὰρ δὴ διὰ τοῦτό γε λεκτέον οὐκ εἶναι τῷ γένει δηλητήρια τὰ τοιαῦτα, διότι παντελῶς ἐλάχιστα προσαχθέντα βλάβην οὐδὲ μίαν αἰσθητὴν ἐπιφέρει. οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ τὸ πῦρ εἴη θερμὸν, οὐδ᾽ ἡ χιὼν ψυχρά· ὡς καὶ τούτων γε παντάπασι τὰ σμικρὰ σαφὲς οὐδὲν ἀποτελεῖ περὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν πάθος. σπινθῆρος γὰρ ἑνὸς ἑκατοστὸν μέρος ἐστὶ μὲν πάντως τῷ γένει πῦρ, ἀλλ᾽ οὐ μόνον οὐκ ἂν ἡμᾶς καύσειεν ἢ θερμήνειεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν αἴσθησίν τινα παράσχοι προσπεσόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ τῆς ψυχρᾶς ῥανίδος ἑκατοστὸν μέρος οὐ μόνον οὐδὲν ἂν βλάψειεν ἢ ψύξειεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν αἴσθησίν τινα παράσχοι.

nutrimenta ſe alterantium ſunt. Quae vero una qualibet qualitate alterantur ac mutantur, ea medicamenta tantum ſunt: medicamenta itidem ſunt, et quae nulla ſubſtantiae ſuae mutata parte, ſed tota ſervata integra, corpus ipſum afficiunt, caeterum gravia et naturam animalis corrumpentia: unde et totum eorum genus deleterion, id eſt peſtilens, dici reor. Quippe haec non propterea genere deleteria non eſſe dicendum eſt, quod, ubi plane minima exhibentur, nullam inferunt ſenſilem noxam: ſic namque neque ignis ipſe calidus ſit, neque nix frigida, nam horum quoque ſiquid prorſus exiguum eſt, nullum evidens in corporibus noſtris excitat affectum: quippe centeſima unius ſcintillae pars eſt quidem omnino genere ignis, caeterum adeo nos non urat excalfaciatve, ut corpori incidens ne ſenſum quidem ullum ſui excitet: ad eundem modum frigidae guttae centeſima portio non modo nihil offendat aut refrigeret, ſed nec ſenſum ſui ullum praebeat.

μὴ τοίνυν οὕτως μηδὲ τὰ δηλητήρια κρίνειν, ἀλλὰ τῇ τῆς ὅλης φύσεως ἐναντιώσει, [83] τὴν δ' ἐναντίωσιν ἐκ τῆς ἐμμέσου κρίνειν μεταβολῆς. οἷον εὐθέως ἀπὸ τῶν στοιχείων οὔθ' ὕδωρ εἰς πῦρ, οὔτε πῦρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν πέφυκεν, ἀλλ' εἰς ἀέρα μὲν ἄμφω, ἐκεῖνος δ' εἰς ἑκάτερα, εἰς ἄλληλα δὲ ταῦτ' οὐδαμῶς. ἄμεσος μὲν οὖν ἡ εἰς ἀέρα μεταβολὴ τοῦ ὕδατος· ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ πυρός. οὐκ ἄμεσον δὲ ἡ πυρὸς καὶ ὕδατος εἰς ἄλληλα. ταῦτ' οὖν ἀλλήλοις ἐναντία ἐστὶ καὶ πολέμια. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὀπὸς μήκωνος ἀνθρωπείῳ σώματι τελέως ἐστὶν ἐναντίος, οὐδὲν εἰς αὐτὸ οὔτε κατὰ μίαν ποιότητα δρᾶσαι δυνάμενον, οὔτε πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν. ἓν μὲν δὴ τοῦτο γένος τῶν δηλητηρίων. ἕτερον δὲ τῶν ἀφορμὴν μέν τινα μεταβολῆς λαμβανόντων ἐκ τῆς ἐν ἡμῖν θερμασίας, εἰς πολυειδεῖς δ' ἐντεῦθεν ἐκτρεπομένων ἀλλοιώσεις, ὑφ' ὧν διαφθείρεσθαι τὴν φύσιν ἡμῶν συμβαίνει. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῷ γένει δηλητήρια, κἂν διὰ σμικρότητά

Nequaquam igitur fic judicanda deleteria funt, immo totius naturae contrarietate. Porro judicabitur contrarietas ex ea quae media intercedit mutatione. In elementis, verbi gratia, neque aqua mutari poteft in ignem, neque ignis in aquam, fed ambo in aërem, is vero in utraque, at illa in alterutrum nullo modo. Ergo continens et fine medio eft aquae mutatio in aërem, itemque ignis: non continens ignis et aquae in alterutrum: haec igitur inter fe contraria pugnantiaque funt. Non diffimili ratione papaveris fuccus hominis corpori prorfus eft contrarius, ut quod in eum quicquam agere ne una quidem qualitate poffit, multo minus etiam tota fua fubftantia poffit. Atque unum quidem deleteriorum genus ejusmodi eft. Alterum eft eorum, quae ex noftro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, ac deinde in multiformes alterationes vertuntur, quibus corrumpi naturam noftram accidit; ejusmodi enim omnia deleteria genere funt, etiamfi propter exiguitatem nonnunquam nihil, quod fentiatur,

ποτε μηδὲν αἰσθητὸν ἀπεργάζηται. τὰ μὲν δὴ διαβιβρώσκοντα καὶ σήποντα καὶ τήκοντα τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν φύσιν εἰκότως ὀνομάζεται δυνάμει θερμά· τὰ δ᾽ αὖ ψύχοντα καὶ ναρκοῦντα ψυχρά. τὰ μὲν οὖν πρότερα παράλογον οὐδὲν οὔτε αὐτὰ πάσχειν, οὔτε τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐναπεργάζεσθαι δοκεῖ. θερμῷ γὰρ σώματι πλησιάσαντα, καί τινα ῥοπὴν ἀλλοιώσεως ἐντεῦθεν λαβόντα, τὰ μὲν εἰς ἐσχάτην ἀφικνεῖται θερμότητα, τὰ δ᾽ εἰς σηπεδόνα. διατίθησιν οὖν εἰκότως καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα κατὰ τὴν ἑαυτῶν διάθεσιν. ὅσα δὲ ψύχει τὸ σῶμα, κἂν θερμήνας αὐτὰ προσενέγκῃς, ἀπορίαν οὐ σμικρὰν ἐπιφέρει, τίνος ποτὲ φύσεώς ἐστιν. εἰ γὰρ ἅπαξ ἐνεργείᾳ θερμὰ γέγονε, τί οὐ θερμαίνει τὸ ζῶον; ἢ εἰ μήπω τεθέρμανται, πῶς φαίνεται θερμά; λύσις δὲ τῆς ἀπορίας, εἰ διορισθείη τὸ καθ᾽ αὑτὸ ψυχρὸν τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς, ὡς Ἀριστοτέλης ἐδίδαξεν. ἀπόλλυται γὰρ ἐν τάχει τῶν κατὰ συμβεβηκὸς θερμῶν ἡ ἐπίκτητος διάθεσις, ὥστ᾽ εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτὰ

efficiant. Ac quae corporis noftri naturam rodunt, putrefaciunt et liquant, merito poteftate calida nominantur: contra, quae refrigerant et fenfum auferunt torporemque notabilem afferunt, frigida. Et priora quidem nihil non rationi confonum aut ipfa pati, aut in corporibus noftris efficere videntur: fiquidem calido corpori applicata et mutationis momentum aliquod hinc adepta, alia quidem ad fummam caliditatem, alia vero perveniunt ad putredinem. Jure igitur pro fuo affectu etiam corpus animalis afficiunt. At quae corpus, tametfi ipfa calida funt applicata, tamen refrigerant, non parvam dubitationem afferunt, utrius potius naturae fint. Nam fi energia femel calida funt reddita, cur animal non calfaciunt? fin nondum funt calfacta, quomodo apparent calida? Solvetur dubitatio, fi diftinguatur, quod per fe frigidum eft, ab eo, quod eft ex accidenti, ita uti Ariftoteles docuit: perit namque celeriter eorum, quae ex accidenti funt calida, acquifititius affectus, ita ut in priorem naturae fuae ftatum

φύσιν ἐπανέρχεσθαι ῥαδίως. ἐν δὲ τῷ πλησιάζειν ἡμῖν τὰ φύσει μὲν ψυχρὰ, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ θερμὰ, δύο ταῦτ᾽ ἐξ ἀνάγκης γίνεται· τὸ μὲν ἐπίκτητον αὐτῶν ἀπόλλυται θερμὸν, ἡ δ᾽ οἰκεία κρᾶσις, οὐδὲν ὑπὸ τῆς ἡμετέρας πάσχουσα, μένει ψυχρά. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ μήκωνος ὀπὸς, ἢ μανδραγόρας, ἢ κώνειον, ἤ τι τῶν τοιούτων, εἰ καὶ θερμανθέντα προσενεχθείης, μικρὸν ὕστερον γίνεται ψυχρά; πτισσάνης, καὶ γάλακτος, καὶ χόνδρου, καὶ ἄρτου, τὸ αὐτὸ τοῦτο πασχόντων, ἐπειδὰν εἰς ἄῤῥωστον ἐμπεσόντα γαστέρα μὴ κρατηθῇ πρὸς αὐτῆς· ἐμεῖται γοῦν πολλάκις ἱκανῶς ψυχρά. καὶ τό γε τούτων μεῖζον, ὃ δὴ καὶ Ἱπποκράτης ἐπεσημήνατο· καίτοι χυμὸς ὂν ἤδη τὸ φλέγμα, κᾀκ τῶν σιτίων τῶν μὴ πεφθέντων πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ γεννώμενος, ὅμως ψυχρὸν ἁπτομένοις φαίνεται, οὐ μόνον ἐν τῇ γαστρὶ συστὰν, ἀλλὰ κᾀκ τῶν φλεβῶν αὐτῶν ὑπό τινος τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἑλχθέν. καί τοί γε γλισχρότατόν ἐστι σφόδρα, καὶ βιαίως ἄγεται, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδ᾽ ἡ βία τῆς

facile revertantur. Porro in applicandis iis nobis, quae natura quidem funt frigida, fed per accidens calida, duo haec contingere eft neceffe, et ut acquifititius eorum calor pereat, et propria eorum temperies, a noftra nihil immutata, frigida perftet. Et quid miri, fi papaveris fuccus, mandragora, vel cicuta, vel fimilium aliquid, quamvis exhibeantur calfacta, paulo poft evadunt frigida, cum idem patiantur ptiffana, et lac, et far, et panis, ubi in imbecillum ventrem demiffa ab eo non fuperantur? evomuntur enim non raro abunde frigida. Et quod his majus eft quodque Hippocrates notavit, *pituita ipfa, quamvis jam humor fit, atque ex cibis in ventre non concoctis frequenter nata, nihilominus frigida tangentibus fentitur*: neque id modo, dum in ventre confiftit, fed etiam poftquam a venis ipfis purgantis cujuspiam medicamenti vi eft detracta: tametfi enim quam tenaciffima natura eft ac per vim ducitur, attamen ne ipfa quidem tractus violentia cal-

ὁλκῆς ἐκθερμαίνειν αὐτὸ δύναται. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τὸ μηκώνειον, οὕτως ἐναντίον ἡμῶν τῇ φύσει φάρμακον, ἀποψύχεται μὲν αὐτίκα μάλα, κἂν θερμὸν ποθῇ, συγκαταψύχει δ' ἑαυτῷ τὸ σῶμα. τὴν γὰρ ἐπίκτητον οὐ φυλάττει θερμασίαν, ὅτι φύσει ψυχρὸν ἦν· τῷ δὲ μηδ' ἀλλοιοῦσθαι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πρὸς ἡμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλλοιοῦν τε καὶ μεταβάλλειν ἡμᾶς, [84] οὔτε θερμαίνεταί τι πρὸς ἡμῶν, αὐτό τε διατίθησιν ἡμᾶς καθ' αὐτό· ψυχρὸν οὖν ὑπάρχον φύσει, ψύχει δήπου καὶ ἡμᾶς. οὐκοῦν οὐκέτ' ἄπορον οὐδὲν ὑπόλοιπον ἐν τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὅτι τούτων ἁπάντων τῶν φύσει ψυχρῶν ὅ τι ἂν ἐπὶ πλέον ἐκθερμήνῃς, ἐξίσταται τῆς ἰδίας φύσεως, πρὸς τῷ μηδὲν ἄπορον ἔχειν, ἔτι καὶ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις. ὥς γὰρ καὶ ἡ σαλαμάνδρα μέχρι μέν τινος ὑπὸ πυρὸς οὐδὲν πάσχει, κατακαίεται δ', εἰ πλείονι χρόνῳ τῷ πυρὶ πλησιάσειεν, οὕτω καὶ ὁ μανδραγόρας, καὶ κώνειον, καὶ ψύλλιον, ἐπὶ βραχὺ μὲν ὁμιλήσαντα τῷ πυρὶ, τὴν οἰκείαν ἔτι διαφυλάττει κρᾶσιν, ἐπὶ

fieri poteſt. Quid igitur miri, ſi etiam papaveris ſuccus, quod naturae noſtrae tam contrarium medicamentum eſt, quam celerrime refrigeretur, etiamſi calfactus ſit exhibitus, refrigeret autem una ſecum et corpus (quippe acquiſititium calorem non ſervat, propterea quod natura frigidus eſt), at quia ejus ſubſtantia a nobis non alteratur, immo potius nos alterat et mutat, idcirco nec a nobis quicquam recipit caloris, et pro ſua natura nos afficit: itaque cum frigidus natura ſit, et nos utique refrigerat. Nihil igitur in dictione noſtra eſt dubitationis reliquum. Enimvero quam horum omnium, quae frigida per naturam ſunt, quicquid plus juſto calfeceris, ex propria id natura recedat, praeterquam quod nullam dubitationem habet, etiam praedictis a nobis affert teſtimonium. Sicut enim ſalamandra ad certum usque terminum ab igne nihil patitur, uritur autem, ſi longiore ſpatio igni ſit admota: ſic et mandragora et cicuta et pſyllium brevi ſpatio igni admota, proprium adhuc temperamentum ſervant, largius autem

πλέον δὲ θερμανθέντα, διαφθείρεται παραχρῆμα, καὶ δρᾷν οὐκέτι οὐδὲν ὧν πρότερον ἐπεφύκει δύναται. τῶν μὲν δὴ τοιούτων ἁπάντων ἡ φύσις ἐναντιωτάτη τοῖς ἀνθρώποις ἐστί· φύσιν δ' ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω, τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ· τῶν δὲ τάχιστα τρεφόντων οἰκειοτάτη. τὰ δ' ἄλλα πάντα μεταξὺ τούτων ἐστί· τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον δρᾷν καὶ πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν δυνάμενα. καστόριον μὲν γὰρ καὶ πέπερι δρᾷν μᾶλλον ἢ πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν δυνάμενα· οἶνος δὲ καὶ μέλι καὶ πτισσάνη πάσχειν μᾶλλον ἢ δρᾷν. ἅπαντα οὖν ταῦτα καὶ πάσχει τι καὶ δρᾷ περὶ τὸ σῶμα. καθ' ὅλου γὰρ ἐπειδὰν εἰς ταὐτὸ ἀλλήλοις ἥκοντα διαμάχηταί τε καὶ στασιάζῃ πρὸς ἄλληλα περὶ τῆς ἀλλοιώσεως ἐν χρόνῳ πλείονι, δρᾷν καὶ πάσχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν. ἴσως δὲ, κἂν μὴ πολλῷ πάνυ χρόνῳ γίγνηται τοῦτο, δρᾷ μὲν ἔτι καὶ τότε τὸ νικώμενον εἰς τὸ κρατοῦν, ἀλλ' οὕτω

excalfacta, illico corrumpuntur nec quicquam eorum amplius efficere, quae prius poterant, valent. Ac talium quidem omnium natura hominibus maxime eſt contraria (ſane naturam cum dico, univerſam ſubſtantiam ac temperiem, quae ex primis elementis conflatur, ſignifico, calido, frigido, humido, ſicco): eorum vero, quae celerrime nutriunt, convenientiſſima: reliqua omnia media inter haec ſunt, quorum alia magis, alia minus agere ac pati a corpore noſtro poſſunt. Siquidem caſtoreum et piper agere magis in corpus noſtrum quam pati ab eo valent: vinum et mel et ptiſſana pati magis quam agere. Ergo haec omnia tum agunt circa corpus aliquid, tum vero patiuntur. Omnino enim, ubi duo aliqua corpora inter ſe commiſſa multo tempore pugnant certantque invicem de alterando, utrumque eorum tum agere, tum pati eſt neceſſe. Fortaſſe autem, etſi non multo tempore id fiat, attamen agit etiam id, quod vincitur, in id, quod vincit, verum ita

(84) σμικρὸν, ὡς λανθάνειν τὴν αἴσθησιν. οὐδὲ γὰρ ὁ τμητικώτατος σίδηρος εἰ τὸν μαλακώτατον τέμνει κηρὸν δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἀδύνατον αὐτῷ μὴ οὐκ ἀμβλὺν γενέσθαι σαφῶς. οὕτω δή που κᾀκεῖνο καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ,

Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

καὶ γὰρ καὶ φαίνεται γινόμενον οὕτως. ἀλλ' ἐπὶ μὲν μιᾶς ἢ καὶ δευτέρας προσβολῆς οὐδὲν οὔπω σαφὲς ἐν τοῖς τοιούτοις ἰδεῖν ἐστιν. ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὸ μηδ' ὅλως πάσχειν ἔνια πρὸς τῶν ὁμιλούντων ἐδοξάσθη τισί· καὶ συγχωρητέον γε τοῖς οὕτω λέγουσι. πολλάκις δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς ὁμοίως ἐκείνοις λεκτέον ἐστὶ τὰ πολλά· πλὴν εἴ ποτε μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀκριβείας ἀνάγοιμεν τὸν λόγον, ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι ποιοῦμεν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τῆς ἀειπαθείας δόγμα, τῷ λόγῳ μὲν αὐτῷ μόνῳ σκοποῦσιν, ἰσχυρὰν ἔχει τὴν ἀπόδειξιν. οὐ μὴν χρεία γέ τίς ἐστιν αὐτοῦ πρὸς τὰς κατὰ μέρος πράξεις. ἂν γὰρ οὕτω μικρά τινα περὶ ἡμᾶς ἢ

exiguum, ut ſenſum effugiat: neque enim, ſi acutiſſimo ferro molliſſimam ceram toto die ac nocte incidas, fieri poteſt, ut non fiat manifeſto obtuſius. Ita nimirum illud commode dici videtur,

Aſſiduo illiſu durum cavat undula ſaxum:

